LIPSIÆ,

TYPIS GROSIANIS



Excudebat JOHANNES ALBERTUS MINZELIUS,

ANNO M DC XXIIX.

QUINTA PARS

CONCLUSIONUM PRACTICABILIUM,

Secundùm Ordinem Constitutionum

DIVI AUGUSTI

Electoris Saxoniæ discussarum, multis supremi Parlamenti Dresdensis, judiciorum Curialium, Facultatum juridicarum, Scabinatuum, & aliorum judiciorum, decretis, sententiis, responsis, & observationibus fori quotidianis illustratarum.

OMNIBUS, IN ACADEMIIS, CAMERA IMPERIALI, aliisque judiciis, inprimis verò in foro Saxonico *versantibus utilissimarum, & summè necessariarum.*

Materiam criminalem, tàm publicorum, quàm privatorum judiciorum, unâ cum explicatione constitutionum criminalium *Caroli V. Imperatoris invictissimi*, continens, vereq; & solidè juris Communis & Saxonici differentias demonstrans.

Nunc tertiùm edita, multis & ferè infinitis decisionibus forensibus aucta, & locupletata, & novissimè JOANNIS GEORGII, Ducis & Electoris Saxoniæ Serenissimi ordinatione matrimoniali, vulgò Eheordnung *confirmata, & exornata.*

Authore

MATTHIA BERLICHIO

Schkoëlensi Thuringo J.U.D.

Cum gemino indice, uno Conclusionum, altero rerum & verborum locupletissimo.

M. DC.  XXVIII.

CUM PRIVILEGIO S. CÆSAREÆ MAIESTATIS.

LIPSIÆ,

Sumptibus Hæredum HENNINGI GROSII Junioris Bibliop.

JOHANNES ALBERTUS MINTZELIUS exprimebat.



MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, CONsultißimis ac Prudentißimis VIRIS,

DNN. CONSULIBUS, ÆDILIBUS, PRÆTORIBUS, CÆTERISQUE, INCLYTÆ REIpubl. LIPSENSIS Senatoribus, Dominis & fautoribus suis plurimùm observandis.

IUSTUM SANE ET ÆQUUM est, Magnifici, amplißimi, & prudentißimi Viri, ut quis eorum, quibus cum quotidiè conversari, & sub quorum umbra & protectione quodammodò latitare necessè habet, benevolentiam & favorem omnibus modis captare, & demereri studeat; Id quod cum ego hactenùs mecum sæpiùs perpenderem, sed ad eiusmodi scopum deveniendi omni occasione destituerer, placuit tandem, ut VV. Magnif. & Amplitud. hanc Quintam mearum Cõclusionum partem asscriberem, & devoverem: Ad quod præter alia beneficia, quod me jure Civitatis donastis, & in album civium recepistis, me etiam movit, quod plurima in hoc opusculo inveniuntur responsa, quæ in vestro Scabinatu sunt concepta, & meis scriptis miram lucem addide-

runt, undè pietas efflagitavit, ut etiam illis, à quorum ſplendore proceſſerunt, ea iterum conſecrarem; Quapropter ut hoc munus, ex ſua dignitate quidem perexiguum, ſed ex animi propenſione valdè magnum, ut hilari fronte ſuſcipiatis, & benigna mente foveatis, etiam atque etiam rogo. Dabat Lipſiæ è Muſeo ſuo 20. Auguſti, Anno 1618.

VV. Magnif. & Amplitud. obſervantiſſ.

MATTHIAS BERLICHIUS J. U. D.



BENE-

BENEVOLO LECTORI
SALUTEM.



*N TIBI, LECTOR AMICISSIME, nunc alteram partis quartæ sectionem, seu quintam & ultimam partem mearum Conclusionum practicabilium exhibeo, citius eam tecum communicassem, nisi aliis negociis impeditus fuissem; Qualem diligentiam adhibuerim, re ipsa experieris, forte majorem adhibuissem, & alias materias confines adjunxissem, sed temporis angustiâ exclusus hoc in effectum producere non potui. Sincere autem & candidè in allegandis DD. scriptis versatus sum, deq; omnibus, quorum operâ usus sum, mentionem feci, ne alteri, quod suum est, (ut Bartoli verbis * contra Andream de Pisis utar) furari videar, in eo verò, quod est meum, cognoscar, & si minus benè dixero, redarguar, si verò benè, DEUS laudetur, ego verò ut minimus instructor reputer. Hos autem labores solummodò eum in finem suscepi, ut tibi, & toti Reipubl. literariæ gratificari possem, siquidem omnes industriæ & ætatis nervos unice eò dirigo, ut post DEUM Trinunum Ecclesiæ, Reipubl. & proximi utilitati prosim, & inserviam, quocunque etiam tempore, & loco hoc fieri posset, quoniam non sum ascriptitius, qui certæ glebæ addictus, inde discedere non posset. Habeo autem & alias lucubrationes, inprimis verò ordinationes provinciales, vulgò Landordnung/ in mihi certa capita redegi, & distribui, quas aliquandò, si te benevolum fautorem ostenderis, meq; etiam gratiam apud alios demeruisse sensero, & percepero, enucleabo, & publici juris faciam; Interim benè vale, meisq; hisce primitiis ad DEI omnipotentis gloriam, Reipubl. incrementum, & proximi utilitatem fæliciter fruere: Dabat Lipsiæ 20. August. Anno 1618.*

* In l. non solu § Si morte ff. de novi oper. nunciat. n.10.

MATTHIAS BERLICHIUS
J. U. D.

Clariss. & Consultiss. VIRO

Dn. MATTHIÆ BERLICHIO

JC^to & Advocato celeberrimo, Dn. Amico, & Favitori suo etiam atque etiam æstimando.



IPPOLYTUM veluti quondam præstantibus herbis,
Eripuit Stygio dia Diana vado:
Sic charus Themidi, rebusq; creatus agendis
BERLICHIUS, patrii splendor honosq; soli.
Scita peritorum Juris catus eripit Orco,
Saxonicis dudum scita probata foris.
Hinc illum niveo vestita decenter amictu
Fama per Eoos Hesperiosq; vehit.

In gratiam sympatriotæ
dilectiss. scrib. Lipsiæ
Theod. Stezman D. Sereniss. Elect. Saxon
Scabinus.

PErgis? & actutum hoc BERLICHI absolvere gestis?
Planè Ariadneæ dexteritatis opus?
Solus ut ex omni juris divisa Senatu
In certam satagas cogere puncta fidem?
Ex tot? & ex tantis labyrinthis atque Mæandris,
Queîs perplexatur ipsa *Patrima Themis:*
Quod Themis illa igitur, Nemesisque quod audiat ipsa.
Doctorum in tantis undique dissidiis,
Grande & temporibus præstas memorabile nostris,
Si potes arbitrio hæc conciliare Tuo:
Immò sit hoc satis & laudum palmare Tuarum,
Jura hodiè nostro certa liquere Foro.

Paulus Frobergius deproperab.

Ad Nobilissimum & Amplissimum VIRUM

Dn. MATTHIAM BERLICHIUM J. U. D.

& apud Lipsienses Advocatum celeberrimum.

PRogenies nova processit, correctior omni
Ornatior priore, flosculus novus
BERLICHI decorata stylo, quam nomine signat
Conclusionum practicabilium, liquor
Quæ variis plumis Doctorum compta, Themistos
Pergrata mox cultoribus DEAE
Cujus conspectâ facie, sum captus amore
Eamq; ceu Procus mihi conjungier
Fœdere perpetuo petii, & quos amplius isthic
Parens crearet arte gnavus liberos.
Vive diu BERLICHI Antistes gratè Themistos
Viridis corona practicorum florida.
Amplius atq; tuos nobis enitere fœtus
Provinciale germen atq; surculos,
Quos multi sperant, ego quos etiam ambio fœtus
QUEIS nomen ordinationum ad propriæ.

Ede

Ede tuam sobolem, majora encomia laudis
Mereberis, dum vivat illa, perpetim.

Ex Livonia transmittebat

BALTHASAR HOLTZSCHUHER J.C.
Poeta Cæsar. Aulæ Curonicæ Advocatus, Nor. Publ. & Mitobien. actuarius.

ANAGRAMMATISMI
Viro Clarissimo & Consultissimo
DN. MATTHIÆ BERLICHIO J.U.D. &c.
& Lipsiæ Advocato celeberrimo,
D. D. D.

I.
Matthias Berlichius.
Amet libris acutis.

TEmet amo, libros postquam vidiq; labores,
edit, BERLICHI, quos tua cura graves.
Hæc alii benè quæ quandoq; dedêre, putare
non ita dissimili te potuisse modo?
Et bona MOLLERUS dedit, & ROSA docta: dedisti
unus, BERLICHI, tu bona docta simul.
Proroget ætatem tibi JOVÆ nutus! *acutis*
ecquis te *libris* non *amet*? omnis emat!

II.
Matthias Berlichius,
Eja! multa scribis.

SCribunt indocti doctiq; volumina, scribax
Sic est hoc hominum tempore abundè genus,
Scribis *& ipse quidem, BERLICHI,* multa: *sed* eja!
talia, quæ cuivis non habuisse nocent.
Indoctus volvat doctusq; volumina. Uterq;,
hic quod miretur, ille imitetur, habet.

III.
Matthias Berlichius
Item lauta scribis.

LAudandus quando sic misces utile dulci,
BERLICHI, multa ut, *lautaq; scribis item*
Omne feras punctum! sed fallor? an omne tulisti?
cedunt Doctorum plurima scripta tuis.

IV.
Matthias Berlichius.
Ita clarus timebis.

P*Rodi, BERLICHI, felici sidere prodi,*
perge modò libros multiplicare tuos!
Invidiæ satis est! ita clarus *torva* timebis
spicula? qui clarus spicula nulla timet.
Talibus invidiæ cæcantur lumina scriptis:
& solet invidiâ rumpier ipsa suâ.

Sondershusii Schwartzburg.
prid. Kl. Xbr. Anno 1619.

M. Balthasar Tham.

INDEX CONCLUSIONUM PRACTICABILIUM
Partis Quintæ.

LXII. De

LXII.

De actione ad palinodiam, seu de revocatione, & recantatione injuriarum.

LXIII.

Injuriarum condemnatus an infamis fiat, & an & quatenus infamiam illam evitare possit.

LXIV.

De retorsione & compensatione injuriarum.

LXV.

De libello & processu injuriarum, item, qui injuriarum agere possunt, an actio injuriarum cedi vel vendi possit, & an & quibus casibus actio injuriarum cessat, & quis ab illa excusatur.

LXVI.

Quomodo punitur is, qui magistratum, vel ejus officiales, quorum opera magistratus in administranda justitia, & tuenda jurisdictione, & in executionibus utitur, contumeliis, & injuriis verbalibus & realibus afficit.

LXVII.

De famosis libellis, & eorum pœnis.

LXVIII.

Quomodo punitur, qui seipsum, vel alium quempiam rem habuisse cum alterius conjuge, vel virgine, aut vidua glorietur, nec tamen certi de eo constare possit, vel qui puellam traducit, quod secum sponsalia contraxit, ad hoc, ut alios procos repellat.

LXIX.

Quanto tempore actioni injuriarum, & famoso libello præscribatur.

LXX.

De reliquis modis tollendi injurias, & extinctis injuriis, an nihilominus actio ad interesse, damna, & impensas supersit.

LXXI.

De pœna relegationis, & an relegatus ab uno loco el cujus provinciæ, à tota provincia relegatus censeatur.

LXXII.

De pœnis illorum, qui relegati contra juramentum semel aut pluries etiam revertuntur.




IN-

INSIGNIA
Civitatis Lipſienſis.



PArcere proſtratis, elatos ſternere, gnarus
Stat Leo, qui ferrum frangere, ligna nequit:
Parcere nempe probis, reprobos ſed plectere novit:
Lipsia, quæ ſemper nil, niſi magna, poteſt.

BENE-



CONCLUSIONUM PRACTICABILIUM PARS QUINTA.

Conclusio XXXVIII.

De pœnâ ſtuprantis, & deflorantis virginem.

SUMMARIA.

1. *Stuprum an rectè puniatur.*
2. *Quomodo puniatur, tàm de jure divino, canonico, civili, & Saxonico. n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 17.*
14. *Hæc duo, ut quis ducat & dotet ſtupratam, copulativè non requiruntur, ſed alterum horum ſufficit, 15. 16.*
18. *Quantam dotem ſtuprator ſolvere debet. n. 19. 20. 21. 22.*
23. *Stuprator dotem ſolvere debet, etiamſi parentes puellæ ſtupratæ ſint divites. n. 24.*
25. *Dos hæc non debet excedere dimidiam partem bonorum ſtupratoris.*
26. *Hanc dotem ſtuprator ſolvere debet, etiamſi puella non nubat.*
27. *Stuprator dotem ſolvere debet, etiamſi puellam blandis verbis ad ſtuprum induxerit. 28. 29.*
30. *Stuprator dotem dare debet, etiamſi volenti & conſentienti puellæ ſtuprum intulit. n. 31. 32.*
33. *Stuprator ad dotandum tenetur, etiamſi quinquennium elapſum fuerit.*
34. *Stuprator debet dotare, etiamſi poſtea cum aliâ matrimonium inierit. 35.*
36 *Dos etiam puellæ ſtupratæ dari debet, etiamſi ſine dote condigno viro nupſerit.*
37. *Hæc etiam procedunt in viduâ.*
38. *Stuprator dotem dare debet, etiamſi pater nolit filiam ſuam nubere ſtupratori.*
39. *Item, etiamſi puella poſt ſtuprum publica meretrix facta fuerit.*
40. *Etiamſi impregnatio ſubſecuta fuerit.*
41. *Stuprator tenetur etiam infantem alere.*
42. *An ante triennium, an verò poſt illud, ſtuprator teneatur infantem alere. numer. 43.*
44. *Stuprator tenetur etiam Matri inopi alimenta exhibere.*
45. *Heredes ſtupratoris tenentur etiam ad alimenta. 46.*
47. *Infans tranſmittit alimenta ad Matrem.*
48. *Quamdiu ſtuprator tenetur infantem alere.*
49. *Puellæ dicenti, ſe ex aliquo gravidam, non creditur, niſi probet. 50. 52.*
51. *In dubio fieri debet interpretatio in eam partem, per quam evitatur delictum.*
53. *Puella an & quatenus juramentum ſtupratori ſuper impregnatione deferre, vel ipſa ad jurandum admitti poſſit. numero 54.*
55. *An & quomodo probatur partum eſſe alicujus viri. n. 56 57. 58. 59. 60.*
61. *Recenſentur nonnulli caſus, ubi ſtuprator puellam nec ducere, nec dotare cogitur. 62. 66. 67. 68. 69. 70.*
63. *In dubio puella præſumitur virgo, & ab aliis non cognita, 64. 65.*
71. *Vilem, humilem, & in obſcuro loco natam puellam, an quis impunè ſtuprare poſſit. numer. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82.*
83. *Si quis matrimonium promiſit puellæ, tunc eam præcisè ducere cogitur, nec ſolvendo dotem liberatur. num. 84.*
84. *Si contra ſtupratorem præſumptiones quædam de promiſſo matrimonio currunt, tunc ei juramentum purgatorium defertur.*

85. Si

85. *Si nullæ præſumptiones adſunt, ſed ſola impregnatio, an ſtupratori juramentum purgatorium deferatur. numero 80. 88.*

87. *Si quis concubitum fatetur, negat autem matrimonium promiſſum, præſumptio contra eum eſt, quod matrimonium promiſerit.*

89. *Præſtito juramentô purgationis ſtuprator quidem liberatur à matrimonii impetitione, ſed non ab alimentis.*

90. *Stuprator præciſe non cogitur præſtare hoc juramentum, ſed cum ſuis probationibus auditur, mulierem poſtea etiam cum aliis concubuiſſe, vel matrimonium non promiſiſſe.*

91. *Nudæ etiam præſumptiones ad hoc ſufficiunt.*


92. *Quando & quibus caſibus ſtuprator graviori pœnâ, quam ut ducat aut dotet puellam, puniatur. 101.102.103.104.105.106. 107.108.109.110.111.112.*

113. *Stuprator an ultra pœnam ſupradictam etiam à magiſtratu ſeculari puniri poſſit. 114. 115.*

116. *Mulier ſtuprum paſſa, an & quomodo puniatur. numer. 117. 118. 119. 120. 121. 122.*

123. *Super crimine ſtupri an & quatenus tranſigere liceat. num. 124. 125.*

126. *Pœna ſtupri pertinet ad inferiorem jurisdictionem.*

1 

Tuprum certè eſt crimen graviſſimum, & acri animadverſione plectendum; nam ſi ob furtum rei temporalis jure aut conſuetudine in crucem fures ſurripimus, quô quæſo ſupplicio afficiendi ſunt, qui virgineum florem, & virginitatem, theſaurum incomparabilem, callidè eripiunt, & famam, & nomen bonum, quibuſve divitiis potius & precioſius, auferunt, & ſiniſtrè furantur? *Jodoc. Damhoud. in ſua pract. crimin. c.92. incip. dum hic in libidinum. num. 1. & ſeq. Proſper. Proſper. Farinac. in ſuâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. n. 2.*

Nov. Elect. Aug. par. 4. conſt. 27. Chev. rubr. in 4. ... col. 4. v. do auch ... P. 14.

2 Pœna hujus criminis de jure divino eſt, ut ſtuprator mulierem ſtupratam dotet, & ducat.

Exod. 22. verſ. 16. & verſ. 17. Deuteron. 22. verſ. 28. & verſ. ſeq. Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 3. caſ. 288. num. 14. verſ. & verè idem & ſeq. VVeſenb. in comm. ff. ad l. Iul. de adult. numer. 21. verſ. lex divina.

3 Quæ pœna etiam à jure canonico eſt repetita, & confirmata.

in cap. 1. & cap. 2. X. de adult. Salyc. in l. cum qui duas C. ad l. Iul. de adult. num. 3. ibi, de jure autem canonico Jacob. Menoch. d. caſ. 288. num. 14. ibi, ſtuprata eſt pœna. Anton. Teſſaur. deciſ. 3. incip. virgines ſtuprator. numer. 2. Ludov. Gilhauſ. in ſua arbor. judic. crim. cap. 2. tit. 21. numer. 6. VVeſenb. in comm. ad tit. ff. ad l. Iul. de adult. numer. 21. poſt princip. Daniel Moller. in comm. ad conſtit. Saxon. part. 4. conſtit. 27. numer. 3. Ioann. Harpprecht. ad §. item lex Iulia de adulteriis. 4. inſtit. de public. judic. numer. 40. verſ. alia divino & canonico. Proſper. Farinac. in ſua practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. §. dos. num. 97. ibi, regula ſit. n. 98. & ſeqq. Hoſtienſ. in ſumm. X. de adult. §. & qualiter puniatur. n. 11. verſ. ſed ſecundum canones. Cardinal. Tuſcb. tom. 7. pract. concluſ. lit. S. concluſ. 709. incip. ſtuprum eſt corporis. n. 26. & num. ſeq. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. num. 3. verſ. laicus autem committens. Carrer. in practic. tit. de homicid. & aſſaſſin. §. circa igitur quartum. numer. 9. Bermond. Choveron. de public. concub. rubr. de ſtupro numer. 4. Chirland. de pœnis omniſar. coitus. quæſt. 7. numer. 5. verſ. laicus autem. Auguſtin. Bonfranciſc. in addit. ad Angel. tract. malefic. verb. verb. che hai adulterato. n. 54. ſub fin. verſ. ſed de jure canonico. Anton. Gomez. in legem Tauri. 80. n. 6. poſt princ.

Jure civili verò videtur dicendum, quod pœna ſtupri ſit capitalis, veluti ita 4

per text. expreſſ. in l. 1. §. qui puero. 2. in med. ff. de extra ordin. crimin. tradit Anton. Teſſaur. deciſ. 3. n. 1. in princ.

Aliis verò rectiùs placet, pœnam ſtupri de 5
jure civili non eſſe capitalem, ſed in ſtupratoribus honeſtis publicationem dimidiæ partis bonorum, in vilibus verò & humilibus corporis coërcitionem, puta fuſtigationem, cum relegatione.

text. clar. in §. item lex Iulia. 4. verſ. pœnam autem eadem lex. inſtit. de public. judic. ubi Johan. Harpprecht. num. 40. in princ. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ſtuprum. num. 3. ſub fin. verſ. de jure autem civili. Dominic. Cardinal. Tuſcb. tom. 7. pract. concluſ. lit. S. concl. 709. num. 10. ibi, dicas quod pœna. Proſper. Farinac. in ſuâ practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. §. dos. num. 6. ibi, regula ſit. num. 7. & num. ſeq. Anton. Teſſaur. d. deciſ. 3. num. 1. ante med. verſ. poſtea v. lege Iulia. Jodoc. Damhoud. in ſuâ pract. crimin. c. 92. num. 4. poſt princip. VVeſenb. in comm. ff. ad l. Iul. de adult. n. 21. poſt princ. Modeſt. Piſtor. conſil. 42. n. 36. & num. ſeq. vol. 2. Iohann. Gædd. in l. inter ſtuprum. 101. ff. de V. S. num. 5. ibi, ſtupri pœna. & num. 9. Anton. Gomez. in leg. Tauri. 80. nu. 5. verſ. cujus pœna de jure communi eſt. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 3. caſ. 288. num. 10. ibi, quarta pœna eſt. & num. ſeq. Gl. in l. inter ſtuprum. 101. ff. de V. S. verb. viduam. verſ. ſtupri pœna eſt. Alber. in l. raptores. C. de Epiſc. & cleric. n. 6. poſt med. verſ. ſecundo caſu. Salyc. in d. l. cum qui duas. 18. C. ad l. Iul. de adult. n. 2. ibi, ibi ſtupri cujus pœna. Hoſtienſ. in ſumm. X. de adult. num. 11. poſt princ. Angel. Aretin. tract. malefic. verb. che hai adulterato. num. 54. poſt princ. verſ. ſin autem ſine vi. Carrer. in pract. crimin. tit. de homicid. & aſſaſſin. §. circa igitur quartum. num. 5. Paul. Chirland. de pœn. omniſar. coitus. quæſt. 7. n. 4. Bermond. Choveron. de public. concub. rubr. de ſtupro. n. 34.

Nec movet textus in d. l. 1. §. qui puero. 2. ff. de 6
extra

extraordin. crimin. in contrarium adductus. Ad eum enim respondet *Br. ibid. n. un. vers. solutio intellige*, quod ibi intervenerit aliqua violentia interpellando, vel conducendo mulierem, vel committendo, ideoq; mirum non esse, quod pœna stupri sit capitalis; quem sequitur *Prosper. Farinac. in suâ practic. crimin. part. 4. tit. 16. qu. 129. n. 9. August. Bonfrancisc. (ubi dicit, licet solutio Br. sit divinatio, quod tamen ea in practica servetur, & ob id ab ea non recedendum) in addit. ad Angel. tract. de malefic. verb. che hai adulterato n. 54. in fin. vers. nec obstat. & n. 55. vers. sed adverte. & seq. Bertazol. consil. 203. n. 2. Bl. in l. raptores 41. C. de Episc. & cleric. n. 1. post med. vers. aut committitur stuprum.* Alias solutiones affert *Alciat. lib. 5. paradoxor. c. 16. & in l. transigere. 18. C. de transact. n. 10. sub fin. quem sequitur Francisc. Caldas. in l. si curatorem 3. C. de in integr. restit. minor. verb. vel adversus dolo. n. 57. & n. 58. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. d. cas. 288. n. 11. vers. verum repugnare videtur. Anton. Tessaur. d. decis. 3. n. 1. post princ.*

7 Verùm quicquid sit de jure civili, Hodiè pœna juris civilis à jure canonico correcta est, ita ut etiam in terris imperii stuprator non aliâ pœna plectatur, nisi ut stupratam aut ducat, aut dotet, *Salyc. in l. eum qui duas C. ad l. Iul. de adult. nu. 3. Anton. Gomez. (ubi de communi stylo & consuetudine ita in regno Hispaniæ in practica servari testatur.) in l. Tauri. 80. n. 7. ibi, unum tamen est, in fin. Iul. Clar. (ubi ita in practicâ servari refert.) lib. 5. sent. §. stuprum n. 3. in med. vers. sed quicquid sit de jure Anton. Tessaur. (ubi hodiè nullam aliam pœnam, quà juris canonici stupratoribus de consuetudine imponi dicit, & ita in Senatu Subaudiæ practicari testatur.) d. decis. 3. n. 3. vers. quinta est conclus. in med. in verb. tamen hodie de consuetudine. Iodoc. Damhoud. in sua practic. crimin. c. 92. incip. dum hic n. 6. Matth. Coler. decis. 176. n. 87. & seq. part. 1. Cardin. Tusch. tom. 7. pract. concl. 709. n. 27. & n. seq. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. qu. 147. §. dos. 1. num. 113. (ubi ita in practicâ servari dicit) n. 113. ibi, amplia septimo, & num. 116.*

Dissentit *VVesenb. in comm. ad tit. ff. ad l. Iul. de adult. n. 21. post med. vers. sed hæc pœna canonica est, & seq.* qui dicit, quod adhuc pœna juris civilis sit in usu, & ei per jus canonicum nihil derogatum.

Aliter sentiunt *Anton. de Butr. in c. pervenit. X. de adult. n. 1. Marian. Socin. eod. n. 4. in 3. notab. Salyc. in l. eum qui duas 18. C. ad l. Iul. de adult. n. 3. vers. quod videretur in terris Ecclesiæ. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. stuprum. n. 3. post princ. vers. licet revera dispositio. & seq. Nevizan. in Sylva nuptial. lib. 3. verb. stuprator. n. 21. vers. & ultra alia damna. junct. n. 22. in princ. Anton. Gomez. in d. l. Tauri. 80. n. 7. in princ. Francisc. Veget. consil. 66. n. 22. vers. quia respondetur. & seq.* qui statuunt, quod pœna juris canonici procedat in terris Ecclesiæ, & Pontifici subjectis, non item in terris imperii, in quibus servetur jus civile, & non canonicum.

Aliter sentit *Hostiens. in d. c. pervenit. X. de adult. n. 3. sub fin. vers. hoc in foro Ecclesiastico. Abb. Panorm. ibid. n. 2. in 2. notab. & seq.* qui putat, quòd in terris Ecclesiæ indistinctè jus canonicum, in terris verò imperii, & quidem in foro seculari jus civile servetur, in foro verò Ecclesiastico etiam in terris imperii judex Ecclesiasticus secundùm jus canonicum pronunciet.

Quam tamen assertionem, *n. 5.* traditam, veram puto, si contra stupratorem civilis actio instituatur; Secus erit, si criminaliter agatur, puta, quia pater, vel consangui nei puellam stupratam stupratori in matrimonium dare, vel dotem ab eo accipere nolint, sed vindictam ab eodem stupri illati sumere velint, vel quia stuprator est maritus, vel post stuprum illatum alteri cuidam mulieri se in matrimonium collocat; his enim & similibus casibus contra stupratorem pœna juris civilis rectè procedit, ut in specie decidit *Matth. Coler. decis. 176. incip. adulterium propriè. n. 92. ibi, sin verò criminaliter, & n. seq. part. 1.* Vrthel *post* Landr. *tit.* von Nothzog vnd Jungfrawschwechen / *in med. vers.* so viel aber den jenigen belanget *fol. 532. col. 2.* 8

Quamvis olim Lipsenses contrarium pronunciasse patet ex Vrthel *post* Weichb. *tit.* von Jungfrawschwechen / vnd wie die sollen gestraffet werden / *post princ. vers.* vnd jhr Vater vnd Freundschafft mögen / *fol. 151.*

Jure Saxonico quâ pœnâ stuprator afficiatur, variæ etiam extant interpretum opiniones. 9

Ignis enim pœnam, ita ut puella stuprata unà cum stupratore concremaretur, vel viva sepeliretur, & stuprator super ejus corpus crucifigeretur, & aliis hujuscemodi pœnis afficeretur, usitatam fuisse, testatur *Hermond. Choveron. tract. de public. concub. rubr. de stupro. nu. 9. quem refert. & sequitur Anton. Tessaur. decis. 3. n. 1. post med. vers. de jure verò Saxonum. & seq.* 10

E contrà pœnam juris civilis, supra *n. 5.* traditam, aliquando stupratori fuisse dictatã, apparet ex *Rothsch. in suo process. part. 2. c. 5. num. 2. vers.* Als wenn do der Geselle. *& seq.* 11

Frequentiùs tamen usu obtinuit pœna juris canonici, ita, ut stuprator puellam stupratam vel dotare, vel ducere coactus fuerit, *teste Chilian.* König *in suo process. tit.* von Peen der Jungfrawschwecher / *vers.* vnd diß lehret geistliche Recht. *Georg. à Rotschitz d. c. 5. sub fin. vers.* aber in geistlichen Rechten / *Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 15. n. 1. & seqq. per tot.* Vrthel *post* Landr. *tit.* von nothzögen vnd Jungfrawschwechen / *post med. vers.* Wenn aber wieder jhn / *& seq. usq. ad fin. fol. 532. col. 2.* Vrthel *post* Weichbild / *tit.* von Jungfrawschwechen / vnnd wie die sollen gestraffet werden / *post princ. vers.* Der ander Geselle aber / *fol. 151.* 12

Quam ultimam opinionem etiam confirmavit August. Elect. Saxo. in suis Novellis, *part. 4. const. 27. ubi in Comm. Daniel. Moller. n. 1. & seq.* Churf. Sächs. Ordn. *in 4. punct. col. 4. §.* do auch eine *pag. 14.* 13

Hoc autem in casu hæc duo copulativè, ut scilicet stuprator ducat stupratam puellam in uxorem, & eam dotet, non requiruntur, ut voluit, *Salyc. in l. eum qui duas. 18. C. ad l. Iul. de adult. n. 3. vers. ut eam dotet. Cardinal. Tusch. tom. 7. pract. concl. lit. S. conclus. 709. n. 26. Paul. Chirland. tractat. de pœnis omnifar. coitus. q. 7. n. 3. vers. & hi duabus pœnis.* 14

Sed alternativè, ita ut alterutrum horum sufficiat, & stuprator mulierem stupratam vel ducat, vel dotet, 15

Jul. Clar. lib. 5. sent. §. stuprum. numer. 3. vers. sed quicquid sit de jure post princ. Anton. Gomez. (ubi ita in practicâ servari, & se ita judicasse testatur) in l. tauri. 80. numer. 8. vers. primo quæro an præcisè. & vers. seq.

ſeq. Proſper. Farinac. in ſuâ practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. §. dos. nu. 97. & num. 98. & ſeq. Ioann. de Platea. in §. item lex Julia de adulteriis. 4. inſtitut. de public. judic. numer. 4. ſub fin. verſ. qualiter autem punitur ſtuprum de jure canonico. Anton. de Butr. in c. pervenit. X. de adult. num. 1. verſ. nota pœnam ſtupri. VVeſenb. (ubi rationem affert.) in comm. ff. ad l. Iul. de adult. num. 3. ante med. verſ. canon verò legem ut apparet. Cardinal. Tuſch. tom. 7. pract. concluſ. lit. S. concl. 709. n. 28. & n. ſeq. Iodoc. Damhoud. in ſuâ practic. crimin. c. 92. n. 6. in princ.

16 Quam ſententiam etiam approbavit Auguſtus Elector Saxoniæ in ſuis Novellis. *part. 4. d. conſt. 27. poſt princ. ubi in comm. Daniel. Moller. n. 3.* Churf. Ehecordn. *in d. 4 punct. col. 4. ſub fin.*

Et quidem hoc non in poteſtate Judicis, ſed in arbitrio ſtupratoris poſitum eſt, utrum eligere, an ducere, an verò dotare, malit. *Iodoc. Damhoud in ſua practic. crimin. c. 92. num. 6. verſ. atq; hæ pœnæ quidem ſtatuendæ ſunt.*

17 Hæc autem tota dos, quam ſtuprator puellæ ſtupratæ dare debet, arbitrio judicis relinquitur, qui ſecundum qualitatem & facultates ſtupratoris, habitâ etiam ratione qualitatis ipſius virginis ſtupratæ, moderetur, quantam dotem ſtuprator ſolvere debeat,

Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 3. caſ. 288. incip. ſtupri nomen. num. 16. 17. & num. ſeq. Anton. Teſſaur. (ubi ita Senatum Pedemontanum judicaſſe refert) deciſ. 3. numer. 2. ſub fin. verſ. quanta verò dos eſſe debeat. Proſper. Farinac. in ſua practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. §. dos. num. 124. ibi, limita quarto. num. 125 & num. ſeq. Hoſtienſ. in ſumm. X. de adult. num. 11. ſub fin. verſ. tenetur aſſignare dotem juxta modum.

18 Veluti etiam ita Scabini Lipſenſes *Anno 1574. ad conſultationem I. S.* pronunciarunt. Vnd da er vnd ewre Schweſter ſich der begifftigung vnd verehrens/ wie hoch daſſelbe ſeyn sol/ nicht vergleichen könnet/ ſo wird ſolches auff Richterliche ermeſſigung billich geſtellet/ V. R. W.

19 In hâc autem moderatione, & illud judex conſiderare debet, ut in odium ſtupri majorem dotem puellæ ſtupratæ, quam alias, ſi virgo manſiſſet, et pater ex conſuetudine regionis dediſſet, ſolvendam decernat; propterea, quod major dos poſt deflorationem requiratur, cum virginitas, quæ fuit ſecunda dos, perierit, *Abbas. in c. 1. X. de adult. n. 4. Iohann. Schneid. (ubi hoc pulchrum verbum, & in practicâ perpetuò notandum dicit) in §. in duplum inſt. de action. n. 13. verſ. & quando non vult. Didac. Covarr. in epitom. ſponſal. part. 2. c. 6. §. 18. incip. his omnibus, quæ in duobus. nu. 20. ibi, & licet textus. & ſeq. Daniel. Moller. in comm. ad conſt. Saxon. part. 4. conſtit. 27. n. 6. ſub fin. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 3. d. caſ. 288. n. 19. ibi, tertius eſt caſus. & ſeq. Farinac. d. qu. 147. nu. 124 verſ. habitâ tamen conſideratione. & ſeq. Neviz. in ſylva nupt. lib. 3. verb. ſtuprator. n. 24. poſt prin.*

20 In his tamen terris dos ſecundùm nativitatem & dignitatem ſtupratæ puellę conſtituitur, & quidem talis, qualem veriſimiliter pater puellæ ſeu filiæ ſuæ dediſſet, vel dare conſuevit, *Matth. VVeſ. in comm. ff. ad l. Iul. de adult. n. 21. in med. verſ. quod ad eam quantitatem redigi ſolet.* Vrchel *poſt* Landrecht. *tit.* von Nothzog/ vnd Jungfrawſchwechen/ *ſub fin. verſ.* Vnd auff den fall iſt er ſchuldig *fol. 532. ſub fin.* Vrchel *poſt* Weichbild. *tit.* von Jungfrawſchwechen/ vnd wie die ſollen geſtrafft werden/ *poſt prin. verſ.* jhrer Geburt vnd herkommen gemeſſe. *& ſeq. fol. 171.*

21 Quam ſententiam etiam confirmavit Aug. Elect. Sax. in ſuis Novellis *part. 4. conſt. 27. poſt prin. verſ.* ſo ſoll er ſie ires Standes vnd herkommen nach. *ubi in comm. Daniel. Moller. n. 6. in princ.*

22 Niſi quædam circumſtantiæ diverſum ſuadeant; puta, quia pater habet formoſam, & bene educatam filiam, quam datis tantùm trecentis aureis pro dote potuiſſet cuidam viro honeſto elocare, ſed eam corrupit quidam ſcholaris, ita ut mille aureis in dotem datis vix ita elocari poſſit, tunc ſtuprator puellæ ſtupratæ rectè ad illud plus tenetur, ut virum condignum invenire queat, *eleg. ant. Iohann. Schneid. ad d. §. in duplum inſt. de action. n. 12. ibi quærunt, quando pater habet filiam formoſam, & n. 13. ſub fin. verſ. ex quibus verbis & ſeq.*

23 Et licet nonnulli ſtatuant, quod ſtuprator tùm demum puellæ ſtupratæ dotem vel integram, vel ejus ſupplementum, ſolvere cogatur, ſi vel ipſa vel ejus parentes propter paupertatem non habeant facultatem illam condignè dotandi, ita ſi puella, quæ virgo eſſet, & centum aureis loco dotis à patre acceptis, congruè æquali nubere potuiſſet, nunc autem ſtuprata nubere non poſſit, niſi dote datâ centum & quinquaginta aureorum, quod debeat ſtuprator ſolùm illos quinquaginta aureos ſupplere, ſi verò pater puellæ omninò nihil propter inopiam dare poſſit, ſtuprator integram dotem centum & quinquaginta aureorum ſolvere cogatur. *Diaz. in pract. crimin. c. 83. in verb. ſtupri. n. 8. Navarr. in manuali confeſſ. c. 16. n. 17. ſub fin. quos refert & ſequitur Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 3. d. caſ. 288. n. 16. in fin. verſ. quorum primus eſt, & n. ſeq. Didac. Covarr. in epitom. ſponſal. part. 2. c. 6. §. 8. n. 19.*

24 Horum tamen opinionem, tanquam erroneam, rectè rejicit, eamq; nullam in practicâ obſervatam fuiſſe, dicit *Proſper. Farinac. in ſua pract. crimin. part. 4. titul. 16. qu. 147. §. dos n. 128. n. 129. ibi, verum hæc ampliatio, & ſeq. Oſaſc. deciſ. Pedem. 17. nu. 10. Iaſon. in §. omnes inſt. de action. n. 24. & n. 25.*

25 Illud tamen in hac dotis quantitate obſervandum eſt, quòd ſtuprator tùm demum tantam dotem puellæ ſtupratæ, quantam judex moderatur, vel pater dare conſueviſſet, dare cogatur, dummodò illa dos dimidiam partem bonorum ſtupratoris non excedat, aliâs ſi eam excedit, dotem integram ſolvere non tenetur, ſed tantum uſque ad dimidietatem bonorum ſuorum; Veluti ita notabiliter Scabini Lipſenſes reſponderunt, Vrchel *poſt* Landr. *tit.* von Nothzog/ vnd Jungfrawſchwechen/ *ſub fin. verſ.* vnd die Summa die helffte ſeines Guts/ *fol. 532. col. 2.* Quæ deciſio etiam habet vivam rationem; Quia ſupra *num. 5.* dixi, quod de rigore juris civilis pœnâ ſtupri ſit publicatio dimidiæ partis bonorum, quem rigorem poſtea Pontifex Maximus, *in cap. 2. circa med. X. de adult.* mitigavit, & conſtituit, ut loco ejuſmodi publicationis bonorum ſtuprator puellam ſaltem dotare cogatur. Si igitur hæc dos dimidiam partem bonorum excedere poſſet, ſequeretur, quod iſta mitigatio hoc in

caſu

casu in perniciem & detrimentum stupratoris vergeret, quod est absurdum, quoniam illud, quod in alicujus favorem inductum est, in ejus odium retorqueri non potest, *l. quod favore. 6. C. de leg.* nec debet inde injuria oriri, ubi jura favorem & mitigationem aliquam induxerunt, *l. meminerint. C. unde vi. c. nonnulli X. de rescript. c. qualiter & quando. X. de accusat. Gravett. consil. 985. num. 14.* veluti etiam illud, quod alicui conceditur, ita conceditur, ita concedi intelligitur, ut in nihilo diminuatur, nec contra se utatur. *Bl. in auth. habita. C. ne filius pro patre. num. 5. vers. contrarium est verum. & n. 6.*

26 Hanc autem dotem stuprator mulieri stupratæ statim post stuprum illatum solvere debet, nec necesse est, ut expectetur tempus nuptiarum ipsius puellæ, & ideò, si mulier stuprata priùs, quàm nubit, moriatur, hanc dotem ad infantem, vel alios hæredes transmittit, *per text. in l. un. §. 1. vers. sive maritum nolentes accipere. & seq. C. de raptu virgin.* propterea, quod dos debeatur propter pœnam stupri; Stuprum igitur cum sit revera illatum, meritò etiam ejus pœna subsequitur; Deinde quia fieri posset, ut mulier stuprata nunquam inveniret virum, & ob id stuprator remaneret impunitus, quod tamen esset iniquissimum. Denique ita in terminis decidit *Caspar. Anton. Tessaur. (ubi aliquoties per Senatum Pedemontanum judicatum fuisse dicit) in addit. ad Patris Anton. Tessaur. decis. 3. ad num. 2. in princ. vers. ego verò dicebam & seq. Ioann. Bajard. (ubi semper ita servatum fuisse, & se pluries ita servasse testatur) in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. stuprum. num. 74. vers. sed ego vidi semper servari, & seq. Ioach. à Beust. tract. de connub. part. 1. c. 29. sub fin. vers. & e contra si mater prius moriatur, usq. ad fin.*

Non obstante, quòd directò contrarium statuat, usque adeò, ut nec cautio per mulierem de nubendo oblata sufficiat, nec talis dos ad defloratæ heredes trasmittatur,

Borgnin. Cavalcan. in repertor. suarum decisionum (ubi ita pluries in foro Fivizanensi judicatum fuisse refert) verb. matrimonium. num. 7. & num. seq. quem sequitur, Claud. Bertaz. in addit. ad Patru sui Bertazol. consil. 96. sub fin. vers. quæ tamen dos non est danda lib. 1. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. §. dos. n. 123 ibi, limita tertio. Alex. consil. 145. incip. viso processu col. 2. n. 1. sub fin. vers. postea fuit comparatum, & n. seq. vol. 5.

27 Prædicta procedunt, & stuprator virginem vitiatam aut ducere, aut dotare cogitur, etiamsi stuprator blanditiis, persuasionibus, promissionibus, dationibus pecuniarum, munerum, & similibus fraudibus, & fallaciis puellam ad stuprum induxerit, quoniam nunquam ferè datur stuprū, quin ex parte stuprantis aliqua interveniat fallax persuasio, & promissio,

l. etsi 9. §. ult. ff. ad l. Iul. de adult. Prosp. Farin. (ubi contrariam opinionem in practica servari nunquam se vidisse testatur) in sua pr. crim. part. 4. tit. 16. quæst. 147. n. 34. ibi, amplia septimo n. 35. & n. seq. Dom. Card. Tusch. tom. 7. pr. concl. lit. S. verb. stuprum. concl. 710. incip. stuprum violentum. n. 3.

Aliter sentiunt, qui hoc in casu stuprum tanquam violentum pœnâ capitis puniendum esse, tradunt *August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. che hai adulterato. num. 50. post princip. vers. sed ubi non est raptus. Caccialup. in repet. l. si qua illustris. C. ad SC. Orphit. num. 26. vers. & si pecunia fuisset adducta. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. stuprum. num. 38. ibi, item adde quod stuprum violentum. Rotschitz in suo process. part. 2. c. 5. num. 2. vers.* Wo er sie aber mit süssen Worten. *König. in suo process. crimin. tit.* Von Peen der Jungfraschwechter. *vers.* vnd das hat auch stat.

28 Quam assertionem probant *ex l. 1. §. qui puero 2 ff. de extraordin. crimin.* Deindè quia persuasio nimia habet vim coactionis, & plus est blandis verbis persuadere, quam aliquem ad aliquid faciendum impellere, *l. 1. §. persuadere. 3. ff. de servo corrupt. l. eum qui C. de appellat. l. 1. C. de rapt. virg. Gravett. consil. 46. num. 16. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 8. num. 24. Anton. Sola ad constit. antiq. subaud. decret. nullam volumus, gl. un. num. 11. & seq.* Quæ tamen rationes parum urgent; siquidem textus *in d. l. 1. §. puero 2.* est intelligendus, si præter blandimenta, & persuasiones, etiam vis quædam adhibetur, ut supra *num. 6.* dixi. Altera verò ratio obtinet tantum in civilibus, ad hoc, ut is, qui ad ejusmodi blandas persuasiones aliquid fecit, in integrum restitui possit, non item in criminalibus.

29 Nisi stuprator sit maritus, & uxoratus, tunc enim si dolo, fraude, & persuasionibus decepit puellam, ei persuadens, se non esse uxoratum, & alteri ligatum, pœnâ mortis naturalis rectè plectitur. *Jac. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 5. cas. 420. num. 110. vers. sicuti hoc in casu. & num. seq.* non quidem propter blanditias & persuasiones, sed potiùs propter adulterium, quod hoc in casu stuprator committit, ut supra *part. 4. concl. 27. n. 34. & seqq. & concl. 28. n. 15.* dixi.

30 Deinde supradicta procedunt, si quis volenti & consentienti puellæ stuprum se intulisse dicit, ut, quia sponte ad ejus lectum nuda venisse dicitur; nam & tunc stuprator nihilominus eam ducere, vel dotare tenetur,

Abb. in c. 1. in 1. notab. n. 2. X. de adult. Caccialup. in l. si qua illustris. C. ad SC. Orfician. nu. 26. post med. Ioan. Schneid. ad §. in duplum. inst. de action. n. 14 sub fin. vers. quid autem si dicas. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. d. quæst. 147. nu. 54. ibi, amplia undecimo. & n. seq.

Idem responderunt Scabini Lipsenses, ut ex eorum sententiis *post* Weichbild. *tit.* Von Jungfrawschwechen / vnd wie die sollen gestrafft werden/ *post princip. vers.* vnnd mag sich mit dem. *fol. 151.* patet.

Quod verum est, si struprator hoc ad suam prætensionem saltem allegat, & non probat, quoniam virgo semper seducta & decepta præsumitur, donec contrarium probetur, *Schneid. Farin. & alii modo allegati.*

31 Secus si notoriè, vel ex confessione ipsius puellæ, vel aliis probationibus constat, puellam nudam ad lectum juvenis venisse, & in stuprum consensisse, tunc is nullo modo, neq; ut ducat, nec ut dotet, tenetur,

Petr. Paul. Paris. consil. 160. incip. difficultas vertitur. n. 1. n. 2. ibi, tamen advertendum est, n. 3. & seq. vol. 3.

Anton. Gomez. in l. Tauri. 80. nu. 10. ibi, ſecundo quæro in princ. & ſub fin. verſ. ſi verò expreſſè conſtet. Farin. in ſua pract. crim. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. tit. ſtuprator quando & quibus caſibus, n. 122.

Non attento, quod contrarium velit,

Matth. de afflict. in cap. un. §. condemnatorum. tit. quæ ſunt regalia. num. 2. verſ. vel dic melius, puta quia virgo. & ſeq.

32 Pater tamen puellæ ſtupratorem actione injuriarum rectè convenire, & ab eo æſtimationem damni, ſibi inde provenientis, ſcil. illius pluris, quo ob ſtuprum illatum caret, cum majori pecunia ad filiam ſtupratam dotandam opus habeat, petere poteſt.

Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 83. verb. ſtupr. in 4. & num. ſeq. quem ſequitur. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. §. ſtuprum. num. 28. ibi, item adde quod ſi. Farinac. in ſua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. d. c. ſtuprator quando & in quibus caſibus, num. 119. ibi, limita ſecundo. & n. ſeqq.

33 Præterea procedunt, etiamſi quinquennium elapſum fuerit; nihilominus enim prædicta pœna locum habet, ut ſtuprator, aut dotet, aut ducat; veluti ita Scabinos Lipſenſes reſpondiſſe teſtatur

Modeſt. Piſtor. quæſt. 127. incip. quæſtio eſt, an ſtuprata. num. 1. & ſeqq. num. 13. & ſeqq. per tot. part. 3. Conſult. conſt. Saxon. tom. 1. part. ult. quæſt. 84. incip. quæritur an ſtuprata n. 1. & ſeqq.

Licet diſſentire videatur, *Matth. Coler. deciſ. 176. incip. adulterium propriè. num. 87. & ſeq. junct. num. 95. lib. 1.*

34 Ulteriùs procedunt, etiamſi ſtuprator, antequam per judicem ſtuprata ab eo injuriæ & damni reparationem poſtulet, uxorem duxerit, & matrimonium cum aliâ contraxerit, nam & tunc puellam ſtupratam dotare cogitur,

Modeſt. Piſtor. d. quæſt. 127. n. 14. ibi, quando Damhouderius. n. 15. & n. 16. part. 3.

Quia nullibi in univerſo jure invenio, quod ſequens matrimonium ex parte ſtupratoris ſit juſta cauſa pœnam tollendi. Quin imò ſtuprator graviùs puniendus videtur, quod, crimine ſtupri nondum compoſitô, cum alia contrahit. Deindè ſequeretur, ſi ſtuprator cum aliâ matrimonium ineat, quod per hoc juris civilis pœnam evitet, conſequens falſum eſſe quis non videt; Ergò quo minus in caſu noſtro idem non ſtatuamus, rationem diverſitatis non video, præſertim cum pœna juris canonici ſubintravit in locum pœnæ juris civilis; Quemadmodum etiam ita ante paucos annos in facti contingentia obſervatum ſcio.

Non obſtante, quod directò contrarium doceat *Jodoc. Damboud. in ſuâ pract. crim. c. 92. incip. dum hic in libidinum. num. 7. ibi, verum iſta locum tantùm habent, & n. ſeq.*

Propterea, quod per hoc ſtuprator optione alterutram pœnam eligendi, ut vel ducat, vel dotet, deſtituatur, cum jam maritus factus alteram pœnam, ut puellam ducat, eligere non poſſit; Quia ſtuprator ſua culpa amiſit optionem eligendi alterutram pœnam, dum cum aliâ matrimonium contraxit; Damnum autem quod quis ſuâ culpâ ſentit, ſentire non videtur, *l. quod quis. 203. ff. de R. I.* Deinde non ſequitur, ſtuprator non habet liberam optionem eligendi alterutram pœnam, Ergò dotare non tenetur, repugnat enim textus. *in cap. 1. ſub fin. X. de adult.* ubi pater non vult puellam ſtupratori in uxorem dare, & ita ſtuprator deſtituitur optione puellam ducendi in matrimonium, & tamen ibi deciditur, quod eam competenter dotare teneatur, *Modeſt. Piſtor. d. qu. 127. n. 16. part. 3.*

Imò quod plus eſt, ſtuprator, etiamſi tempore ſtupri maritus, & uxoratus fuerit, nihilominus dotare tenetur, etiamſi liberam facultatem alterutrum eligendi, & puellam ducendi non habeat, ne maritus ſit melioris conditionis, quam ſolutus, veluti ita Scabinos Lipſenſes reſpondiſſe refert *Modeſt. Piſtor. d. quæſt. 127. numer. 16. ſub fin. verſ. unde etiam ſi maritus ſit is. numer. 17. & ſeq. part. 3.* 35

Amplius procedunt, quamvis puella poſt commiſſum ſtuprum ante dotis petitionem vel a Patre vel à Matre competentem dotem habens, vel omninò ſine dote cum alio, quam ſtupratore, æquali & condigno viro, matrimonium contraxerit, 36

Anton. Gomez. (ubi contraria ſolvit) in l. Tauri. 80. num. 11. ibi, tertiò principaliter quæro. verſ. ſed ego teneo contrarium. & n. 12.

Tùm, quia licet puella aliundè fuerit dotata, vel ſine dote virum invenerit, ipſe tamen ſtuprator ab obligatione pœnæ, in quam de jure incurrit, non eximitur,

Gomez. d. l. 18. num. 11. ſub fin. verſ. quia licet.

Tùm, quia videmus, ſi filia in poteſtate patris conſtituta jam fuerit nupta, quod nihilominus eam pater dotare teneatur, ut ſe liberet ab obligatione legali,

Gl. ſingul. in l. obligamur ff. de O. & A. verb. lege. verſ. vel dic. lege obligamur. Anton. Gomez. d. l. tauri 80. num. 12.

Tùm, quia quoad effectum alterutrum eligendi paria ſunt, puellam cum alio matrimonium iniiſſe, vel eam à patre ſtupratori in uxorem non dari, cum utroque modo ſtuprator liberâ optione eligendi privetur: Sed ita eſt, ſi pater ſtupratori nolit filiam in matrimonium collocare quod is nihilominus teneatur eam dotare. *c. 1. ſub fin. x. de adult.*

Quamvis me non lateat, contrarium directò ſtatuere *Jodoc. Damb. in ſuâ pract. crim. c. 92. num. 7. verſ. aut antequam ipſa ſtuprata, & n. ſeq. Bern. Diaz. in ſuâ pract. crim. c. 83. verb. ſtupri nu. 7. Jac. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 288. incip. ſtupri nomen. n. 22. Proſp. Farin. in ſua pract. crim. part. 4. qu. 147. tit. 16 n. 127. ibi, ſublimita eandem. & ſeq.*

Nec obſtat ratio fundamentalis hujus pœnæ, quod ſcil. puellâ jam nuptâ impoſſibile ſit, ut quis eam, alteri nuptam, ducere poſſit, deinde etiam eſt dotata, & invenit, cui nupſit. Quia hæc pœna non propter alterutrum eligendi facultatem ſtupratori imponitur, ſed potiùs propter ſtuprum ipſum, quod ſtuprum. & ejus macula cum duret, etiamſi ſtuprata, vel maximè dotata fuerit, & alteri nupſerit, meritò etiam jus pœna ſemper infligi debet.

Porrò procedunt etiam in viduâ; nam ſi quis viduam 37

viduam ſtuprat, eam etiam ducere vel dotare tenetur, *late Proſper. Farinac. (& quam plurimi ibidem allegati) in ſuâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. num. 10. & ſeqq. Claud. ad Bertazol. conſil. 475. lit. A. verſ. ſed quæro.*

Concordat Novella Electoris Auguſti *part. 4. conſt. 27. poſt princ verſ* oder vnberüchtigte Wittwen. Churf. S. Ehord. *in 4. punct. col. 4. §.* do auch eine *verſ.* oder Widwe/ *pag. 14.*

Quamvis contrarium ſtatuat *Anton. Gomez. in l. tauri. 80. numer. 14. verſ. hodie tamen. Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. ſtuprum. numer. 4. verſ cæterum pro ſtupro Joſeph. Ludov. deciſ. Lucenſ. 61. (ubi de generali conſuetudine atteſtatur) incip. Andr. Silicus. nu. 12. verſ. imò ſtuprum. part. 1. Farin. conſil. 90. num. 8. ibi, & facit. lib. 1. Tuſch. tom. 7. lit. S. verb. ſtuprum. concl. 709. in 12. & ſeq.*

38 Inſuper procedunt, etiamſi pater ſtupratæ puellæ nolit eam nubere ſtupratori, vel puella ipſa recuſat cum ſtupratore matrimonium inire, tunc ſtuprator nihilominus eam competenter dotare tenetur,

text. expr. in cap. 1. verſ. ſi verò pater. X. de adult. ubi gl. verb. etſi cum ea. Salyc. in l. eum qui duas. 18. C. ad l. Jul. de adult. num. 3. Caccialup. in l. ſi qua illuſtris C. ad SC. Orfit. numer. 26. verſ. quod ſi non conſenſerit ipſa. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 6. verſ. ſi verò ipſa vel pater. Farin. in ſuâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. num. 105. ibi, amplia ſecundò. & num. ſeq. Jac. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 3. caſ. 288. num. 18. ibi, ſecundus eſt caſus. Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. ſtuprum. num. 3. verſ. ubi verò non conſenſerint. Hoſtienſ. in ſumm. X. de adult. §. & qualiter puniatur. num. 11. verſ. ſed ſi pater renuit.

Quamvis *Henric. Boic. in c. pervenit 2. X. de adul. num. 3.* ſtatuat, quod ſtuprator hoc in caſu omninò non ſit puniendus, in quam ſententiam etiam Scabinos Lipſenſes ad conſultationem cujuſdam quæſtoris olim reſpondiſſe teſtatur

Daniel. Moller. in comm. ad conſtit. Saxon. part. 4. conſtit. 27. n. 7. ibi, ſed quæſtionis eſt.

39 Similiter procedunt, etiamſi mulier ſtuprata poſt ſtuprum publica meretrix fiat, & aliis ſe etiam proſtituat; nam & tunc dotem petere poteſt, & ſtuprator eam vel ducere, vel dotare tenetur; quoniam ſtuprator hoc in caſu mulieri auctor fuit malos mores colendi, & meretriciam vitam agendi, ut proinde periniquum foret, ſi is ſtuprum impunè ferret, *arg. l. ſi uxor. 13. §. 5. ff. ad l. Jul. de adult.* Veluti ita in ſpecie tradit *Angel. in l. Mater. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. quem ſequitur. Ioann. Bajard. ad Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. ſtuprum. nu. 16. ibi, item adde.*

Quamvis diſſentiat, *Carrer. in pract. in 3 tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa igitur quartum. n. 12. Gabr. Serain. ad Mattheſ. ſingul. 99. verſ. limita etiam, quos ſequitur Farinac. in ſua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. n. 79. ibi, limita quarto quando ſtuprata. & n. ſeq. Iac. de Bellov. in ſuâ pract. crimin. lib. 1. c. 9. n. 9. verſ. nam eadem ratione. & n. ſeq.*

40 Deniq; procedunt, etiamſi imprægnatio ſubſecuta fuerit,

Matth. Coler. deciſ. 176. n. 89. part. 1.

Si verò plures rem cum quadam puella habuiſſe conſtat, tunc is eam dotare vel ducere tenetur, qui primus ſtuprum intulit, veluti ita Scabini Lipſienſes pronunciarunt, Iſt Hanſen Ernſt von Wallis eweres vnterthanen Dienſtmagd geſchwängert worden / vnd hat vor Richter vnnd Scheppen bekant vnd öffentlich ausgeſaget / daß ſie von eines Bawren Sohn Michel Herteln einem jungen Geſellen daſelbſt geſchwängert / welches er auch geſtanden / daß er in nehester Faſten bey ihr gelegen / doch nicht der rechte Vater ſey / daß ſich auch alſo ausweiſen würde. Vnd iſt hernacher auch Hans Ernſt ein Ehemann / dabey die Dirne gedienet / vnbeſchuldener Sachen flüchtig werden / vnd hat bekand / daß er mit jhr auch der Liebe geſpielet / ſich auch mit euch als dem Gerichtsherrn vertragen / vnnd iſt folgents Michaells die Dirne des Kindes geneſen / Es will aber weder der Ehemann noch der junge Geſelle zum Kindes Vater ſich bekennen / viel weniger das Kind bey ſich haben vnd ernehren / So iſt der jenige / ſo vberführet wird / daß er ſie zum erſten zu Fall gebracht / ſie zubegünſtigen ſchuldig / V. R. W.

Hoc tamen in caſu ſtuprator præter dotationem tenetur etiam partum ſeu infantem alere, 41

per text. in cap. tum haberet, ſub fin. verſ. ſolicitudinis tamen X. de eo qui dux. in matrim. Churfürſt. S. Ehordn. *in 4. punct. col. 4 §.* do auch eine *verſ.* auch die von jhm erfolgte *pag. 14. Matth. Coler. d. deciſ. 176. num. 89. num. 90. & ſeq. part. 1. Anton. Teſſaur. deciſ. 3. (ubi ita in Senatu Pedemontano judicatum fuiſſe teſtatur) num. 7. ibi, dubium autem erat: Ioach. à Beuſt. tractat. connubior. part. 1. cap. 29. verſ. ſi tamen caſus. Daniel. Moller. in comm. ad conſtitut. Saxon. part. 4. conſtit. 28. num. 2. Br. in l. ſi quis à liberis. §. utrum autem. ff. de liber. agnoſc. num. 2. & tract. de aliment. numer. 7. Nevizan. in ſylva nuptial. lib. 3. verb. ſtuprator. num. 25. Tuſch. tom. 1. pract. concluſ. lit. A. verb. alienta concluſ. 287. num. 48. & numer. ſeq. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. §. ſtuprum. num. 10. verſ. item adde, quod etiam ſtuprator.*

Quamvis *Alex. conſil. 74. incip. circa primum dubium. num. 3. in princip. & verſ. ſed ita eſt quod avus & ſeq. lib. 3.* putet, textum *in d. cap. cum haberet. 5. ſub fin.* ſolùm in terris Eccleſiæ obtinere, non item in terris Imperii, & ita ſtupratorem ſolum in terris Eccleſiæ, non etiam in terris Imperii, infantem alere teneri.

Et licet nonnulli ſint, qui ſtatuunt, quod poſt triennium demùm ſtuprator teneatur infanti alimenta præſtare, ante triennium non item, ſed mater eum intra hoc tempus alere debeat, niſi ſit adeò inops, ut illi lactando vacare non poſſit, 42

per text. in l. nec filium. 9. C. de patria poteſt. Matt. Coler. deciſ. 176. num. 90. verſ. maximè exacto. Daniel. Moller. in comm. ad conſtit. Saxon. part. 4. conſtit. 27. numer. 2. ſub fin. verſ. nam intra triennium. Didac. Covarr. in epitom. ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 6. incip. quinta principalis. num. 19. Paul. de Caſtr. (ubi exemplum de Scholari affert, quod is filium, quem ex aliquâ fanticella, vel paupercula habet, tenetur ſuſcipere, & facere ipſum lactari, ſi illa mitteret eum ad domum ſuam, quia non poſſet ad hoc vacare propter paupertatem) in l. alimenta. 11. C. de negot. geſt. numer. 3. verſ. primò intra triennium, junct. verſ. vel niſi careret, & verſ. ſeq. & ante hunc Bl. eod. (ubi idem exemplum affert) numer. 2. in princip. & verſ. item

quid si mater est quæ quædam. & seq. Neviz. in Sylva. num. 26. Gl. ordin. in Landr. *lib. 3. art. 74. num. ult. sub fin. vers.* Wisse auch daß die Mutter. *Joann. Bajard. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. §. stuprum. 10. sub fin. vers. & ing. ad triennium.*

Veluti ita etiam Scabini Lipsenses pronunciarunt, Vrthel *post* Landr. *tit.* von Nothzug vnd Jungfrawschwechen *sub fin. vers.* Vnd vber das mus er das Kind *fol. 532. col. 2.*

43 Hoc tamen non ita est accipiendum, ac si ab omni plane sumptu intra illud tempus pater esset liberatus, & Mater sola onus alendi sustinere deberet, sed id ad alimenta lactis tantùm erit restringendum, ita, ut pater nihilominus ad alimenta, sumsans intra triennium à lacte remotus, & à mammis depulsus fuerit, teneatur, vel eidem alios sumptus, si quos præter lactationem desiderat, suppeditare debeat, *Martin. Coler. tract. de aliment. lib. 1. c. 6. num. 4. & seqq.* ubi à celeberrimis JCtis in hujusmodi casu ita pronunciatum refert, Dieweil Beklagter sich zum Beyschlaffen / daß es ein mal acht Tage vor Weynachten geschehen / bekennet / so ist er die Frucht / wenn sie zur Welt gebohren / drey Jahr bey der Mutter / vnd folgends bey jhr oder andern zuversorgen schuldig. V. R. W.

Eandemque sententiam defendit *Anton. Tessaur. d. decis. 3. num. 7. in med. vers. quamvis alias in uxore. & seq.*

44 Imò pater stuprator non solùm infantem alere, sed etiam matri, si inops est, & infantem lactare non possit, alimenta præstare tenetur, ne infans ex inopiâ Matris lacte destituatur,

Anton. Tessaur. (ubi ita in Senatu Pedemontano judicatum fuisse refert) d. decis. 3. nu. 7. vers. verum cum hæc quæstio & seq.

45 Et quidem hoc in casu infantem non tantùm ipse pater, sed etiam eo defunctô ejus hæredes alere tenentur, *l. si quis à liberis. 5. §. item quæsitum. 7. ff. de agnosc. & alend. liber. Matthes. singul. 147. Ludov. Rom. consil. 189. incip. stante primo quæsito. in princ. Fulgos. consil. 228. n. 3. Tusch. tom. 1. pract. concl. lit. A. verb. alimenta, concl. 287. nu. 119. ibi, extende quia heres, & seq.*

46 Non quidem ad hoc unus ex hæredibus in solidum tenetur, sed tantùm pro suâ ratâ,

Bl. consil. 231. incip. fœmina regulariter. numer. 2. vers. bastardi verò in nullo. in verb. pro rata bonorum. vol. 3. Ludov. Roman. d. consil. 189. incip. stante primo quæsito num. 2.

Licet dissentiat, *Tusch. tom. 1. d. lit. A. verb. alimenta, conclus. 287. n. 58. ibi, extende in tantùm. & seq.*

47 Si autem infanti loco alimentorum certa summa pecuniæ est promissa & deputata, & is moritur, tunc hæc pecunia non ad patrem revertitur, sed in solatium amissæ virginitatis ad Matrem transmittitur,

Joach. à Beust. tract. connub. part. 1. c. 29. sub fin. vers. si partus ed tius moriatur. & seq.

Secus, si nihil certi est destinatum, sed quotannis, vel singulis Mensibus, vel septimanis infanti alimenta exhibentur; tunc enim mortuô infante Mater loco alimentorum nihil amplius petere potest, quoniam præstatio alimentorum est personalis, & una cum personâ ejus, cui debentur, extinguitur,

l. cum hu. 8. § modus quoque. 10. in fin. vers. constat enim alimenta cum vita finiri ff. de transact. Bl. consil. 95. incip. considerandum est, num. 1. vers. de legat. alimentorum, lib. 5. & in auth. cui relictum. col. ultim. num. 23. vers. quid enim. C. de indict. viduit. tollend. & in l. ult. in 6. opposit. nu. 17. vers. item legatum annuum est. C. de hered. instit.

Quemadmodum etiam stuprator, vel ejus hæredes infantem non in infinitum alere debent, sed ad illam ætatem usque tantum, quâ ipse ex lucris personæ suæ se poterit alere, *Calcan. consil. 60. col. 6. quem refert, & sequitur Nevizan. in Sylva nuptiali. lib. 3. verb. stuprator. n. 25. sub fin. vers. intellige semper quod tenetur.* 48

Illud autem hoc in loco non est omittendum, quod mulieri, quæ cum aliquo concubuisse, & se ex illo gravidam factam asserit, non credatur, nisi hoc evidenter probet, 49

late Nicol. Boer. decis. 299. incip. & videtur quod non num. 1. & seqq. per tot. Anton. Tessaur. d. decis. 3. n. 4. Alex. consil. 74. incip. viso processu causæ, n. 1. & seqq. vol. 2. Bertrand. consil. 147. incip. etsi verum esset. n. 1. & seqq. vol. 3. Bertaz. consil. 3. num. 4. vers. & quod non credatur. vol. 1.

Usq; adeò, etiamsi mulier cum aliquo in unâ eademque domo habitaverit, tamen ejus assertioni, se cum illo concubuisse, & ex eo concepisse, non statur,

Bl. in l. filium. 5. in 1. lectur. ff. de his, qui sunt sui vel alieni jur. col. 2. num. 17. vers. sed pone quidam puer natus est. Nicol. Boer. d. decis. 299. num. 1. in fin. vers. & istam partem tenet, & num. seq. quoniam nominatio mulieris ne quidem quo ad hoc, ut nominatus partum agnoscat, nominato præjudicat, *Franc. Rosell. in consil. 12. inter consil. crimin. num. 4. & nu. 5. vol. 2. quem sequitur Joann. Zanger. de tortur. & quæst. c. 2. n. 214. sub fin.*

Et in dubio semper fieri debet interpretatio in eam partem, per quam vitatur delictum, *post Bl. & Bl. Alex. d. consil. 74. num. 3. ibi, nam in dubio semper fieri, vol. 2.*

Sed si fiat interpretatio, quod juvenis non concubuit cum muliere, & illam imprægnavit, evitatur delictum, & suspicio damnati coitùs, *Alex. d. consil. 74. num. 3. vers. sed si fiat. vol. 2.*

In tantum, ut etiam mulieris assertioni juratæ non credatur, 50

Alex. consil. 157. incip. circa primum numero primo. & seqq. per tot. vol. 5. Bl. consil. 337. per tot. lib. 5. Anton. Tessaur. d. decis. 3. n. 4. post princ.

Si tamen mulier nesciat aliqualiter probare infantem esse illius viri, nec potest probare illum habuisse rem secum, tunc cautela est, ut mulier deferat juramentum illi viro, quo casu vir ille vel jurare, vel juramentum referre tenetur, & tunc, si mulier juramentum relatum præstat, stabitur ejus juramento, 51

elegant. Anton. Tessaur. d. decis. 3. nu. 4. in fin. vers. octava est conclusio. & n. 5.

Juramentum autem hoc in casu super solâ copula simpliciter, & non super stupro, violentiâ, & aliis factum aggravantibus, concipi, & præstari solet, veluti ita multoties se vidisse, & pluries à Senatu Pedemontano observatum fuisse, refert 52

Caspar.

Caspar. Anton. Tessaur. in addit. ad Patru Anton. Tessaur. d. decis. 3. nu. vers. sed pone quod virgo stuprata per tot.

55 Quemadmodum etiam ad probandum, quod mulier ex aliquo conceperit, sufficit, si hoc mulier palam, & multis præsentibus confessa fuerit, vel alia adminicula adsint,

Anton. Tessaur. d. decis. 3. n. 5. vers. sed si mulier haberet. & seq.

56 Propterea quod hoc in casu non liquidæ probationes requiruntur, sed sufficit, si concubitus, & inde secuta impregnatio, vel per conjecturas, vel per præsumptiones, vel per indicia probetur,

eleganter. Bl. in l. filium. 6. in 3. lectur. ff. de his, qui sunt sui vel alieni jur. n. 3. sub fin. vers. sed necessarium est verè scire. & n. seq.

57 Si autem vir fateatur, se rem habuisse cum illâ muliere, neget autem partum esse suum, dicens, quod illa cum aliis viris concubuerit, tunc statur juramento illius mulieris, quod partus esset illius viri, cujus ipsa esse dicit,

Anton. Tess. d. decis. 3. n. 4. vers. septima regula est.

Veluti etiam disertis verbis responderunt Scabini Lipsenses, Urthel post Weichb. tit. von Jungfrawschwechen / vnd wie die sollen gestrafft werden / *post med. vers.* Auch dieweil ein ander ewer Mitbürger / *& seq. usq; ad fin. fol. 151.*

58 Nisi vir clare probet, quòd alii etiam rem cum illâ habuerint, ita, ut posset verisimiliter esse aliorum filius,

Alex. consil. 157. incip. circa primum. n. 1. vers. circa secundum dubium, nu. 2. & n. seq. lib. 5. Anton. Tessaur. decis. 3. n. 4. post med: vers. nisi vir clare probaret.

59 Quæ verisimilis probatio & inde resultat, si mulieris domum continuò juvenes, & scholares interdiu & noctu intrasse constaret,

Bl. in l. neq; natales. 10. C. de probat n. 4. vers. at quia passim intrabant domum. & seq. & in l. datâ operâ. C. de his qui accusar. non poss. n. 42. in med. vers. potest poni aliud exemplum. Ant. Tessaur. d. decis. 3. n. 4. sub fin. vers. quæ probatio clarior resultaret. August. Bonfrant. in addit. ad Angel. de malefic. verb. che hai adulterato, nu. 41. sub fin. vers. & vide Bl. & seq. & Prosper. Farin. in suâ pract. crimin. part. 4. quæst. 136. tit. 16. n. 95. & seq. Jac. Menoch. lib. 5. præsumpt. 42. incip. cum clam & occultè. nu. 21. Felin. in c. præterea. 27. x. de testib. & attest. nu. 3. post med. vers puta si passim intraret.

Plures probabiles probationes vide infra.

n. 92. & seqq. Paris. consil. 160. incip. difficultas vertitur. n. 45. & seqq. n. 33. & seqq. vol. 3.

60 Si autem mulier fateatur, vel alio modo probetur, quod cum pluribus rem habuerit, & à quovis eorum verisimiliter partum concipere potuerit, tunc viris nolentibus partum agnoscere, statur juramento Matris dicentis filium esse talis, præsertim aliis conjecturis concurrentibus, ut quia effigie illum referret, quem Mater nominat,

Anton. Tessaur. d. decis. 3. n. 6. ibi, sed maxima difficultas est. & seq. cui addatur. Andr. Tiraq. de legib. connub. leg. 7. nu. 51. & seq. Jac. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 1. cas. 89. n. 17. ibi, quinta conject. & n. seq.

A qua tamen assertione discedere videtur

Nicol. Boer. decis. 299. incip. & videtur quod non. n. 1. vers. & maxime si aliis habent. & seq.

propterea, quod raræ aut nullæ sint mulieres ex ipso coitu conceptionem sentientes, *l. 1. §. si mulier. ff. de agnosc. liber. Bl. in c. per tuas. col. 1. vers. item nota quod nemo potest. x. de probat. Boer. d. decis. 299. num. 1. vers. raro enim. & seq.*

Nisi quispiam dixerit, Nicolaum Boerium ibi loqui de nuda solummodò assertione, secus igitur erit in assertione juratâ, de quâ nos loquimur, quoniam illum defectum juramentum supplere, & suspicionem illam ignorantiæ conceptionis amovere dicitur.

Supradicta tamen fallunt, ita, ut stuprator puellam nec ducere, nec dotare teneatur:

Primò si utrumque tam stuprum, quàm promissionem matrimonii negat, veluti ita in consistoriis nostris observari testatur 61

Joach. à Beust. tract. connub. part. 1. c. 27. sub fin. vers. primus, quando reus. & c. 50. sub fin. vers. hæc quæ dicta sunt. & capit. seq.

Nisi contra reum præsumptiones quædam adsint, tunc ei defertur juramentum purgatorium,

Joach. à Beust. in tractat. sponsal. lib. 1. d. c. 50. sub fin. vers. quia si contra eum. & c. 51.

Si verò nullæ adsint præsumptiones, & puellæ actrix ab intentata actione desistere nolit, tunc ei per sententiam imponitur probatio, reo suâ reprobatione reservata,

Beust. de sponsal. libr. 1. c. 53. sub fin. vers. sin autem contra reum c. 54. Consule. const. Sax. tom. 1. part. 1. tit. de causis matrimonialibus. quæst. 6. n. 1. vers. Wann nur der Breutigam.

Secundò fallunt, si stuprator probet mulierem eô tempore, quô cum eâ concubuit, etiam ab aliis fuisse vitiatam, & cognitam. 62

Panorm. in c. 1. x. de adult. num. 5. Vesenb. in comm. ff. ad l. Jul. de adult. n. 21. in med. vers. quanquam solutu prius. Thom. Grammat. (ubi ita judicatum fuisse refert) decis. 107. incip. in causa Augustini. nu. 3. vers. hinc est. & seq. Gabr. Serain. in addit. ad Matth. Matthesil. sing. 99. incip. idem refert. nu. 6. & nu seq. Anton. Tessaur. decis. 3. n. 2. post princ. vers. nisi stuprator probaret. late Pet. Paul. Paris. consil. 160. incip. difficultas vertitur. n. 4. ibi, tamen lex civilis. n. 5. & seqq. n. 11. ibi, idem dicendum erit. n. 12. & seqq nu. 23. & seqq. vol. 3. Nevizan. in Sylva nuptial. verb. stuprator. lib. 3. nu. 22. in med. vers. ubi dicit, quod cognoscens puellam.

In dubio tamen puella virgo, & ab aliis non cognita præsumitur, & ideò viro contrarium dicenti onus probandi incumbit, 63

Abb. Panorm. in c. 1. x de adult. num. 5. vers. sed quære. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. stuprum. n. 4. ibi, sed pone quod stuprator. & ibid. in addit. Joann. Bajard. nu. 42. Tusch. tom. 7. practic. conclus. lit. S. verb. stuprum. conclus. 709. n. 39. ibi, declarata tamen. Joann. Schneid. ad §. in duplum instit. de action. num. 14. ibi, & subjicit. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 27. n. 8. ibi, deinde & illud. Jacob Menoch. lib. 6. præsum. 1 89. incip. dubitari sæpè solet. n. 1. 2. 3. & seqq. Cardin. T[illegible] concl. lit. S. verb. stuprum. concl. 7[illegible] Pacian. tract. de probat. lib. 2. c. 2[illegible] & seqq. num. 9. ibi, secundo infertur. & [illegible] 166. incip. licet plurimi. nu 5. vers. non o[illegible] hausen. in suâ arbor. crimin. tit. 21. c. 2. n. 6. vers[illegible] prator.

Dissentit. *Grat. consil. 43 incip. in præsenti. nu. 31[illegible] ult. vol. 2. Bursat. consil. 69. n. 4.*

qui dicit, onus probandi virginitatem incumbere stupratæ.

Aliter sentit *Ioann. Andr. Anton. de Butr. Anan. & Pet. Anchar. in c. 1. x. de adult. Bermond. Chover. in rubr. de stupro. n. 9. vers. sed quid si stuprator. & seq. Damboud. in sua pract. crimin. c. 95. n. 9. sub fin. vers. & quemadmodum statur. & seq.*

Qui putant tùm demum mulieri asserenti se fuisse virginem credendum esse, dummodò juret se fuisse virginem, alias non,

Fulv. Pacian. d. c. 2. n. 11.

64 Quæ præsumptio procedit, non solùm in puellis & mulieribus honestis, divitibus, & splendidis, sed etiam in pauperculis, vilibus & humilibus; nam & illæ virgines & honestæ vitæ præsumuntur, nisi contrarium à stupratore probetur, quoniam inter puellas pauperes, & humiles, dummodò inhonestas vitæ non accedit, & inter ingenuas, & opulentiores seu ditiores nulla est differentia,

text. in l. humilem. 7. vers. nullamq; inter ingenuas. C. de incest. nuptial.

Majusq; & minus ratione divitiarum, opum, & fortunæ, diversum jus non constituunt,

Gail. lib. 1. de arest. Imper. c. 4. n. 5.

Suntq; accidentia, vel divitem, vel pauperem esse; Accidentia autem rem non faciunt differre specie,

Gail. de arest. Imper. d. c. 4. nu 5. Gl. in l. ult. §. quoties. verb. anno. sub fin. ff. de public. & vectigal. Iason. in l. Marcellus. ff. ad SC. Trebellianum. n. 3. vers. sicut nec ea.

Non obstante, quod directo contrarium statuant.

Ægid. Boss. tit. de coitu damnat. nu 25. & seqq. & tit. de pius b. violat. nu. 68. ibi, facit etiam. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 167. num. 33. Bajard. ad Iul. Clar. §. stuprum. nu. 2. in med. quos sequitur Farinac. consil. 90. incip. requisitum ad illustr. n. 16. vers. in muliere autem, paupercula. & seq. lib. 1.

65 Et ob id stuprator interim, pendente processu super probatione virginitatis, mulieri, & partui debet provisionem de alimentis facere, veluti ita pluries per curiam Burdegalensem judicatum fuisse testatur

Nicol. Boer. decis. 299. & videtur quod non, n. ult. sub fin. vers. tamen si confiteretur. usq. ad fin.

Quæ autem sint illæ conjecturæ, ex quibus puella inhonestæ vitæ, impudica & ab aliis cognita præsumitur, vide infr. *n. 92. & seqq.* & tradit latè,

Petr. Paul. Paris. consil. 160. incip. difficultas vertitur. n. 4. 5. 6. & seqq. n. 23. & seqq. vol. 3.

66 Tertiò fallunt, si stuprator remissionem dotis à puella, & eius parentibus impetravit,

Bermond. Chover. in rubr. de stupro. nu. 4. Anton. Tessaur. d. decis. 3. num. 2. vers. quod si remiss. & seq. Farinac. (ubi limitat) in suá pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. n. 117. ibi limitata primò.

Quamvis *Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. stuprum. numero decimo nono. vers. sed ego teneo contrarium & seq. Bero. quæstion. 84. numero octavo.* putant, quod puella stuprata etiam consentiente patre stupratori dotem remittere non possit, quoniam pœna,

cap. primo & secundo x. de adulter.

non fuit imposita ad vindictam, sed ad bonum publicum, & spirituale, cui nemo renunciare potest.

Et quidem non sufficit, ut puella stupratori 67
dotem remittat, sed etiam patris consensus requiritur, alias enim patri non consentienti stuprator nihilominus dotem dare tenetur,

Gabr. Seraph. in addit. ad Matthesil. singul. 90. sub fin. n. 15. ibi, & quid si puella remittat.

Quartò, si stuprator tempore stupri cum puel- 68
la de certo precio convenit, tunc etiam eam dotare non cogitur,

Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 6 sent. §. stuprum. num 28. vers. vel cum ea conventum fuisse. & seq. Prosper. Farinac in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. §. dos. n. 120. & seq.

Quoniam mulier, quæ pro concubitu precium accipit, potius meretriciam vitam agere, & quæstum facere, quàm nuptiarum causa concumbere præsumitur,

l. in libera. 24. ff. de R. N.

Paulò pòst autem dicetur, si mulier fuerit vilis, inhonesta, & meretricio more vivit, quod tunc hæc conclusio locum non habeat.

Patri tamen puellæ stuprator ad æstimationem 69
damni inde provenientis, quod majori pecunia ad filiam stupratam dotandam opus habeat, rectè tenetur,

Ioann. Bajard. d. §. stuprum. n. 23. post pr.

Quintò fallunt, si stuprum tantùm est attenta- 70
tum, & non deventum ad aliquem actum,

l. 1. §. qui puero. 1. verb. perfecto. ff. de extraordin. crimin. c. 1. x. de adult. Prosper. Farinac. in suá pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. nu. 73. & n. seq. Diaz. in pract. crimin. canon. c. 83. verb. stupri. n. 10. sub fin.

Sextò, si quis abjectam, vilem, & inhonestam 71
puellam stuprat,

text. in l. quæ adulterium. 29. sub fin. vers. hic autem immunes. C. ad l. Iul. de adult.

Quod verum est, si quis mulierem inhonestam, 72
turpem, vilem respectu morum, & meretricio more viventem, stuprat; tunc enim, *ut in sequenti conclusione deducetur*, supra dicta pœna stupri locum sibi non vendicat, veluti hoc omni controversia caret, & ita communiter DD. tenent,

per text. in l. si ea quæ 22. l. quæ adulterium. 29. §. 1. per tot. C. ad l. Iul. de adult. Petr. Paul. Paris. consil. 160. n. 14. lib. 4. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. stuprum. num. 3. post med. vers hæc autem omnia. VVesenbec. in comm. ff. ad l. Iul. de adult. nu. 21. in med. vers. dummodo honesta persona sit. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 288. incip. stupri nomen. num. 15. Prosper. Farinac. in suá pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. nu. 82. ibi, limita quintò. & n. seq. Nevizan. in Sylva nuptia. lib. 3. verb stuprator. nu. 22. post med. vers. facit, quia habens tertium. Paris. consil. 160. incip. difficultas vertitur. nu. 4. & seqq. n. 11. & seqq. vol. 3. Ioseph. Ludov. (ubi ita in omnibus curiis servatum, & secundum hanc multoties se judicasse testatur) decis. Lucens. 61. n. 8. Anton. Tessaur. decis. 3. n. 3. vers quarta conclusio est. Alex. consil. 13. incip. attentis. n. 4. & nu. seq. vol. 7. Cardinal. Tusch. tom. 7. pract. conclus. tom. 7. lit. S. verb. stuprum conclus. 709. n. 22. & nu. 45. Matthes. sing. 99. vers. nec tenetur tamen quis de stupro. Thom. Grammat. decis. 107. incip. in causa Augustini. num. 1. 2. & n. 6. Paul. Chirland. de pœnis omnifar. coitus. quæst.

quæſt. 7. (ubi contraria ſolvit) nu. 5. verſ. quarto etiam fallit.

73 Concordat conſtitutio Auguſti Electoris Saxoniæ,

in ſuis Novell. part. 4. conſtit. 27. in pr. verſ. vnberichtigte/ *ubi in somm. Daniel Moller. nu 4 ſub fin. verſ illud verò hic diligenter. & n. ſeq.*

74 Si quis verò mulierem, quæ non reſpectu morum, & vitæ, ſed reſpectu generis, conditionis, ſortis & divitiarum vilis, humilis, & inops eſt, ſtuprat, major ſolet eſſe controverſia?

75 Sunt enim, qui dicunt, quod tunc ſtuprum non puniatur, ſtupratorvé nec ducere, nec dotare cogatur, ſed ſolùm puella actione injuriarum contra ſtupratorem agere poſſit, quorum anteſignanus eſt

Alex. conſil. 13. incip. attentis. num. 6. lib. 7. Cardinal. Tuſch. tom. 7. pract. concluſ. lit. S. verb. ſtuprum, concluſ. 709. incip. ſtuprum eſt corporis. nu 46. Proſper. Farinac. in ſuâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. nu. 70. ibi, limita primo. & n ſeq. Caccialup. in l. ſi qua illuſtris. C. ad SC. Orfic. nu. 22. ſub fin. & nu. 23. Bl. conſil. 206. incip. caſus talis eſt. nu. 1. verſ. dico, quod iſta fanticilla. lib. 3. Aym. Gravett. conſil. 166. nu. 6. Joſeph. Ludov. deciſ Lucenſ. 61. nu. 12. verſ. eo ad iſto etiam quod, lib. 1. quibus addatur Salyc. in l. eum qui duas. C. ad l. Jul. de adult. nu. 2. ſub fin. verſ. dummodo non ſit. & ſeq.

Moventur *per text. in l. quæ adulterium. 29. ſub fin. C. ad l. Jul. de adult.*

ubi dicitur, hæ autem immunes à ſervitute judiciariâ & ſtupri, & adulterii præſtentur, quas vitæ vilitas dignas legum obſervatione non credidit.

Deindè, *per text. elegant. in l. ſi uxor. 13. §. ſed & in eâ. 2. ff. ad l. Jul. de adult.*

ubi expreſsè dicitur, quod in viduâ vulgari ſtuprum impunè committatur.

76 Sed cum textus *in d. l. quæ adulterium. 29. ſub fin.* non ſimpliciter de vilibus, & humilibus, ſed de eiuſmodi puellis loquitur, quæ inhoneſtè vivunt, & ſe publicè exponunt, ut rectè oſtendit

Proſper. Farinac. conſil. 90. incip. requiſitus ab illuſtriſſimo. n. 11. & n. ſeq lib. 1.

Et textus *in d. l. ſi uxor. 13. § ſed & in eâ. 2.* de eiuſmodi vulgari viduâ dicit, quæ etiam promiſcuè omnibus ſe proſternit, & meretricis more vivit, *ut alibi latius dixi*, & ita textum illum declarat

Angel. eod. nu. 2. verſ. ſicut poteſt haberi acceſſus. Salyc. in l. ſi ea. C. ad l. Jul. de adult. Farinac. d. conſil. 90. nu. 13. lib. 1. Gl. in l. quæ adulterium. C. ad l. Jul. de adult. verb. & ſtupri. verſ. tu dic ſi eſt.

77 Ideoque meritò contrarium ſtatuimus, & dicimus, etiam in puella humili, pauperculâ, & vili, non reſpectu morum, ſed reſpectu nativitatis, paupertatis, generis, & ſortis, ſtuprum committi, & ſtupratorem vel ad ducendam, vel dotandam eam teneri,

latè Proſper. Farinac. in d. conſil. 80. n. 1. & ſeqq. n. 10. ibi, verum re prudentiùs diſcuſſâ. num. 11. & ſeqq. uſq; ad fin. lib. 1. Ant. Natta, conſil. 421. incip. eſt conſiderandum quod ipſe. n. 11. verſ. nec aliquid facit. junct. num. 12. verſ. quia reſpondeo. & n. ſeq. lib. 2. Franciſc. Viget. conſil. 66. n. 206. & ſeq. 209. ſub fin. n. 212. & n. ſeq. Stephan. Bertrand. conſil. 158. nu. 1. & ſeqq. n. vol. 3. Didac. Covarr. (& ibid. allegati) in epitom. ſponſal. part. 2. c. 8. §. 5. incip. ſpurium interdum. nu. 24. in pr. & verſ. quæ tamen in vilibus reſpectu morum. & verſ. ſeq. Joann. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. § ſtuprum. n. 12. verſ. quod tamen intelligi.

Quæ aſſertio probatur; Tum *per text. elegant. in l. humilem. 7. C. de inceſt. nupt.*

Tum quia, ſi contrarium diceremus, anſa præberetur libidinem paſſim exercendi, atq; vitiandi virgines pauperes, & infirmi generis, honeſtas tamen, *Covarr. d. c. 8. § 5. nu. 24. verſ. alioqui anſa. Farinac. d. conſil. 90. nu. 10. verſ alioquin maxima. lib. 1.*

Tùm quia ſola paupertas non inducit vilitatem mulieris, ſi bonis moribus induta eſt, *Bl. in l. humilem. 7. C. de inceſt. nupt. n. 1.*

Tùm quia experimur, quod inopes, pauperculæ, & infimo loco natæ mulieres magis ſint honeſtæ, magisq; virginitatem & pudicitiam intactam retineant, quàm aliæ, idq; non ſine causâ, cum enim primâ dote, purâ divitiarum, ſplendoris & nativitatis, deſtituantur, laborant ſecundam, nimirum virginitatis & caſtitatis, conſervare, ut hujus beneficio etiam honeſtum virum invenire queant.

Hac aſſertione ita ſtabilitâ, in ſpecie infertur, 78
quod quis virginem, in obſcuro, & humili loco natam, impunè ſtuprare non poſſit, quin eam vel ducere, vel dotare teneatur,

per d. l. humilem. 7. poſt princ. C. de inceſt. nuptial. Farinac. d. conſil. 90. nu. 1. verſ. ubi expreſſè dicit. junct. n. 10. & ſeqq. lib. 1.

Licet diſſentiat *Azo. in rubr. C. de concub. nu. 1. poſt princ.*

Item, quod nec mulierem pauperem, & ino- 79
pem, honeſtam tamen, quiſpiam ſtuprare poſſit.

Panorm. in c. pervenit. 2. x. de adult. n. 5. ſub fin. Farinac. in ſuâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. n. 71.

Item infertur, quod nec cum ancilla, ſeu fa- 80
mula, vel fantiſcâ, ſeu fanteolaſtrâ liberâ ſtuprum ſit extra pœnam.

Angel. in l. ſi uxor. 13 ff. ad l. Jul. de adul. num. 2. verſ. & ideo nota tu doctor. & in l. ſi qua illuſtris. C. ad SC. Orfic. n. 23. & n. ſeq. Farinac. in d. conſil. 90. n. 12. lib. 1.

Quamvis contrarium ſtatuant *Alber. in l. inter liberas. ff. ad l. Jul. de adult. in pr. verſ. in gloſſa ne etiam extra ordinem, Angel. ibid. n. 1. ſub fin. & n. 2. Caccialup. in l. ſi qua illuſtris. C. ad SC. Orfic. nu. 22. & n. 26. nu. 49. verſ. tandem licet. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 5. caſ. 393. incip. egregius eſt. n. 1. & ſeq. per tot. Socin. conſil. 148. n. 3. ſub fin. & ſeq. lib. 1. Paul. Chirl. de pœnis omnifar. coitus quæſt. 7. nu. 4. verſ. ſecundo fallit. Franc. Veget. conſil. 66. n. 207.*

Hæc tamen omnia reſtringuntur, niſi cum 81
muliere humili, & paupercula aliqua mala præſumptio concurrat, puta, quia in tabernâ famulatur, & potantibus miniſterium præbet, tunc enim, ſi quis cum eâ concumbit, pœna ordinaria ſtupri rectè ceſſat, & ſtuprator tenetur ſaltem actione injuriarum.

per text. elegant. in l. quæ adulterium. 29. §. 1. C. ad l. Jul. de adult. Caccialup. in l. ſi qua illuſtris. C. ad SC. Orfic. n. 22. ſub fin n. 49. Paul. Chirland. de pœnâ omnifar. coitus. quæſt. 7. nu. 4. verſ ſecundò fallit. Farinac. d. conſil. 90. nu. 3. ibi, ſic pariter. lib. 1. Gabr. Serain. in addit. ad Mattheſil. ſingul. 99. n. 10. ibi, item ſi mulier.

Ratio eſt, quia hoc fit propter præſumptam impudicitiam eiuſmodi ancillæ, quæ reſpectu ſervitii, quod præſtat in caupona, magis præſumitur,

quàm

miſerit, vel poſt matrimonium promiſſum, & concubitum ſecutum mulier inhoneſtè, & impudicè vixerit, tunc rectè audietur, veluti a Conſiſtorialibus Lipſenſibus in prædicta cauſa 14. Januar. Anno 1615. per leuterationem fuit pronunciatum, Daß es der Leuterung vnageacht bey dem am 1. Julii Anno 1614. gegebenem Abſchiede billich bleibet / Jedoch mit dieſer Erklärung/ es könte vnd wolte denn Beklagter wie recht/ darthun vnd beweiſen / daß Klägerin auch mit andern/ nach dem er ſie fleiſchlichen erkandt / ſich vermiſchet / vnd zugehalten/ damit würde er in zeit S. friſt billich gehört/ vorbehaltlich der Klägerin jhre Gegenbeweiſung/ vnd andere rechtliche Notdurfft. V. R. W.

91 Et quidem hoc in caſu ad vitandum juramentum purgationis, vel docendum, quod mulier poſt copulam ſecutam etiam aliis ſe proſtituerit, & cum illis concubuerit, plenæ & legitimæ probationes non requiruntur, ſed ſufficiunt nudæ ſaltem præſumptiones, & conjecturæ, quamvis minus, quam ſemiplenè, probentur,

Felin. in c. præterea. 27. x. de teſtib. & atteſtat. num. 3. verſ. & dicit Bl. & ſeq. Pet. Paul Pariſ. conſil. 160. n. 24. & ſeqq. vol. 3.

propterea, quod juramentum hoc ex nudis ſaltem præſumptionibus deferatur;

Ex aliis igitur nudis præſumptionibus etiam removeri poteſt, per ea, quæ ſuprà

concluſ. 37. nu. 35. & ſeq. & concluſ. 38. n. 30. & n. ſeq. part. 1. latiùs dixi.

92 Conjecturæ autem & præſumptiones illæ, ex quibus ad evitandum juramentum purgationis colligitur, matrimonium vel non eſſe promiſſum, vel puellam poſt promiſſionem etiam aliis ſe ſubjeciſſe, hæ eſſe perhibentur, puta, ſi juvenis
93 cum puella de precio pro ſtupro convenit, preciumq; illud exſolvit,

per text. elegant. in l. in liberâ. 24. ff. de R. N. Et ſuprà. n. 68. hac concluſ. dixi.

94 Vel ſi juvenes, & ſcholares continuò domum puellæ intrant, & puella ingredientes admittit,

ut etiam ſupra hac concluſ. n. 59. dixi.

Licet diſſentiat *Joann. Harppr. ad §. item lex Julia de adulteriis. 4. inſt. de publ. jud. c. nu. 38. ſub fin. verſ. non etiam ſi quis.*

95 Vel ſi probatur, quod mulier huc atq; illuc vagetur, & alienas domus, nunc hanc, nunc aliam intrare conſueta ſit,

Petr. Plat. in epitom. delictor. lib. 1. c. 34. n. 7. verſ. rurſus Auguſtus. Farinac. in ſuâ pract. part. 3. tit. 15. quæſt. 136. n. 94.

96 Vel ſi conſtat mulierem cum aliquo viro fuiſſe in balneo,

Felin. in c. præterea. 27. x. de teſtib. & atteſtat. num. 3. verſ. & idem ſi probaret. Farinac. d. quæſt. 136. n. 97.

97 Vel ſi probatur, eam iviſſe larvatam cum aliis viris ad tripudia,

Bertaz. conſil. 311. n. 2. in med. & ſeq. per tot. quem ſequitur Farinac. d. quæſt. 130. n. 98.

98 Vel ſi quis cum illâ muliere nudâ in lecto, vel juxta lectum repertus fuerit nudus,

Maſcard. de probat. concluſ. 1337. num. 1. & ſeq. vol. 3. Harppr. ad § item lex Julia de adulteriis 4. Inſtit. de publ. judic. n. 37. verſ. indubitata verò. & ſeq.

99 Vel ſi nuda ab hominibus tangatur, & in pudibundis, & quod oſculetur paſſivè & activè, & ulterius, ſi ſola cum ſolis converſetur in cubiculis, & aliis locis obſcuris,

Petr. Paul. Pariſ. conſil. 160. incip. difficultas vertitur. n. 6. ibi, oſtenditur hoc. n. 7. & ſeq. n. 23. & ſeq. vol. 3.

Plures conjecturas tradit *Jac. Menoch. lib. 3 præſumpt. 1. n. 1. & ſeqq. per tot. & lib. 5. præſumpt. 41. Farinac. d. quæſt. 136. n. 99. & ſeqq.*

Obſervandum autem eſt, quod ſint nonnulli 100 caſus, ubi ſtuprator graviori pœnâ, quàm ut puellam ſtupratam ducat, aut dotet, puniatur,

Novell. Elector. Auguſti. part. 4. conſtit. 27. §. da aber auch. *ult. ubi in comm. Daniel Moller. n. 4. in med.: verſ. verum Elector noſter.*

Puta, ſi quis duas vel plures ſtupravit, quas omnes uno tempore ducere non licet, 101

Daniel Moller. in comm. ad conſtit. Saxon. part. 4. d. conſtit. 27. n. 4. ſub fin. verſ. veluti ſi duas aut plures.

Vel ſi quis quidem uno eodemq; tempore duas 102 vel plures, non ſtupravit, ſed unô ſtuprô compoſitô iterum aliud atque aliud, & ita plura ſtupra, cum diverſis puellis committit,

Ant. Teſſaur. deciſ. 3. n. 3. concluſ. 5. verſ. quando ſæpius tale dictum. Joann. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. ſentent. 5 ſtuprum (ubi de pœnâ mortis atteſtatur) n. 12. ibi, item adde quod vidi.

Diſſentit *Proſper. Farinac. in ſuâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 147. nu. 59. ibi, amplia decimò quartò. & nu. 60.*

Quod verò *Anton. Teſſaur. & Joann. Bejard. dd.* 103 locis addunt, ſtupratorem hoc in caſu pœnâ mortis puniri, mihi non placet, tùm quod ea nimis ſit rigoroſa, tùm quod ſit communis DD. opinio, quod judex pœnam arbitrariam ad mortem uſque extendere non poſſit, per jura notiſſ. tum,

per text. expr. in Novell. Elector Auguſti part. 4. conſtit. 47. §. ult. in fin. verſ. vnd deßfals auch auff Staupenſchlagen / *ubi pœnam hoc in caſu non ad vitam extinctivam, ſed ad fuſtigationem duntaxat extendere permittitur.*

Quemadmodum etiam ita Scabini Lipſenſes *Menſe Auguſto 1573.* pronunciarunt; vnd mag auff den fall / da er ſie nicht ehelichen / ſondern allein beſtanden würde / hierüber auch auß Richterlichem Ampt zur Staupen geſchlagen / vnd der Gerichte verwieſen werden. V. R. W.

Item gravior pœna imponitur, ſi ruſticus, vel 104 alius quiſpiam vilis conditionis homo, puellam nobilem ſtuprat,

Anton. Teſſaur. d. deciſ. 3. nu. 3. concluſ. 5. verſ. vel eſſet perſona vilis. Daniel Moller. (ubi non ſemel in Scabinatu Lipſenſi reſponſum teſtatur, ut quiſpiam vilis homo virgis caſus in perpetuum relegetur) in comm. ad conſtit. 27. nu. 4. ſub fin. verſ. vel ruſticus, aut alius quiſpiam vilis. Cardinal. Tuſch. tom. 7. practic. concluſ. lit. S. verb ſtuprum. concluſ. 709. n. 21. Proſper. Farinac. conſil. 90. incip. et quiſitus. ab illuſtriſſimo. nu. 15. ſub fin. lib. 1. Paul. Chirland. de pœnis omnifar. coitus. quæſt. 7. num. 7. ſub fin. Auguſt. Bonfranciſc. in addit. ad Angel. tract. de maleſic. verb. tho bas adulterator. nu. 54 ſub fin. verſ. niſi ſit vilis.

Veluti etiam ita Scabini Lipſenſes ad conſultationem Heinrich von Grobenſtiels pronunciarunt; Ob gleich ewer geweſener Reiſiger Knecht Heinz Peter eine Jungfraw von Adel/ ſo jhr eine zeit in ewrer

ewrer Behausung gehabt / in ewern freyen Ansitze geschwängert. So mag er dennoch derwegen / so ferne er sie nicht genotzüchtiget / am Leben nicht gestraffet werden / er mag aber gleichwol / sonderlich weil jhn ewren Bericht nach / die geschwängerte zu ehelichen nicht bedacht / wenn er von euch zur Hafft gebracht / ewren Gerichten verwiesen werden. V. R. W.

105 Item si stuprator puellæ stupratæ dotem propter inopiam dare nequit, tunc secundum pœnam juris civilis, si est vilis persona, fustigabitur, & in exilium damnabitur.

Petr. Gregor. in Syntag. juris. lib. 36. c. 9. rubr. de stupratoribus. n. 5. sub fin. vers. fustigabitur, quem refert, & sequitur Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. n. 109. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. nu. 9. ibi, adde tamen.

106 Vel si servus dominam suam stuprat, tunc enim servus igne crematur, mulier verò capite punitur,

l. 1. C. de mulier. quæ serv. propter se immisc. Angel. Aretin. tract. malefic. verb. che hai adulterato. num. 35. in med. vers. quæ servo proprio se occultè, & seq. Gilhaus. in suâ arbor. judic. c. 2. tit. 22. n. 5. vers. tertio limitatur.

107 Quod verum est in servo, & ita in personâ non libera, ad famulos verò nostros, utpote liberos homines, extendi nequit,

elegant. Aug. Bonfranscisc. in addit. ad Angel. tract. de malefic. verb. che hai adulterato. n. 57. post pr. vers. item in quantum dicit Angelus hic. & vers. seq.

108 Benè tamen fateor, quod famulus, propter vilitatem personæ, rectè aliquâ graviori pœnâ afficiendus sit, per ea, quæ paulò ante. n. 104. dixi.

109 Item si quis schalas posuit ad fenestras alicujus mulieris honestæ, ejus castitatis violandæ causâ, tunc si mulier est honesta, pœna capitis, si verò meretrix, pœna extraordinaria, plectitur,

Bl. in l. si quis. ff. de rer. divis. n. 3. ibi, sed hic quæritur. Joann. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. § stuprum. n. 33. ibi, item adde quod ponens. Thom. Grammat. decis. Neapol. 36. (ubi ita executum fuisse testatur) nu. 13. ibi, circa tertium dubium. & nu. seq. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 1. tit. 3. quæst. 20. n. 145. & seqq. & consil. 33. incip. in hâc causâ. n. 23. lib. 1.

110 Item si quis cum Turca, vel Judæa coeat,

Iul. Clar. lib. 5. sent. §. adulterium. nu. 9. vers. sed in Iudæa. Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 96. nu. 29. Iacob de Bellovis. in suâ pract. lib. 1. c. 9. nu. 50. late Prosper. Farinac. (ubi ampliat, & limitat.) in suâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 139. n. 1. & seqq. per tot. Paul. Chirland. de pœnis omnifar. coitus quæst. 12. per tot. Nicol. Boër. decis. 316. incip. & quod secundam quæstionem. n. 5. & seqq. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent 3. cas. 290. incip. pulchra est admodum. n. 1. & seqq. per tot.

111 Vel cum mortua muliere rem habeat, tunc enim morte punitur,

Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 36. incip. die mit verstorbenen / *per tot. & tom. 2. part. 4. quæst. 68. per tot. Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 96. n. 39. & n. seq.*

112 Item si tutor pupillam suam stupravit,

ut supra. part. 4. conclus. 36. n. 9. dixi. Paul. Chirland. de pœnis omnifar. coit. quæst. 7. n. 7. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. n. 75.

113 Sed jam quæritur, utrum stuprator ultra pœnam supradictam etiam à Magistratu seculari, vel fisco puniri possit? Quod affirmatur, arbitrariè tamen, puta vel carcere, vel relegatione temporali, vel mulcta pecuniaria,

Caspar. Anton. Tessaur. (ubi ita 4. Septembri. & 17. Decembri, Anno 1590. Senatum Pedemontanum servasse testatur) in addit. ad Patris Anton. Tessaur. decis. 3. nu. 1. vers. sub fin. verb. advertas, quod ista practica. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 9. sub fin. vers. item etiam eo casu. Prosper. Farinac. in suâ practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. num. 99. & seqq. n. 103. nu. 111. & n. seq. Paul. Chirland. de pœnis omnifar. coitus. quæst. 7. num. 3. sub fin. vers. si verò nolles.

Idem tradunt interpretes juris Saxonici, König 114 *in suo process. crimin. rubr.* von Pœn der Jungfrawschwächer. § aber sonst wo diesen. *vers.* vnd dißfals sol er vber die Begabung. *Rotschitz. in suo process. part. 2. art. 5. sub fin. vers.* vnd vber die Gabe. *Matth. Colör. decis. 176. nu. 81. part. 1. Consult. constit. Sax. tom. 2. part. 4. quæst. 55. n. 2. ibi,* vnd darüber mit zeitlichen Gefängniß. *& seq.*

Veluti etiam ita Scabini Lipsenses *Mense Iunio 1583.* responderunt;

Hat ein Bürgers Sohn bey euch / welcher ein lediger Geselle seines Vaters Dienstmagd beschlaffen / vnd eines Kindes geschwängert / Ob er sich wol mit gedachter Dienerin gütlichen Vertragen; Demnach so möget jhr jhn Amptshalben andern zum Abschew vmb seine begangene Vnzucht willkührlich mit zeitlichen Gefängniß / oder mit einer Geldbusse wol straffen. V. R. W.

Veluti etiam novissimè constituit Johannes Georgius Dux & Elector Saxoniæ Illustrissimus in der Eheordn. *in 4. punct. col. 4. in fin.* §. sondern auch. *pag. 14.* quod stuprator prætor in carcerationem etiam relegari, & puella stuprata carcerari debeat.

Quod tamen procedit, si stuprator puellam 115 stupratam solummodò dotare velit; Secùs, si eam in uxorem ducat, tunc enim nulla alia pœna extraordinaria afficiendus erit,

Anton. Gomez. in d. l. tauri. 80. num. 9. sub fin. vers. sed tantum dotare. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. stuprum. n. 10. vers. ibi, laicus autem post pr. Farinac. d. tit. 16. quæst. 147. n. 99. vers. si verò non vult ducere, sed tantum eam dotare. nu. 103. & nu. 104. & nu. 111. Paul. Chirland. de pœnis omnifar. coitus. quæst. 7. num. 3. sub fin. König *in suo process. crimin. rubr.* von Pœn der Jungfrawschwecher. *d. §. vers.* sol er vber die Begabung. *Rotschitz. d. c. 5. sub fin. vers.* vnd vber die Gabe. *Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. stuprum. nu. 22.*

Veluti etiam Scabini Lipsenses *Mense Martio, Anno 1561. ad consultationem* Hansen Melchiors pronunciarunt;

Dieweil ewer Diener die Dirne von Adel / so er in ewerm Dienst vnd Behausung geschwängert / zur Ehe genommen / so wird er der Ehe zu ehren mit der willkührlichen Straffe / so sonsten auff die Jungfrawschender in Rechten verordnet / billich verschonet. V. R. W.

Ulterius quæritur, an & quomodo puella stu- 116 prum passa puniatur? Negative, quod puella non puniatur, propterea, quod nulla lege hoc cautum extet, tradit,

Ioann.

Joann. Harpprecht. ad §. item lex Julia de adulteriis. instit. de publ. judic. numer. 41. ibi, sed in dubitatione ein. Petr. Plac. eod. col. 4. vers. qualiter autem, ut sentur stuprum. Joann. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5 sent. §. stuprum. num. 14. & num. 23. Matth. de Afflict. (ubi dicit, hoc indistincte verum esse, sive mulier sit virgo, sive vidua) in c. un. §. condemnatorum. tit. quæ sunt regal. numer. 4 post med. vers. vide tamen Angelum, & apostillas.

117 Affirmativè quod mulier stuprum passa debeat pœna ordinaria juris civilis de stupro, quæ habetur

in §. item lex Julia 4. inst. de publ. judic.

puniri, ita, ut illa pœna de jure canonico in muliere non sit correcta, tradit,

Angel. Aretin. in tractat. malefic. verb. che hai adulterato, num. 53. vers. & eadem pœna est in muliere patiente. & seq. pag. mihi. 286. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. n. 5. sub fin. vers. & eadem pœna imponetur. Petr. Gregor. in Syntag. juris. lib. 36. c. 9. rubr. de stupro. num. 5. vers. quam pœnam.

pro quorum opinione facit textus

in l. fœdissimam. 20. C. ad l. Jul. de adult. Joan. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. §. stuprum. n. 13.

118 Quæ tamen assertio mihi admodùm dura videtur; prætereaquam enim, quod ea nullo juris textu firmatur, valde iniquum esset, si mulier graviori pœna, quam masculus, afficeretur, cum tamen mulier propter sexûs imbecillitatem peccat, masculus verò non item,

Matth. de Afflict. d. c. un. §. condemnatorum. n. 2. vers. & est ratio.

Nec movet textus *in d. l. fœdissimam. 20.*

quia ille loquitur non de stupro, sed de fornicatione, de quâ *in seq. conclus.* dicetur.

119 Aliter sentit *Modestin. Pistor. quæst. 127. numer. 12. ibi, sed cum de hac quæstione. part. 3. Petr. Plac. in §. item lex Julia de adulteriis. 4. instit. de publ. judic. col. 4. in med. vers. sed in muliere. Cartalup. in l. si quæ illustris. C. ad SC Orfic. nu. 25. vers. prædicta quæ dixi. junct. vers. sed adverte imprimis.*

qui dicunt, quod mulier stuprata animadversione legis omninò non sit exempta, quin aliquo modo pro arbitrio judicis puniri possit.

120 Aliter sentit *Alex. consil. 13. incip. attentis. num. 9. vers. pro hoc facit. & num. seq. lib. 7. quem sequitur Cardinal. Tusch. tom. 7 pract. conclus. lit. S. verb. stuprum. conclus. 709. n. 24. Nevizan. in Sylva nuptial. lib. 3. verb. stuprator. n. 22. vers. licet secus de jure civili.*

qui dicit, quod mulier stuprata in monasterium detrudatur. Quæ assertio mihi falsissima videtur. stante enim hac assertione, quomodo quæso pœna juris Canonici, ut stuprator uxorem vel ducat, vel dotet, locum sibi vendicare possit? Cùm mulier semel in monasterium detrusa, vel omninò non, vel non nisi intra certum tempus inde liberari possit,

Novell. 134. c. 10. §. adulteram. 1. auth. sed hodie. C. ad l. Jul. de adult.

121 Has contrarietates ita conciliat

Claud. ad Beriaz. consil. 495. lit. A. in princ. quem sequitur. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. nu. 49. & seq. junct. n. 51. vers. sed ubi contraria practica. & n. 52.

qui distingvit inter virginem, & viduam, ita, ut quoad virginem prima, quoad viduam verò tertia opinio procedat, & vidua aliquo modo puniatur, virgo non item.

Ego verò aliter sentio, & puto, distingvendum esse inter eam puellam, quæ sponte ad virum accessit, vel aliter blandis verbis, & aliis modis, & occasionibus ad stuprum commovit: & inter eam, quam vir ipse decepit, & variis blandimentis, & persuasionibus ad stuprum induxit, ita, ut priori casu mulier meritò pro arbitrio judicis, vel carcere, vel mulcta pecuniaria, vel etiam relegatione temporali puniatur, non item in posteriori casu, 122

Consule. constit. Saxon. tom 2. part. 4. quæst. 15. incip. da eine ledige Mannsperson. *n. ult.*

Denique quæritur, an super stupro transigere liceat? Siquidem stuprum cum imprægnatione, vel cum promissione matrimonii est commissum, tunc intrepidè concludimus, quod transactio locum habere non possit, 123

Consule. constit. Saxon. tom 1 part. 1. rubr. de causis matrimonialib. quæst. 6. incip. dieser Fall trägt sich/ *num. 5.*

proptereà, quia, si subsecuta est imprægnatio, præsumitur verè matrimonium contractum, adeo, ut mulieris intensio sit fundata, nec quicquam ulterius probare teneatur, sed stupratori vel juramentum purgatorium, vel onus contrarium probandi imponitur, ut supra *hac conclus. nu. 84. & seqq. dixi.*

Sed ita est, si matrimonium verè contractum præsumatur, quod tunc transactio locum non habeat,

late Petr. Heig. quæst. 16. incip. in causa quâdam. nu. 1. & seqq. per tot. part. 2.

Non obstante, quod in specie directò contrarium statuat

Joach. à Beust. in tract. connub. per part. 1. c. 29. in med. vers. si tamen casu accideret. c. 30. & c. 31 per tot.

Si verò imprægnatio non fuerit subsecuta, vel 124
subsecuta quidem fuerit, mulier autem sibi matrimonium non esse promissum fateatur, tunc videtur, quod transactio etiam locum habere non possit, quia stuprum est crimen publicum, non capitale, nec sangvinis pœnam ingerit,

§. item lex Iulia de adulteriis. 4. instit. de publ. judic.

De crimine autem publico, non capitali, & sangvinis pœnam non ingerente non licere transigere, communiter DD. tradunt

per l. transigere. 15. C. de transact.

Veluti ita in specie tradunt

Iohann. Ged. d. tractat. de contrah. stipulat. c. 6. conclus. 12. numer. 151. vers. stuprum tamen simplex. & seq. Delrio. ad d. l. transigere. C. de transact. num. 108. Hugo Donell. ibid. numer. 13. Iason. eod. numer. 14. sub fin. vers. secundò moveor quia adulterium. & numer. seq.

Contrarium tamen mihi melius defendere videntur. 126

Iul. Clar. (ubi communem dicit) lib. 5. sent. § ult. quæst. 55. incip. frequens est defensio. n. 14. Dom. Ant. de Padilla. in l. transigere. C. de transact. n. 82. Alciat eod. n. 26. Coras lib. 2. miscell. c. 1. n. 5. Beust. de connub. part. 1. c. 30. sub fin. vers. quando verò fit transactio.

Ratio est, quia licet stuprum sit crimen publicum non capitale, & ita de eo non posse transigi videatur, quoniam tamen hodie eius pœna est m[...]ata, & dispositio juris Canonici in c.1.x. de a-[...]

[...]e [...]corum observatur, meritò concludi[...] quòd de hoc crimine stupri transigere liceat, q[...]iam in materia transactionis potius qualitas pœnæ, q[...]am titulus criminis, an sit publicum, vel privatum, attendi debet,

Paul.de Castr.in d.l.transigere. 18. C.de transact.n.5. post med.vers.nam eadem ratio est.& seq.

127 Unde fit, quod cognitio & pœna stupri non ad superiorem, sed ad inferiorem jurisdictionem, in die Erbgerichte referatur, velut ita ante paucos Menses in contingentia facti a Facultate Juridica Lipsensi pronunciatum scio.

XXXIX.

De pœnâ simplicis fornicationis.

SUMMARIA.

1. *Fornicatio est peccatum mortale, & qui hoc negat, pro hæretico habetur.*
2. *Fornicatio ne quidem per DEI dispensationem licitè fieri potest.*
3. *Fornicatio quomodo punitur tàm de jure divino, canonico, & civili, quàm Saxonico. n.4.5.6.7.*
8. *Relegatio hoc in casu non est perpetua, sed temporalis.*
9. *Hæc obtinent etiamsi per vim quis cum meretrice coeat.*
10. *Meretrix punitur, etiamsi ob famis vel aliud vitæ periculum fornicatur.*
11. *Quomodo puniuntur, quæ non publicè, sed clam, & occultè meretricium scelus exercent. 12.*
13. *Qualis pœna imponitur, si fornicatio non simplex fuerit, sed vel uterq; vel alteruter conjugatus.*
14. *Quomodo puniantur meretrices, quæ illos, qui cum illis concumbunt, morbo gallico, vel alio contagioso inficiunt.*
15. *Plura de morbo gallico, & eius origine, remissivè.*
16. *Gravius punitur, qui cum vetulâ & deformi, quàm qui cum formosâ & juvene meretrice rem habet.*
17. *An meretrix mercedem ob fornicationem sibi promissam, sed non solutam, apud judicem petere possit. n.18.19.*
20. *Fornicatio quomodo probatur, remissivè.*
21. *Mulieres inter se coeuntes quomodo puniuntur.*
22. *Sodomia quomodo punitur, remissivè.*

Fornicationem esse peccatum mortale [...] dubitare potest, usque adeò, ut [...] pro [...]tico habeatur, qui hoc in controversiam vo[...] ausus fuerit, 1

Jul. Clar. lib.5. sentent. §. fornicatio.num. 1.v[...] de jure autem divino. & seq & §.hæresis. num.1.vers[...] infertur. Aufrer (ubi in curia Tholosana ita judicatum fuisse refert) decis.146. incip. item fuit quæsitum. Mantua consil. 239. numer.8. lib. 2. Jacob Menoch.lib.[...] arbitr.judic.quæst.cent.3.cas.289. incip fornicatio [...] numer.8.sub fin. Alfons. de Castr. in lib.de hæresib.verb. coitus. Nevizan. in Sylva nuptial. libr. 4. verb. est [...]bendum.numer.25.vers.& tamen simplex fornicatio. & nu.26.

Imò secundùm sententiam Richardi fornicatio ne quidem per dispensationem DEI licitè fieri potest, quoniam cum justitia DEI ex diametro pugnat, 2

teste Jodoc. Damboud.in suâ pract.crimin.c.93.incip. inter species. n.5.

Unde videmus, quod per eam non solùm primus mundus diluvio, Sodoma & Gomorra igne, sed etiam aliæ civitates, imò integra regna, perierint, & extinctæ fuerint.

Nevizan. in Sylva.nuptial. lib.4.verb.est nubendum. nu.27.

Pœna tamen temporalis certa de jure divino non extat, nisi quod Apostolus Paulus 1. *ad Corinth.cap.6. vers.9. & seq. & ad Galat.c.5.vers.19 & seq.c.meretrices.11. vers.caus.32.quæst.4.* fornicatoribus pœnam æternæ condemnationis minetur. 3

Jure Canonico simplex fornicatio in laico pro arbitrio judicis, in clerico verò suspensione tantùm, vel, si est notorius & scandalosus fornicator, depositione etiam punitur: 4

per text.in c.audite.6.dist.34.c.nubendi.20.caus 27. quæst.1. c.nemo.4.c.meretrices.caus.32.quæst.4.Card. Tusch.tom.3.practic. conclus.lit.F. verb. fornicatio [...]clus.425. num.3. ibi, in clerico. num.4.& seqq.usque ad fin. Paul. Chirland. in tractat. de pœnis omnif.ar. coitus. quæst.9.num.1. & num.seq.eleganter. Iacob Menoch.lib.2. arbitr.judic.quæst.cent.3.cas.289.num.10. ibi,jure pontificio, in foro contentioso. num. 11. 12. & 13. Iul.Clar. lib.5.sent.§.fornicatio.num.1.vers.de jure autem Canonico.num.5.ibi, sed quæro quæ sit pœna. & seq.latè.Prosper. Farinac. (ubi ampliat & limitat) in suâ practic. crimin. part.4.tit.16. quæst. 137. num. 11. ibi, regulam constituo. num.12. & seqq.usq; ad nu.40.inclusivè. Abb. in c ex.parte. x. de testib. nu.1.Dec.in c.si clericus.x.de judic. numer.36.Felin. eod.n.12. post med.vers.quæ autem crimina mereantur depositionem.num.13.& n.14.

Jure civili verò fornicationem nullam pœnam mereri, unanimiter DD. tradunt, 5

per text.in l.si uxor.13. §.sed & in eâ.2.ff.ad l.Iul. de adult. l.si ea quæ. 12.l. quæ adulterium.29.§.1. C eod. Jodoc.Damboud.in suâ pract.crimin.c.93. num.3.ibi, idq; etiam per justitiam.& seq.Nevizan.in Sylva nuptial. part.4.verb.est nubendum. num.24. & num.seq. VVesenbec. in comm. ff. ad l.Iul.de adult.num.21.post princ. vers.cæteroquin de jure civili. Iacob Menoch.lib.2. arbitr.judic.quæst.cent.3.d.cas.289.num.14.ibi jure civili simplex.Paul.Chirland. de pœnis omnifar. coitus quæst.9. nu.4.Iacob Cujac.in exposit. Novell. de lenonibus.12. post princ.

princ. vers. attamen in scorto stuprum. Augustin. Bonfrancis. in add. ii. ad Angel. in malefic. verb. he hat adulteratio. num. 43. post med. vers. ita potest impune haberi. Prosper. Farinac. in sua practic. crimin. part. 4. tit. 16. d. quaest. 137. num. 41. ibi. limita secundo eandem. Jul. Clar. libr. 5. sentent. § fornicatio. num. 1. in princ. num. 6. & num. 7. Cardinal. Tusch. tom. 3. practic. conclus. lit. F. verb. fornicatio. conclus. 423. nu. 3. Didac. Covarr. in relect. c. quamvis. 2. de pact. in 6. § 7. incip. his omnibus ad huius. nu. 27. ibi, & simplex fornicatio. & numer. seq. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 28. num. 1. & seq. Angel. (ubi hanc receptam DD. opinionem esse testatur) in l. si uxor. 12 § 1. ff. ad l. Jul. de adult. Br. in l. ult. de his, quib. ut indign. num. 4. Bl. in l. ult. ff. de rerum divis. nu. 3. vers. secus si mulier non sit casta.

6 In foro Saxonico, quomodo fornicatio simplex punienda foret, admodùm ambiguè disceptabatur, ut videre licet

ex Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quaest. 72. incip. Wir haben sie/ *numer. 1. & seqq. & tom. 2. part. 4. quaest. 24.* damit gemeinen / *numer. 1. & seqq. per tot.*

Potior tamen erat illorum sententia, qui dicebant, quod mulieres vulgares, publice se viris prostituentes, & meretricium scelus exercentes public. relegentur, vir autem fornicator vel carcere, vel pœnâ pecuniaria mulctetur.

d. quaest. 24. n. 1. & seqq.

7 Quorum sententiam etiam approbavit, & confirmavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis

part. 4. constit. 28. ubi in comm. Daniel Moller. num. 4.

Et novissime Johannes Georgius Dux & Elector Saxoniæ Serenissimus

in Eheordn. *in 4 punct. col. 5. §.* die gemeinen Weiber. *pag. 15.*

8 Quæ tamen relegatio non est perpetua, sed temporalis, ad duos vel tres annos secundum arbitrium judicis,

Consult. constit. Saxon. tom. 1. part 4. d. quaest. 72. n. 1. post pr. vers. auff zwey oder drey Jahr.

9 Et hæc assertio procedit, etiamsi quis per vim cum meretrice, vel publico scorto rem habeat; Nam & tunc alia, quam pœnâ carceris, vel mulctæ pecuniariæ tantùm, puniri non potest; propterea, quod ubique DD. tradunt, quod is, qui per vim cum meretrice coiverit, de jure civili omninò non puniatur,

Jul. Clar. lib. 5. sentent. § fornicatio. num. 2. vers. & hoc adeò verum est. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. d. constit. 28. nu. 2. Cardinal. Tusch. tom. 3. practic. conclus. lit. F. verb. fornicatio. conclus. 423. nu. 8. Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quaest. cent. 3 cas. 289. num. 15.

Cum igitur prædicta pœna arbitraria in foro Saxonico in locum juris civilis sit subrogata, meritò concludimus, quod etiam in hoc casu prædicta pœna arbitraria tantùm, & non alia gravior, infligi possit.

Quamvis aliter sentire videtur idem

Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quaest. cent. 3. cas. 291. nu. 8. & seq. Nevizan. in sylva nuptial. lib. 4. verb. est nubendum. nu. 26.

Quorum posterior assertio etiam in Electoratu Saxoniæ procedit, *ut infra. conclus. 41. num. 62. & seq. dicetur.*

Deinde procedit, ut mulier ob famis vel vitæ periculum non excusetur, quin prædicta pœna afficiatur, late & eleganter 10

Didac. Covarr. in relect. c. peccatum. d. R. I. in 6. § 1. incip. secundo ex hac. num. 5. ibi, cum praeceptum fornicationem prohibens. num. 6. & seqq. usque ad fin. Panormit. & Johann. Andr. in c. si quis propter paupertatem. x. de furt. Philipp. Dec. in l. quae propter. ff. de R. I. num. 5. Jacob Menoch. lib. 2. arbit. judic. quaest. cent. 6. cas. 534. num. 15. vers. quo responso adducti. & nu. 16.

Præterea procedit, etiam in illis mulieribus, 11 quæ quidem publicè se omnibus non prostituunt, clam tamen meretricio more vivunt; nam & illæ puniuntur, non quidem ut prehensæ statim relegentur, quemadmodum cum illis, quæ publice meretricium exercent, fieri jam diximus, sed ut carcere duntaxat, vel, si aliæ circumstantiæ adsint, & frequentia delicti accedat, relegatione demum puniantur,

Novell. Elector. Augusti part. 4. constit. 28. aber andere ledige Weibspersonen/ *ubi in comm. Daniel Moller. num. 5. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quaest. 24. in med.* Churf. Eheordn. *in 4. punct. §.* die gemeinen Weiber. *vers.* aber andere ledige Weiber. *pag. 15.*

Quod idem etiam tradere invenio *Didac. Covarr. in relect. d. c. peccatum. de R. I. in 6. § 2. num. 3. ibi. ex his planè deducitur. & seq.* 12

Non obstante, quod contrarium statuere videatur,

Joann. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. § fornicatio. nu. 9. ibi, item adde quod judex. & n. seq.

Hæc autem omnia procedunt solummodò in simplici fornicatione, puta si uterque, tam vir, quàm mulier, solutus est; secus se res habet, si uterque, vel alteruter tantùm, est conjugatus, tunc major pœna, non quidem capitalis, infligi solet, ut supra 13

part. 4. conclus. 27. num. 55. & seqq. num. 101. & seq. dixi.

Quamvis dissentire videatur *Jul. Clar. lib. 5. sent. § fornicatio. nu. 1. sub fin. Cardinal. Tusch. tom. 3. practic. conclus. lit. F. conclus. 423. n. 4. 6. 7. 8. & n. seq.*

Si tamen prædictæ mulieres, sive publicè, sive clam meretricio more vivunt, & se aliis prostituunt, scienter & prudenter eos, cum quibus consuetudinem habent, non præmonitos, scabie illa, quam Gallicam vocant, vel alia tabida lue, inficiunt, tunc supradicta pœna non sufficit, sed virgis cæsæ in perpetuum relegantur, 14

Novell. Elector. Augusti, part. 4. constit. 28. § ult. vers. Do aber obgedachte gemeine Weiber. *ubi in comm. Daniel Moller. num. 5. vers. quod si verò Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quaest. 24. sub fin.*

Plura de morbo gallico, & eius origine, videri possunt apud 15

addit. ad Orid. Panciroll. rerum memorabil. lib 2. tit. de novo orbe. 1. fol. 87. & seqq. Alber. Gentil. tractat. de nupt. lib. 9. c. 5. post princ. vers. non constat morbum hunc. & seq.

Observandum autem est, quod is, qui cum vetula, & deformi muliere, & meretrice coiverit, gravius puniri debeat, quàm qui cum formosa & pulchra juvene consuetudinem habet. 16

Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c.95. nu.13. ibi, utrum coeuntes cum vetula. & n. seq.

17 Sed quid, an meretrix apud judicem mercedem, sibi fornicationis causa promissam, petere possit, si eam fornicator non solvit? Quod affirmamus,

elegant. Didac. Covarr. (ubi rationes affert, & contraria solvit) in relect. c. peccatum de R. J. in 6. §. 2. incip. proxime actum est. num. 1. vers. verum contraria sententia. num. 2. & seqq. Salyc. in l. 2. C. de condict. ob turp. causam. & in l. ea quæ. C. de donat. ante nupt. Br. in l. idem. 4. §. sed quod meretrici. 3. ff. de condict. ob turp. caus. & in l. affectionis. ff. de donat. Alex. in d. l. idem. 4. §. sed & quod meretrici. 3. ff de condict. ob turp. caus. & in l. generaliter ff. de V. O. Ripa. in l. si plagii. ff. eod. Abb. in c. quia plerumque. x. de immun. Eccles. col. 2. in 3. quæst. nu. 4. Jason. in d. l. generaliter. (ubi hunc magis communem dicit) ff. de V. O. num. 6. in fin. vers. quamvis præcedens. Zas. eod. num. 29. Paul. de Castr. in l. multum interest. 34. ff. de V. O. num. 3. in princ. & vers. imo videtur valere. Johann. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 40.

Non obstante, quod contrarium velit

Gloss. in d. l. idem. 4. §. sed & quod meretrici. ff. de condict. ob turp. caus. verb. sed nova ratione. sub fin. vers. sed an poterit petere. & in l. affectionis. ff. de donat. verb. meretrices. vers. non ad actionem, & in l. eum ita. 2. C. de condict. ob turp. causam. verb. melior. sub fin. vers. sed econtra si creditrix. & vers. seq. & in l. ea quæ. C. de donat. ante nupt. verb. matremfamilias. post med. vers. nam si dedero meretrici. Paul. de Castr. in l. 1. §. ob rem igitur. ff. de condict. ob turp. causam. num. 13. ibi, in glossa quæ incipit. Angel. (ubi hanc quæstionem Paduæ de facto in quodam scholare & meretrice se vidisse testatur) in d. l. idem 4. §. sed & quod meretrici. 3. ff. de condict. ob turp. caus. Jason. eod. (ubi idem testatur) num. 4. sub fin. vers. in fine glossæ adde. num. 5. vers. & facile posset utraque. & nu. seq. & in l. generaliter. ff. de V. O. num. 6. vers. quid dicendum passus est dubius. usque ad fin. Bl. in d. l. idem. 4. §. quotiens. ff. de condict. ob turp. causam. num. un. vers. sed quid si scholaris promisit meretrici junct. vers. dic contra.

18 Quod procedit non solùm in eâ meretrice, quæ publicè se omnibus prosternit, sed etiam in eâ, quæ clàm, & occultè fornicatur, & viris sui copiam facit, ut scitè ostendit

Didac. Covarr. (& ibid. allegati) in d. c. peccatum. de R. J. in c. d. § 2. num. 3. ibi, ex his planè deducitur. & nu. seq. Manald. in summ. tit. de restit. malè oblat. Heinric. Bock. in c. pervenit. 2. x. de adult.

Quamvis contrarium statuat

Cyn. in l. cum te. 2. C. de condict. ob turp. causam. Angel. eod. col. 2. Abb. in c. quia plerumque. x. de immunit. Eccles. n. 14. & seq. Joann. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & uxor. § 41.

19 Econtra verò si mulier viro aliquid libidinis causâ promisit, & non solvit, vir illud à muliere, vel meretrice petere non potest,

per text. in l. ult. §. ult. ff. de O. & A. Paul. de Castr. in d. l. 1. §. ob rem igitur. ff. de condict. ob turpem caus. num. ult. sub fin. vers. è contra verò si mulier. Bl. in l. idem. 4. §. sed & quod meretrici. 3. ff. de eod. num. un. vers. sed quid èconitra si meretrix dat mari, quibus addatur. Seraphin. Olivar. decis. Rota. Rom. 48. numer. 2. & seqq. part. 1.

Licet dissentiat Jason. in d. l. idem. 4. (communi legit sub l. omne.) §. sed & quod meretrici. 3. ff. de condict. ob turp. caus. num. 6. in princ. & vers. tamen ratione [illegible] lationis. & in l. generaliter. ff. de V. O. nu. 6. sub fin. vers. & quamvis.

Nunc etiam esset dicendum de probatione hujus fornicationis, sed de his vide latius 20

Ludov. Gilhaus. in suâ arbor. judic. criminal. c. [illegible] part. 1. §. 26. incip. fornicationem esse. numer. 1. & seqq. per tot. Mascard. de probat. conclus. 810. num. 1. & seqq. per tot.

Sed quomodo mulieres invicem coeuntes, & 21 inter se actum venereum exercentes, una super alia, puniantur? Pœna mortis,

Gloss. in l. fœdissimam. C. ad l. Jul. de adult. verb. fœdissimam. vers. alii dicunt. elegant. Anton. Gomez. (ubi limitationem affert, & ita observatum fuisse testatur) in l. tauri. 80. num. 34. ibi, & idem est, si aliqua fœmina. & seq. Nicol. Boër. decis. 316. incip. præsuppono quod hoc crimen. n. 14. Angel. Aret. tract. malefic. verb. che has adulterato. n. 53. post pr. vers. item quando fœmina cum fœmina. Salyc. in d. l. fœdissimam. 20. C. ad l. Iul. de adult. vers. & idem dicas si fœmina agit in fœminam. & in l. cum vir. 31. C. eod. vers. secundò cum alia muliere. Iodoc. Damhoud. in suâ practic. crimin. c. 96. num. 19. ibi, aut quando mulier venerem. Practic. Conrad. rubr. de Sodomia. numer. 4. vers. videtur etiam. & rubr. de stupratoribus. num. 3. Menoch. (ubi etiam limitat) lib. 2. arbr. judic. quæst. cent. 3. cas. 286. incip. coitum contra naturam. num. 36. & seq. Farinac. (ubi etiam limitat) in suâ pract. crimin. part. 4. tit. 6. quæst. 148. num. 40. ibid, amplia decimo septimo. & n. seq. Iul. Clar. (ubi etiam limitat) lib. 5. sent. §. fornicatio. n. 30. ibi, inter mulieres.

Dissentit graviter Gomezius Leonius. (ubi rationes affert, & in judicio appellationum a judicibus causarum criminalium Hispalensium mulieres quasdam à pœnâ mortis esse liberatas, & solummodò extra ordinem flagellis & exilio punitas testatur) *decis. 37. incip. duæ mulieres inter se. num. 1. & seqq. per tot. cent. 1. Didac. Covarr. in epitom. sponsal. part. 2. c. 7. §. 5. incip. hactenus egimus. n. 10. sub fin. vers. quod si fœmina.*

De crimine Sodomiæ, de quo etiam coronidis 22 loco esset tractandum, vide latè

Farinac. in suâ practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 148. num. 1. & seqq. per tot. Domboud. in suâ practic. c. 96. per tot. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. casu. 286. per tot. Matth. Coler. decis. 187. part. 1. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. n. 32. & seqq. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. Sodomia. per tot.

XL.

De pœnâ lenocinii, & eorum, qui turpis quæstûs causâ personas, sive nuptas, sive solutas, ad adulteria vel stupra sollicitant.

SUMMARIA.

1. *Lenocinium quid, remissivè.*
2. *Quæ eius pœna sit, distinguitur.*

3. Si

3. *Si parentes proprias filias prostituunt, quomodo puniuntur. n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 15. tam de jure communi, quàm Saxonico, ubi ampliationes.*

11. *Qui filiam naturalem tantùm prostituit, quomodo punitur.*

12. *Et quomodo nutrix, quæ puellam, suæ custodiæ commissam, aliis prostituit.*

13. *Eadem pœna afficitur frater, qui suam sororem prostituit.*

14. *Item tutor, qui suam pupillam alii stuprandam subiicit.*

16. *Parentes, quomodo puniuntur, si filias suas non quæstûs causâ, sed ex quâdam levitate prostituunt. n. 17. & n. 18.*

19. *Parentes quomodo puniuntur, si filiabus, sponte se aliis prostituentibus, saltem consentiunt.*

20. *Ob summam inopiam an parentes filias suas aliis prostituere possint. & n. 21.*

22. *Filiæ, quæ à parentibus prostituuntur, quomodo puniuntur. n. 23.*

24. *Maritus, qui uxorem prostituit, quomodo punitur. num. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.*

32. *An maritus minor ab hac pœna lenocinii excusetur. n. 33.*

34. *Maritus punitur, etiamsi semel tantùm uxorem aliis prostituit.*

35. *Maritus an pœnâ lenocinii teneatur, si uxorem in adulterio deprehensam retineat. n. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 43.*

42. *Maritus tanquam leno punitur, si fingens se dormisse permittit uxorem meretricari. 43.*

44. *Item si domi retinet adulterum, vel alios juvenes. n. 45.*

46. *Maritus tanquam leno non punitur, si uxorem saltem suspectam habet. n. 47. ubi limitatur.*

48. *Item non punitur, si nullum quæstum inde facit. num. 49. 50. 51. 52. ubi limitationes.*

53. *Uxores suos maritos in adulterio deprehensos retinentes, quomodo puniantur.*

54. *Maritus à pœnâ lenocinii excusatur, si eius scientia aliquâ ignorantiâ crassâ & contrariâ credulitate potest obumbrari.*

55. *Si quis extraneas fœminas prostituit, quomodo punitur. 56. 57. 58. 59. 61. 62. & nu. 63.*

60. *Explicatur textus in Novell. 14. vers. & à magna hac longis. civitate expellitur.*

64. *Mulieres prostitutrices quomodo puniuntur.*

65. *Ancillas proprias si quis prostituit, quomodo punitur.*

66. *Qui secundariò, & accessoriè ancillas vel fœminas aliis prostituunt, quomodo puniuntur.*

67. *Si quis fœminas volentes prostituit, quomodo punitur.*

68. *Quomodo punitur, qui domum lenonibus locat. 69.*

70. *An quis ob minorennitatem à pœnâ lenocinii excusetur.*

71. *Qui consilio, favore, & ope lenocinia coadjuvant, quomodo puniuntur.*

72. *Pœna lenocinii hoc in casu mitigatur, si quis nullum quæstum inde facit. 73.*

74. *Si quis publicas meretrices alit, & aliis prostituit, quomodo punitur.*

75. *Pro lenocinio intentato tantùm, quomodo quis punitur.*

76. *Qui lenocinium semel tantum exercuit, quomodo punitur. n. 77.*

78. *Recensentur aliæ pœnæ, quibus lenones afficiuntur.*

DE hujus criminis atrocitate, turpitudine, & detestatione non opus est multis differere, cùm illud satis suis coloribus depingatur

in Novell. de lenonibus. 14. Jacob Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. incip. lenonum. num. 1. & seq. Jodoc. Damboud. in suâ practic. crimin. c. 91. nu. 1. & seq. Prosper. Farinac. in suâ practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 144. §. pœna lenocinii. num. 1 & seq. Matth. Coler. decis. 176. num. 96. part. 1. Angel. tract. de malefic. verb. che hai adulterat. num. 69. in princ. Jacob de Bellovis. in suâ practic. crimin. lib. 1. c. 9. verb. lenonem. nu. 1. & seqq. Ludov. à Pegver. decis. 15. incip. lenocinium non minus. n. 1. & seq.

Nov. Elect. Aug. par. 4. const. 29. & herb. in 4. punct. col. 9. §. würben oder. pag. 15.

Lenocinium quid item sit, tradit 1

elegant. Iodoc. Damboud d. c. 91. num. 1. in princ. Menoch. d. cas. 534. num. 3. & num. seq. Farinac. d. quæst. 144. §. lenones. numer. 17. & seqq. Petr. Caballin. in resolut. crimin. cas. 17. c. numer. 11. ibi, est autem lenocinium. 2.

Quæ sit eius pœna, non ita expedita decisio est, 2
cùm enim, vel parentes proprios liberos, vel maritus uxorem suam, vel quis extraneas mulieres prostituit, & ex earum fornicationibus quæstum sibi facit, ideoque de singulis ordine videbimus.

Primo casu si parentes proprias filias prosti- 3
tuunt, magna est inter interpretes concertatio, quânam pœnâ illi sint afficiendi?

Sunt enim non pauci, qui dicunt, quod paren- 4
tes non solùm patriâ potestate priventur, sed etiam proscripti pœnæ mancipentur exilii, metallis addicendi publicis,

per text. expr. in l. lenones. 6. C. de spectacul. & scenic. l. si lenones. 12. C. de Episc. audient. l. athletas. 4 §. ait prætor. 2. vers. sed & qui in liberis. ff. de his qui notantur infam. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. num. 6. ibi. parentes nempè pater. n. 7. & seq. Ludov. Pegver. decis. crimin. 15. num. 10. vers. atq; in patre vel domino. & ibid. in addit. num. 16. ibi, & in parentibus. & seq.

etiam quæstum aliquem inde speraverint, cum nemo suum jactare præsumatur,

l. cum de indebito. 25. post med. princip. ff. de probat.

19 Deinde procedit, si parentes filias ad hoc crimen cogunt, vel persuadent; limitatur vero, si filiabus se sponte sua prostituentibus consentiunt, tunc enim supradicta pœnâ non plectuntur, sed aliâ mitiore pro arbitrio judicis,

Matth. de Afflict. in comm. ad constit. Neapolitanas. rubr. 45. de matribus earum filias prostituent. numer. 2. quem sequitur Iacob. Menoch. libr. 2. arbitr. judic. qu. cent. 6. cas. 534 num. 12 ibi, parentes verò. & seq.

20 Prætereà limitatur, si parentes ob summam inopiam filias suas prostituunt; Quemadmodum *per text. in l. 2. C. de patribus qui filios distraxer.* ita expressè statuunt *Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. iudic. quæst. cent. 6. d. cas. 534. num. 14. ibi, cæterum excusatione alij jud. num. 15. & num. seq. Prosper. Farinac. in sua practica crimin. part. 4. tit. 16. d. quæst. 144. §. parentes. n. 66. ibi, amplia tertio, & n. 67.*

21 Contrarium tamen mihi magis placet; Tùm *per text. elegant. in l. palam. 43. §. non est ignoscendum. 5. ff. de R. N.* ubi JCtus Ulpianus de meretricibus & lenonibus differens dicit, non esse ignoscendũ ei, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam elegit; Nec movet quod illum textum de paupertate, & non de necessitate & inopia, accipiat *Menoch. d. cas. 534. num. 16. quem sequitur. Farinac. d. quæst. 144 num. 67.* Quia quod Menoch. necessitatem vocat, illud in *d. l. 2. C. de patrib. qui filios distraxer.* vocatur paupertas; Tùm per ea, quę *præced. conclus. num. 10.* dixi. Tùm, quia pater in famis necessitate constitutus, & dominus quoad venditionem, & alienationem liberorum, & mancipiorum à pari procedunt, *d. l. 2. junct. §. 3. instit. de jure person. & §. ult. inst. de his qui sui vel alieni iuris.* Sed ita est, quod dominus ancillas impunè aliis prostituere non possit, *l. si lenones. 12. C. de Episc. audient. l. lenones. 6. C. de spectacul. & scenis.* Tùm, quia textus *in d. l. 2. C. de patrib. qui filios suos distrax.* loquitur de venditione, & ita de honesto aliquo titulo, & contractu, ad obscænum, turpem, & ignominiosum igitur actum extendi nequit, præsertim, cum ille textus non indistinctè de omnibus liberis & filiis, etiam adultis loquitur, sed de sanguinolentis tantùm, qui recens sunt nati, & adhuc sanguine menstruo madent,

Andr. Tiraq. de retract. lign. §. 26. gloss. 1. num. 15. vers. ex quibus facilè intelliges. Covarr. lib. 3. var. resolut. c. 14. num. 4. vers primum enim controversum est, & seq.

Tùm deniq; quia ita in specie tradit, *Ludov. à Pegver. decis. 15. in addit. num. 16. vers neq; excusatione aliqua, & seq.*

22 Et hæc de pœnâ parentum, suas filias prostituentium; Ad ipsas verò filias quod attinet, illæ si sunt nuptæ, vel aliis conjugatis prostituuntur, pœnâ adulterii ordinariâ plectuntur,

Novell. Elector. Augusti. part. 4 constit. 20. §. 2. vers. Vnd die Personen / so sich zu solcher schande / *ubi in comm. Daniel. Moller. numer. 3. vers. mulierem autem.*

23 Si verò utraque persona, tàm filia prostituta, quàm vir, cui prostituitur, libera & soluta fuerit, arbitrariè vel carcere, vel relegatione punitur,

Novell. Elector. Augusti. part. 4. d. constit. 20. §. 2. sub fin. vers. Wo aber beyde Personen ledig / *ubi in comm. Daniel. Moller. num. 3. vers. si vero utraq; persona. & seq.*

24 Secundò casu si maritus uxorem suam prostituit, communis est DD. conclusio, quod ille tanquam adulter puniatur,

per text. expr. in l. auxilium. 37. §. ult. ff. de minor. l. 2. §. lenocinii. 2. l. qui domum 8. in fin. l. mariti. 29. in princip. & §. plectitur. 4. & §. seq. ff. ad l. Iul. de adult. Gloss. in l. crimin. 2. C eod. verb. crimin. Salyc. eod. num. 3. ibi, quæro quæ sit pœna, & in l. castitati. 9. C. eod. num. 3. ibi, nota ex fine. Petr. Gregor. in syntag. juris. lib. 36. cap. 11. numer. 8. Ludov. à Pegver. decis. crimin. 15. num. 6. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 73. ibi, item quæro quæ sit pœna, in princip. Iacob. de Bellovis. in suâ practic. crimin. lib. 1. cap. 9. verb. lenonem. num. 2. & seq. Prosper. Farinac. in suâ practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 144. §. pœna lenocinii. n. 5. & §. maritus, n. 70. & num seq.

25 Cum igitur suprà, *part. 4. conclus. 27. numer. 13. num. 16. & seq.* dixerim, quod hodiè pœna adulterii sit capitalis; Merito concludimus, quod etiam hoc in casu pœna lenocinii sit capitalis, & maritus uxorem suam prostituens capite plectatur, veluti ita *per text. in Novell de lenonibus. 14. §. praeconizanus. & seq.* in specie tradit *Petr. Caballin. in resolut. crimin. lib. cas. 171. num. 4. & numer. 8. cent. 2. Prosper. Farinac. in suâ practic. crimin. part. 4. tit. 16. d. quæst. 144. §. maritus, numer. 71. ibi, de jure autem autheuticorum, & numer. seq. Iodoc. Damhoud. in suâ practic. crimin. cap. 91. num. 4. Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. numer. 21. ibi, novissimè vero pœnam. Matth. Coler. decis. 176. incip. adulterium propriè. num. 96. vers puta gladii & numer. 97. Foller. in practic. crimin. vers. item quod fuit leno num. 8. sub fin. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. n. 73. vers. unde teneo. quod isto casu, & seq.*

26 Quam sententiam etiam amplexus est Imperator invictissimus Carolus V. in suis constitutionibus criminalibus, *art. 122. vers.* so ihr Eheweiber.

27 Nisi in quibusdam locis peculiari consuetudine alia pœna sit inducta, veluti in Alamania maritos, lenones uxorum, insidentes asino versâ facie per universam civitatem turpiter circumduci, acclamantibus sequacibus, sic fit lenonibus, testatur *Gomez. in cap. mulieres, de judic. in 6. num. 24. quem sequitur Jacob. Menoch. lib. 1. arbitr. judic. quæst. 88. numer. 16. ibi, in Alamania. Petr. Caballin. resolut. crimin. cas. 171. num. 9. ibi, nam in Alamania. cent. 2.*

28 Et Parisiis observari, ut mariti ignominiosè super asinum facie versâ ad caudam per totam villam uxore asinum trahente, & præcone ante eos clamante, qui sic faciet, sic capiet, circumferantur, refert

Foller. in suâ pract. crimin. part. 2. verb. item quod fuit leno. num. 7. verb. ubi infert. Petr. Caballin. d. cas. 171. numer. 9. vers. quod ante eum latioribus verbis. cent. 2.

29 Et aliis atque aliis pœnis pro diversorum locorum consuetudinibus maritos fuisse affectos, testantur

Petr. Caballin. d. cas. 171. num. 9. sub fin. & num. 10. Farinac. in suâ practic. crimin. part. 4. tit. 16. qu. 144. §.

 maritus,

maritus. num. 72. 73. & seq. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 63. post princ. Menoch. de arbitr. judic. q. lib. 1. quæst. 88. n. 16. & seq.

30 In foro Saxonico unanimi consensu interpretum etiam concludebatur, quod mariti, uxorum suarum lenones, capitaliter, puta pœnâ gladii, puniri debeant,

testibus Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. qu. 22. in princ.

31 Quorum opinionem etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novell. *part. 4. constitut. 29. in princ. ubi in comm. Daniel. Moller. num. 3. post med.*

Et ejus nepos Iohannes Georgius Dux & Elector Saxoniæ potentissimus in der Eheordn. *in 4. punct. col. 5.* §. würde aber ein Eheman *in princ. pag. 15.*

32 Quæ assertio ampliatur, ut maritus non excusetur, etiamsi minorennis sit,

per text. expr. in l. auxilium. 37. §. vers. dixi ne si quid. ff. de minor. Iacob. Menoch. libr. 2 arbitr. judic. cent. 6. cas. 534. num. 30. Prosper. Farinac. in sua practic. criminal. part. 4. tit. 16. quæst. 144. §. lenones. n. 31.

33 Quod verum est, quoad totalem in integrum restitutionem, quin tamen maritus minor propter lenocinium uxoris mitiùs puniatur, dubitandum non erit,

per text. in d. l. auxilium. 37. §. 1. vers. nisi quatenus interdum ff. de minor. Prosper. Farinac. d. quæst. 144. §. lenones. n. 32. & per ea, quæ tradit Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 329. num. 11. & seq. n. 14. & n. seqq.

34 Deindè ampliatur, etiamsi maritus semel tantùm uxorem alii prostituerit, & lenocinium exercuerit, nihilominus enim prædictâ pœnâ tenetur,

text. expr. in l. mariti. 29. §. quæstum enim. 4. vers. sive enim sæpius ff. ad l. Jul. de adult. ubi gloss. in verb. sive enim. Farinac. d. quæst. 144. num. 36. Ludov. à Peguer. decis. crimin. 15. num. 6. sub fin. Vinc. de Franch. decis. 68. num. 7. part. 1. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. num. 24. in med. Petr. Caball. resolut. crimin. cas. 161. num. 13. Didac. Covar. in epitom. sponsal. part. 2. cap. 8. §. 11. numer. 5. vers. qui tamen textus.

35 Præterea ampliatur, si quis uxorem in adulterio deprehensam retinet, veluti expressè sancitum est

in l. auxilium. 37. §. 1. vers. dixi nec si quid. in verb. aut in adulterio deprehensam uxorem. ff. de minorib. l. mariti. 29. ff. ad l. Jul. de adult. l. crimen. 2. l. castitati. 9. C. eod. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 4. (& ibid. allegati) tit. 16. quæst. 144. §. retentio. numer. 84. Angel. de malefic. verb. che hai adulterato. numer. 69. post princ. Bellovis. in pract. crimin. lib. 1. cap. 9. n. 8. Ludov. à Peguer. decis. 15. n. 8.

Sed huic assertioni è diametro adversari videtur

textus in auth. sed hodie. C. ad l. Jul. de adult. Novell. ut nulli judic. liceat habere loci servatorem. 134. cap. si quando. 10. §. adulterium. 1. & §. seq. ubi dicitur, quod maritus uxorem adulteram impunè in matrimonio retinere possit.

36 Ad hanc difficultatem solvendam variæ extant DD. opiniones; Una & principalis est

Br. in l. mariti. 29. ff. ad l. Jul. de adult. numer. 1. vers. hac lex corrigitur. quem sequitur Sebast. Ner. eod. num. 1. Mauser. ad tit. de nupt. §. sunt & aliæ. 11. ante med. vers. sed jam quæritur. in verb. nec obstat si objiceretur. pag. mihi. 374. Gilhaus. in suâ arbor. judic. c. 2. tit. 20. de lenocinio. num. 2. in fin. vers. hoc autem hodie. qui putant, quod prædictæ leges hodie per *d. Novell. 134. c. 10. §. 1. & seq.* sint correctæ, quam opinionem & ego supra *part. 4. conclus. 27. num. 34.* sum amplexus.

Altera opinio est *Dionys. Gothofr. in d. l. mariti.* 37
29. verb. lenocinium. lit. C. sub fin. ff. ad l. Jul. de adult. qui dicit, quod prædictæ leges hodie non sint correctæ, sed pœna mariti, uxorem in adulterio deprehensam retinentis, adhûc sit in usu, & ad conciliandam hanc contrarietatem existimat, prædictas leges loqui de eo casu, ubi quis uxorem in ipsa turpitudine & actu venereo deprehendit; Novellam verò de uxore adulterâ tantùm, in ipso crimine adulterii non deprehensa.

Quæ tamen distinctio ex manifesto textu reprobatur *in l. fine metu. 17. C. ad l. Jul. de adult.* ubi maritus leno est, non solùm qui uxorem in adulterio deprehensam, sed etiam qui eam adulteram tantùm sciens in matrimonio retinet.

Tertia fuit opinio *Angel. in d. l. mariti. 29. §.* 38
quod ait. in fin. ff. ad l. Jul. de adult. Alber. in l. castitati. 9. C. eod. vers. sed nunquid hac lex. Iacob. de Bellovis. in suâ pract. crimin. lib. 1. cap. 9. §. lenonem. num. 8. vers. nam maritus sciens. & num. 9. Prosper. Farinac. in suâ practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 144. §. retentio & patientia. num. 94. Ludov. à Peguer. decis. 15. numer. 9. vers. scias tamen & seq. qui statuunt, quod etiam hodie supradictæ leges per authenticam non sint correctæ, sed eæ obtineant, si quis uxorem nondum mundatam, sed in adulterio perseverantem retinet; Novella verò & authentica sibi locum vindicet, si uxor adultera verè correcta & emendata fuerit, & ad meliorem frugem redierit.

Quarta fuit *Salyc. in l. crimen. 2. C. ad l. Jul. de* 39
adult. quem sequitur Foller. in sua pract. crimin. part. 2. verb. item quod fuit leno. num. 12. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. num. 27. vers. hinc rectè docuit. & seq. qui putant, quod maritus sciens uxorem committere adulterium non sit leno, etiamsi eam retineat, dummodò eam non persuaserit mœchari, ex eâq; quæstum non fecerit.

Ego quintam addo conciliationem, dicens, 40
quod prædictæ leges hodiè jure Novellarum non sint correctæ, sed maritus uxorem in adulterio deprehensam retinens rectè pœnâ lenocinii tenentur; quod verò ad *Novell. 134. c. 10. §. 1. & seq.* attinet, illa non simpliciter ita est accipienda, quasi maritus, qui proprio ausu uxorem adulteram retinet, sit omninò excusandus, sed ita demum, si mulier adultera aliquandiu monasterio inclusa pœnitentiam egit, & eam postea maritus consensu & authoritate judicis ad se recepit, ita ut sensus sit, quod secundùm leges maritus lenocinii reus sit, si uxorem adulteram statim propriâ authoritate retineat, & de ejus adulterio non conqueratur: fallit verò secundùm jus Novellarum, si eam propter adulterium à se dimisit, sed misericordiâ motus authoritate & consensu judicis ad se recepit, vel retinet, per ea, quæ supra. *conclus. 27. num.*

27. numero. 97. & seq. numer. 116. & seq. part. 4. dixi.

Ratio diversitatis est, quia in priori casu manifesta versatur turpitudo mariti, qui uxorem adulteram retinet, ejus mores approbat, & illi non irascitur, *c. quemadmodum. 25. §. cum scriptura. ult. X. de jurejur. l. mariti. 29. post princ. ff. ad l. Jul. de adult.*

Secus est in casu posteriori, ubi maritus uxorem adulteram à se dimisit, vel eam apud magistratum detulit, sed misericordiâ & fragilitate sexûs muliebris motus cum consensu judicis eam sibi reconciliavit, & ad se recepit; cum enim suam indignationem aliquo modo ostendit, meritò à pœna lenocinii eximitur, præsertim cum nullam pœnam mereatur, qui lege permittente, & judice consentiente aliquid facit,

l. Gracchus. 4. C. ad l. Iul. de adult. l. qui vetante. 102. l. 197. §. 1. ff. de R. I.

41 Hac ampliatione ita stante, Infertur, quod maritus pœnâ lenocinii plectatur, sive uxorem in adulterio ipso deprehensam retinet, sive eam adulteram saltem sciens non dimittit, sed sine judicis consensu retinet, per ea, quæ *suprà num. 37. sub fin.* dixi.

42 Deindè infertur, quod maritus tanquam leno puniatur, si fingens se dormire permittit homines ad suam uxorem accedere,

Jacob. Menoch. (ubi exempla adducit) libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. num. 26. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 144. §. retentio. num. 82.

43 Item infertur, quod etiam maritus pœnæ lenocinii subjaceat, si permittit uxorem adulterari, nec verbis, nec re ullâ adulteranti obsistit, nec uxorem à se dimovet, nec ab adulterio retrahit,

Jodoc. Damhoud. (ubi tamen pœnam exilii solummodò locum habere dicit) in suâ pract. crimin. c. 90. incip. sicut ex superiori. n. 1. & n. seq.

44 Similiter infertur, quod maritus huic crimini sit obnoxius, si domi retinet adulterum,

Raphaël. Cuman. in l. 2. §. lenocinii. 2. ff. ad l. Iul. de adult. n. 2. Farinac. d. quæst. 144. §. retentio. n. 83.

45 Usque adeò, ut hoc etiam procedat, si maritus in eâ domo, in quâ cũ uxore habitat, plures juvenes admittit, ipsosq; solos cum uxore in Camera conversari patitur, nisi essent ejus intrinseci amici, vel affines, vel consanguinei,

Foller. in suâ pract. crimin. part. 2. verb. item quod fuit leno. n. 4. quem sequitur Farinac. in d. quæst. 144. §. retentio. n. 13. vers. ubi de viro admittente.

46 Prædicta tamen fallunt, & maritus pœnâ lenocinii, ne extraordinariâ quidem, punitur, si uxorem saltem de adulterio suspectam retinet.

text. expr. in l. crimine. 2. in fin. C. ad l. Iul. de adult. August. Bonfrancis. in addit. ad Angel. tractat. de malefi. verb. che hai adulterato. num. 69. sub fin. vers. an puniri possit ut leno. Farinac. d. quæst. 144. §. retentio. num. 92. Ludov. à Peguer. decis. crimin. 15. num. 9. ibi, hoc tamen non procedit. Jodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. cap. 90. num. 3. ibi, verum hic sciendum. Petr. Gregor. in syntag. juris. lib. 36. cap. 11. numer. 8. Salyc. in d. l. crimen. 2. C. ad l. Iul. de adult. nu. 1. vers. nota quod sciens puniatur, non qui suspiciatur.

47 Nisi maritus uxorem valdè suspectam habeat, puta quia vidit scholarem cum ea pluries loquentem, manus in sinu tenentem, vel eam osculantem, tunc enim a pœnâ lenocinii non excusatur,

Salyc. in d. l. crimin. 2. C. ad l. Iul. de adult. num. 3. vers. aut non potest suam sitentiam, & seq. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. n. 38.

Deinde fallunt, si maritus nullum quæstum ex 48
uxoris lenocinio vel adulterio facit, sed solùm patitur eam meretricari,

text. in l. ea lege 2. §. lenocinii. 2. l. qui domum. 8. l. mariti 29. §. plectitur. 2. ff. ad l. Iul. de adult. l. auxilium. 37. §. ult. vers. quæstumve de adulterio. ff. de minoribus. Gloss. in l. athletas. §. ait prætor. ff. de his, qui notant. infam. verb. quæstuaria Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 144. §. maritus. n. 78. & seq. num. 95. & num. seq. Br. in d. l. ex lege. 2. §. lenocinii. 2. ff. ad l. Iul. de adult. num. 1. Petr. Berber. in sua pract. part. 1. rubr. de adulterio & stupro. n. 17. Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. nu. 27. ibi, verum si maritus. Hostiens. in summ. X. de adult. numer. 14. vers. vel quæstum ex adulterio Angel. tract. malefic. verb. che hai adulterato. num. 99. vers. vel precium pro comperto stupro. Ludov. à Peguer. decis. 15. num. 7. ibi, at secus est, & seq.

Quod verum est quoad pœnam ordinariam; 49
quin tamen maritus, sine quæstu uxorem meretricari permittens, vel lenocinium exercens, pœnâ extraordinaria afficiatur, dubitare non debemus,

Jodoc. Damhoud. (ubi maritum exilio, vel alia pœnâ arbitraria puniendum esse asserit) in sua pract. crimin. cap. 90. incip. sicut ex superiori, numer. 1. & numer. seq. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. d. quæst. 144. §. maritus num. 78. sub fin. & num. 80. nu. 95. & seq. junct. n. 99.

Veluti etiam à Ioanne Georgio Duce & Electore Saxoniæ in der Eheordn. *in 4. punct. col. 5. in fin. vers.* oder do es *pag. 15.* est constitutum, quod maritus hoc in casu cum fastigatione perpetuò relegari debeat.

Quamvis *Gloss. in l. mariti. 29. §. plectitur. verb. gratis. vers. sed qui uxorem. ff. ad l. Iul. de adult. Angel. in d. l. ex lege 2. §. lenocinii. 2. ff. eod. num. 2. & num. 3. Raph. Cuman. ibid. num. 1.* directò contrarium statuat, & velit, quod etiam hoc in casu maritus pœna ordinariâ sit afficiendus.

Nisi maritus dolosè patiatur uxorem suam de- 50
linquere, & meretricari, tunc propter lenocinium rectè pœna ordinaria puniri debet,

Foller. in sua pract. crimin. in verb. item quod fuit leno. n. 24. & n. seq. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4 tit. 16. d. quæst. 144. num. 97. sub fin. vers. quod si apparebit. Ludov. à Peguer. decis. crimin. 15. nu. 7. vers. ex cujus dicto.

Unde fit, si maritus ad matrimonium & con- 51
cubitum inhabilis, sciens suam curtam supellectilem, permittit, uxorem cum alio concumbere, huic crimini cõnivet, & uxorem in adulterio deprehensam retinet, quod tunc pœnâ ordinariâ rectè puniatur, propterea quod ab initio suam tenuitatem debuisset considerare, & potiùs matrimonió abstinere quàm uxori in suum corpus peccandi ansam præbere, veluti ita Scabinos Lipsenses Anno 1550. respondisse, testatur

Matth. Coler. decis. 176. incip. adulterium proprid. n. 99. ibi, & ampliatur hac conclusio. part. 1.

Quem-

52 Quemadmodum etiam maritus pœnâ ordinaria lenocinii plectendus erit, si fine pecunia & quæstu pluries uxorem alii prostituit, & lenocinium exercuit,

Gloss. in l. palam. §. non est ignoscendum ei ff. de R.N. verb. prostituerunt vers. idem & si sine pecunia

53 Ulterius prædicta fallunt in mulieribus; Illæ enim si maritos in adulterio deprehensos retinent, vel illos cum aliis consuetudinem habere sciunt, lenocinium non committunt, nec ulla pœnâ, ne quidem extraordinariâ, afficiuntur,

text. expr. in c. apud te. §. crimen lenocinii contrahunt, juncto. §. hoc in mulieribus. seq. caus. 32. quæst. 1. Jacob. Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. num. 29.

54 Denique fallunt, si viri scientia & patientia aliqua ignorantia crassa, vel contraria credulitate etiam nimia, quod uxor sit bona, obumbrari possit; tunc enim maritus ab omni pœna lenocinii, etiam extraordinaria, excusatur,

l. mariti. 29. in princ. vers. tunc autem puniendus. & §. quæstum. 4. vers. quod si patiatur. ff. ad l. Iul. de adult. latè Farinac. in sua pract. crimin. (ubi plura) part. 4. tit 16. d. quæst. 144. §. retentio. numer. 89. & num. seq. Ioan. Berber. in suâ pract. part. 1. rubr. 2. n. 17. vers. detinens ut suspectam. & n. 18.

55 Tertio casu, si quis extraneas fœminas alit, aliis prostituit, & lenocinium exercet, quâ pœna ille sit afficiendus, magna est inter interpretes juris controversia.

56 Sunt enim, qui tradunt, quod pœna ultimi supplicii, puta mortis, sit statuta in ejusmodi lenones,

Gloss. in Novell. de lenonibus. 14. verb. novissima. & verb. expelletur, vers. nam inventus. Jacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. cap. 9. verb. lenonem. num. 2. post med. vers. & puniuntur quia illa, & vers. seq. Matth. de Afflict. in constit. Regni rubr. 49. de lenonibus. num. 2. & seq. Francisc. Ripa. tractat. de peste. cap. 4. tit. de remed. præservativ. contra pestem. num. 162. ibi, eas enim ultimo supplicio. Bertach. in tract. de gabell. part. 2. num. 51. vers. punitur autem leno. Petr. à Placa. in epitom. delictor. lib. 1. cap. 10. num. 15. post princ. Petr. Gregor. in syntag. juris. lib 36. cap. 11. numer. 3. Foller. in pract. crimin. in verb. item quod fuit leno. nu. 32. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. cap. 89. nu. 43. & cap. 91. num. 4. Ludov. à Pegver. decis. crimin. 15. num. 10. vers. tamen scias. Petr. Caballin. resolut. crimin. cas. 171. numer. 4. ibi, & tale quod pro eo. Iul. Clar. lib. 5. sent. quæst 68. num. 23. in princ. Iacob. Cujac. lib. 3. obser. c. 36. post princ.

57 Nonnulli dicunt, quod ejusmodi lenones pœna exilii tantùm puniantur, & e civitatibus & villis expellantur,

per Novell. de lenonibus. 14. sub fin. vers. & à magna hac longissimè civitate expelletur, ubi Gothofr. in notis verb. expelletur. Iacob. de Bellovis. in suâ pract. crimin. lib. 1. c. 9. verb. lenonem. num. 2. sub fin. vers. & à civitate n. 3. & n. seq.

Quæ tamen assertio mihi non placet, *ut paulò post dicetur.*

58 Alii tradunt, quod quidem de jure scripto pœna lenocinii sit capitalis & ultimi supplicii, hodiè verò arbitraria, & lenones pro variis locorum consuetudinibus modo hac, modo alia pœna, afficiantur,

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. cap 89. num. 48. (ubi de exilio testatur) vers. secundum consuetudinem. & cap. 91. numer. 8. (ubi lenones nunquam pœnâ ultimi supplicii fuisse affectos testatur, sed vel exilio, aut theatrali instillatione, aut virgarum flagellationibus) vers. verum cum aliquando videatur. Iul. Clar. (ubi lenones solummodo cum mitra flagellari dicit) lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. nu. 23. vers. sed de consuetudine quem sequitur. Suarez. (ubi idem testatur) in commun. opinionib. verb. lenones. num. 133. Ludov. à Pegver. decis. crimin. 15. num. 13. & n. seq. Anton. Gomez. (ubi in regno Hispaniæ de pœna flagellorum testatur) in l. tauri. 80. numer. 73. post princ. vers. & ideo forte in nostro regno. Iacob. Menoch. lib. 5. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. num. 42. & seq. junct. numer. 45. ibi, hodie pœna illa. & seq. Prosper. Farinac. in sua pract. (ubi lenones non solùm fustigari, sed etiam ad triremes damnari dicit) rubr. de lenonib. numer. 6. Petr. Caballin. (ubi eos non solùm cum mitra fustigatos, sed aliquando etiam a territorio per quinquennium relegatos fuisse se vidisse testatur) resolut. crimin. cas. 171. n. 5. vers. qua pœna tamen de consuetudine n. 6. & n. 7.

Quæ tamen assertio mihi non videtur ita generaliter vera neque statuendum est, universali consuetudine ubique locorum esse receptum, ut hæc pœna sit arbitraria, & nullibi pœna ordinaria locum habeat; Ideoque illorum opinio, quos supra *num. 56.* allegavi, pœnam lenocinii hoc in casu ultimi supplicii esse, statuentium, mihi admodùm placet, nisi in quibusdam locis vel consuetudine, vel statutô alia pœna sit inducta; Quæ conclusio probatur 59

per text. expr. in Novell. de lenonib. 14. §. præconizamus. vers. omnia novissima.

Deinde probatur *in l. 1. §. qui puero. 2. vers. quidve impudicitiæ. ff. de extraordinar. crimin.* Præterea *in l. qui domum 8. l. mariti. 29. §. plectitur. 2. l. mater. 10. §. mulieres. 1. ff. ad l. Iul. de adult. l. auxilium. 37. § pen. vers. dixi nec si quid ff. de minor.* ubi dicitur, quod leno tanquam adulter sit puniendus; Hodiè autem pœnam adulterii esse capitalem, dubitare non debemus,

per text. in l. quamvis 30. in fin. auth. sed hodie. C. ad l. Iul. de adult. Novell. 134. c. 10. §. 1. & seq.

Ulterius sequeretur, si tantùm pœna exilii, vel alia levior esset imponenda, quod per *Novell. de lenonibus. 14.* in qua tamen Imperator pœnam lenocinii maxime exacerbare, & augere voluit, pœna lenocinii nedũ non sit aucta, sed potiùs mitagata, & temperata; cum longè ante tempora Justiniani lenones humiliores pœna metalli, & exilii damnabantur, honestiores verò bona, & militiam, & dignitatem amittebant, *text. expr. in l. ult. C. de spectacul. & scenic.* Consequens autem esse falsum, quis non videt? *d. Novell. de lenonibus. 14. post princ.*

Denique habet hoc etiam rationem, si quidem extra dubium est, quod furta, & latrocinia morte naturali puniantur, *ut infra dicetur.* Ejusmodi autem lenocinium furtô & latrociniô multò gravius esse, fatetur ipse Imperator Justinianus *in d. Novell. de lenonibus. 14. post med. vers. si enim pecuniariorum eos. & seq.*

Nec movet textus in secunda opinione supra ex *d. Novell. 14. sub fin.* in contrarium adductus, 60

Quia illa verba, (& à magna hac longissimè civita-

vitate expelletur) in d. Novell. 14. sub fin. secundum Gloss. ibidem ... in princ. vel su... accipienda de e... est abs..., nec aptus, & ubi ... banniri debet, vel de ejusmodi expulsione, quæ non fit ad tempus per exilium vel relegationem, sed quæ fit per capitis ademptionem & corporis separationem ab anima; quoniam nemo melius à civitate expellitur, quàm si in totum extinguatur, & è medio tollatur, per text. elegant. in l. Arrians. 5. vers. manichæi etiam de civitatibus pellendis, & ultimo supplicio tradendis. C. de hæretic. Quam interpretationem optime adjuvant illa verba (& ipse (sicut prædiximus) in corpore supplicium sustinebit) quæ de nullâ aliâ pœna, quàm de morte naturali accipi possunt, per text. in l. ultimum. 21. & in l. capitalium. 28. ff. de pœn. l. 1. §. ult. in fin. ff. de extraordin. crimin. Iacob. Cujac. lib. 3. obser. cap. 36. in princ.

61 Quicquid sit de jure civili: hodiè in Imperio Romano Germanico ab Imperatore Carolo V. pœna arbitraria est inducta, ut ejusmodi lenones publicè in loco ignominioso posití vel relegentur, vel virgis fustigentur, vel aurium præcisione puniantur, constit. crimin. art. Straff der Verkůpfflung vnd helffen zum Ehebruch. 124.

62 Jure Saxonico, qualisnam pœna in hoc casu lenonibus esset dictanda, interpretes olim convenire etiam non poterant; communiter tamen pronunciabatur, quod carceratione, relegatione vel fustigatione, & alia pœna arbitraria secundùm constitutiones criminales Caroli V. & consuetudinem ubiq; locorum receptam, & supra num. 57. adductam, essent afficiendi,

Consult. constitut. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 22. sub fin.

63 Quam sententiam etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novell. part. 4. constit. 29. §. wurden auch andere Personen / ult. ubi in comm. Daniel. Moller. num. 3. vers. quod si vero, & seq. Churf. Ehcordn. in 4. punct. col. 6. in princ. §. wurden auch ausserhalb pag. 16. in princ.

64 Quæ assertio ampliatur procedere etiam in mulieribus prostituentibus, per text. expr. in l. Mater. 30. §. mulieres. 1. ff. ad l. Iul. de adult. ita ut illæ de jure communi pœnâ capitali, in Imperio verò Romano, & foro Saxonico fustigatione tantùm puniantur, constit. crimin. Caroli V. art. 123. vers. vnd Weiber / & vers. Kuplarin/ quemadmodum Comitibus von Mansfeld. Anno 1550. è Scabinis Lipsensibus responsum, & mulieri prostitutrici pœnam fustigationis dictatam fuisse, testatur

Matth. Coler. decis. 176. incip. adulterium proprie, n. 98. ibi, lenæ autem prostitutrices, & seq. part. 1.

65 Deindè ampliatur in propriis ancillis; si quis enim proprias ancillas quæstûs causâ prostituit, eadem pœna lenocinii plectitur,

l. si lenones. C. de Episc. audient. l. lenones. pen. C. de spectac. & scenic. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 144. num. 18. & num. seq. August. Bonfr. in addit. ad Angel. de malefic. verb. ... he hai adulterato. n. 69. post med. Practic. Conrad. rubr. de lenonibus. n. 2. sub fin. Ludov. à Pegver. decis. crimin. 15. n. 1.

66 Tertiò ampliatur in iis, qui non principaliter, sed secundariò & accessoriè sub nomine & prætextu alterius liciti exercitii, quæstus causâ, fœminas viris prostituunt & lenocinium exercent; puta, si caupones, stabularii, & balneatores ad hoc exercitium, ut se viris, quibus servitia ministrant, prostituant, fœminas in caupona, seu balneo retinent, sub prætextu honesti servitii,

text. in l. athletas. 4. §. ait prætor. 2. vers. sive autem principaliter. ff. de his, qui notant. infam. l. palam. 43. §. lenam. 8. & §. si qua cauponam 9. ff. de R. N. Gl. ... in d. l. athletas. 4. §. ait prætor. verb. accessorie. & verb. non in officium, in princ. Farinac. d. quæst. 144. num. 21. Ludov. à Pegver. d. decis. crimin. 15. num. 1. vers. & eam quoq; & num. 5. Vincent. de Franch. decis. 68. num. 1. part. 1. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. n. 4.

Quartò ampliatur, quamvis quis fœminas non 67 invitas, sed volentes blandis verbis promissionibus, muneribus, & aliis artibus ad stuprum adducat, & ad se aliis ad prostituendum alliciat,

text. in Novell. de lenonibus 14. §. præconizamus post prin. ubi Gl. in verb. inventam. vers. nam si vult. Farinac. d. quæst. 144. numer. 24. & seqq. Berber. in sua practic. part. 2. rubr. 2. num. 79. vers. primò quod invitas puellas sumant. Iacob. de Bellovis. in suâ practic. crimin. lib. 1. cap. 9. verb. lenonem. numer. 12. vers. & tales lenones.

Quintò ampliatur in eo, qui domum suam le- 68 nonibus locat, & patitur, ut ibi lenocinium exerceatur,

text. expr. in l. auxilium 37. §. ult. vers. aut domum præbuerit ad id. ff. de minorib. l. qui domum 8. ff. ad l. Iul. de adult. Novell. de lenonibus. 14. §. præconizamus. vers. si quis autem patiatur. Iacob. de Bellovis. in suâ pract. crimin. lib. 1. c. 9. verb. lenonem. num. 2. in med. Farinac. de quæst. 144. n. 29. n. 42. (ubi ampliat & limitat) num. 43. & seqq.

Concordat constitutio criminalis Caroli V. 69 art. 123 vers. auch die jenigen/ so wissentlicher/ gefehrlicher vnd boßhafftiger weise jhre Häuser.

Sextò ampliatur, ut leno non excusetur à su- 70 pradicta pœna, etiamsi fuerit minor,

text. in l. auxilium. 37. §. ult. ff. de minorib. Farinac. d. quæst. 144. n. 31. & n. seq. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. n. 30.

Septimò in iis, qui saltem consiliis, favore, ope 71 & consensu ad lenocinium cooperati sunt, & adjuverunt,

Jodoc. Dambond. in sua pract. crimin. cap. 91. num. 7. ibi, porrò hoc ultimo supplicio. Farinac. d. quæst. 144. num. 30. Petr. Caball. resolut. crimin. cas. 171. num. 5. Angel. tractat. malefic. verb. che hai adulterato. nu. 69. vers. & advertas Berber. in sua pract. part. 2. rubr. 2. num. 19. vers. qualiter autem fautores. Practic. Conrad. rubr. de lenonibus, nu. 2. vers. item illa. Petr. Gregor. in syntag. juris. lib. 36. c. 11. n. 10.

Prædicta tamen assertio nonnullis etiam casi- 72 bus restringitur, & leno pœnâ mitiori punitur; puta, si inde nullum quæstum fecerit,

text. expr. in l. mariti. 29. §. plectitur 2. ff. ad l. Iul. de adult. l. palam. 43. §. lenas. 8. ff. de R. N. Jacob. Butrig. in l. crimen. 2. C. ad l. Iul. de adult. Farinac. d. quæst. 144. numer. 17. num. 37. & num. 40. Berber. in suâ pract. part. 2. rubr. 2. num. 19. vers. tertiò quod fornicationis. Iacob. de Bellovis. in sua pract. lib. 1. cap. 9. verb. lenonem. n. 12. Iodoc. Dambond. in sua pract. c. 19. n. 6. sub fin. vers. deindè ut ex ipsum vitá.

Non

Non obstante, quod *Gloss. in l. athletas. 4. §. ait prætor. 2. ff. de his, qui notantur infamia. verb. prostituerunt. vers. an idem si sine pretio, & seq.* hoc tum demum admittit, si quis semel tantum sine quæstu lenocinium fecit, secus, si illud ex consuetudine per duas saltem vices exercuit; tunc is non minus, quam si quæstum inde fecisset, pœna lenocinii puniri debet.

73 Idem in foro Saxonico ab Augusto Electore est sancitum, ut hoc in casu non pœna fustigationis, sed carceris tantùm, vel relegationis absque fustigatione tamen, imponatur, *in ejus Novell. part. 4. constit. 29. §. ult. vers.* Da sie es aber nicht Geldes oder Gewins halben gethan. *ubi in comm. Daniel. Moller. n. 3. sub fin.*

74 Item restringitur, si quis publicas meretrices domi detinet, & eas aliis quæstus causa prostituit,

Franc. Duar. ad tit. ff. ad l. Jul. de adult. c. 5. incip. stupratorum pœna, sub fin. vers. alias qui a lenocinium profitentur. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. n. 4. sub fin.

Propterea, quod lenocinium tantum committit ille, qui eas puellas prostituit, cum quibus stuprum admittitur. *Duar. d. c. 5. in fin.* Cum meretricibus autem publicis stuprum non admitti, *in præced. conclus.* latiùs dixi.

Quamvis dissentiat *Ioan. Berber. in sua pract. part. 2. rubr. 2. de adult. stupro. & lenocinio. n. 18. sub fin. vers. committitur etiam lenocinium.*

75 Vel si lenocinium tantùm fuerit intentatum, sed effectus non secutus; tunc is, qui puellas & fœminas ad lenocinium & ad se aliis prostituendum sollicitat, sed non impetrat, punitur non quidem pœnâ ordinariâ, sed extraordinaria,

l. 1. §. qui puero. 2. in princ. ff. de extraordin. crimin. Matth. de afflict. in constit. regni. rubr. de lenonibus. 49. num. 2. sub fin. vers. sed si ex leno. imo Foller. in sua practic. part. 2. princip. verb. item quod fuit leno. num. 31. vers. sextò est sciendum. Petr. Caballin. resolut. crimin. cas. 171. num. 15. nec prætermittendum. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. num. 45. & num. seq. Prosper. Farinac. in sua practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 144. §. lenones. numer. 23. ibi, limita primò. & num. seq. Pract. Conrad. rubr. de lenonibus. num. 5. Anton. Gomez. ad l. tauri. 80. num. 74. ibi, quod tamen limita.

Quamvis *Jodoc. Damhoud. in sua practic. crimin. c. 89. num. 48. vers. etiam effectu non secuto. Bertach. in tractat. de gabell. part. 7. num. 51. vers. punitur enim leno. Andr. Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 14. incip. erroneum est existimare num. 27. Farinac. (sibi contrarius) in sua pract. crimin. part. 4. tit. 14. quæst. 124. num. 25. ibi, amplia septimò Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 360. num. 75.* putant, quod etiam pro conatu tantum etiam pœna ordinaria lenocinii locum habeat. Moventur tum *per text. in l. 1. §. qui puero. 2. ff. de extraordin. crimin.* Tùm *per text. in l. & si amici. 9. §. sed & si. 2. ff. ad l. Jul. de adult.*

Qui tamen textus parùm urgent, siquidem prior manifestò contrarium probat, ut ibid. ex verbis (*imperfecto in insulam deportatur*) clare constat.

Posterior verò textus, non loquitur de conatu tantùm, sed de effectu verè consecuto, quamvis non in domo ad colloquium conducta, sed alibi; ratio autem cur ille, qui ad tractandum de adulterio domum suam locavit, pœnâ lenocinii teneatur, hæc est, quia adulterium verè fuit consecutum, quamvis in alio loco, & ideo non attenditur, quod illud adulterium in domo conducta non fuerit commissum, sed alibi, quoniam sufficit effectus inde secutus, & quod sine tali tractatu & colloquio adulterium committi, & sequi non potuerit.

Item is, qui semel tantùm lenocinium exercuit, à pœna ordinaria excusatur, quoniam ad hoc, ut quis leno dicatur, & puniatur, requiritur consuetudo saltem per duos actus & vices, 76

Jacob. à Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. cap. 9. verb. lenonem. num. 12. in princip. Iodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. cap. 91. numer. 5. vers. & hoc ex consuetudine, & num. seq. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. numer. 49. Petr. Caballin. resolut. crimin. cas. 171. num. 12. Foller. in sua practic. crimin. part. 2. princ. verb. item quod fuit leno. numer. 37. Ludov. à Peguer. decis. crimin. 15. num. 11. Vincent. de Franch. (ubi ita magnam curiam Vicariæ tenuisse, & ejus decretum à sacro consilio fuisse confirmatum testatur) decis. 68. numer. 1. & num. seq. Ludov. Gilhaus. in sua arbor. judic. crimin. tit. 20. c. 2. n. 4.

Quæ decisio ex sententia *Gloss. in l. athletas. 4. §. ait prætor. 2. ff. de his qui notant. infam. verb. prostituerunt. sub fin. vers. sed an idem si semel, usq. ad fin.* vera esse potest, si sine quæstu quis lenocinium exercuit, aliàs si interveniente pecunia, & quæstu lenocinium fecit, nihilominus pœna lenocinii plecti debet, etiamsi semel tantum leno fuerit. 77

Sciendum autem est, quod præter prædictas pœnas adsint etiam aliæ pœnæ, quibus lenones affici debent; puta quod sint infames, à testimonio repellantur, feuda amittant, omnesque contractus, omnia pacta, omnesque fidejussores recepti & initi inter lenones & puellas, quas quæstûs causa prostituunt, non valeant, & si lenones aliquid puellis dederint, amittant, & repetere non possint. De quibus omnibus & singulis vide 78

text. in l. lenones. 6. C. de spectac. & scenic. Novell. de lenonibus. 14. §. præconizamus, ubi gloss. verb. fidejussor. & verbo expellitur. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 534. numer. 35. & seq. num. 46. & seq. num. 43. & seqq. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 144. nu. 13. & seqq. Iacob. de Bellovis. in sua pract. lib. 1. c. 9. verb. lenonem. n. 2. ante fin. Pract. Conrad. rubr. de lenonibus. n. 4. & nu. 5. Ludov. à Peguer. decis. crimin. 15. num. 10.

XLI.

De violento stupro & ejus pœna.

SUMMARIA.

1. *Raptus & stuprum violentum an sint unum idemq. delictum. 2.*
3. *Quid inter se raptus, & violentum stuprum differunt. nu. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. num. 14. 15. 16. 17.*
13. *An & quatenus à raptu ad stuprum violentum,*

lentum, vel econtrà, argumentari liceat.

18. *De raptus materiâ plura tractantur, remissivè.*

19. *Stuprum violentum qualiter puniatur tàm de jure communi, quàm Saxonico. n. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28.*

29. *Pœnâ stupri violenti puniuntur etiam illi, qui ope, consilio, & favore adjuvarunt.*

30. *Pœna stupri violenti locum habet, etiamsi ex post facto consensus, & voluntas mulieris interveniat.*

31. *Item si mulier fateatur, stuprum cum suo consensu fuisse factum,*

32. *Vel sibi matrimonium promissum.*

33. *Nisi quis probet, se postea puellam volentem & consentientem carnaliter cognovisse.*

34. *Stupri violenti pœna etiam obtinet in nobilibus.*

35. *Item in concubinis.*

36. *Stuprator violentus non liberatur, etiamsi eum alia puella in maritum postulet.*

37. *Stupri violenti pœna an locum habeat, si quis puellam blandis verbis, persuasionibus, & muneribus ad stuprum inducit, 38.*

39. *Haec pœna an etiam pro nudo saltem conatu, & affectu imponatur. num. 40. 41. 42. 43. ubi plura.*

44. *Pœna ordinaria stupri violenti quandoq; exasperari solet. n. 45.*

46. *Pœna stupri violenti locum non habet, si quis non personæ, sed rei, vim infert. 47.*

48. *Si quis non ex proposito, sed impetu quodam aliquam stuprat.*

49. *Item si quis bannitam stuprat.*

50. *Vel protestatur, se mulierem eâ intentione velle cognoscere, ut eam in concubinam habeat.*

51. *Pœna stupri violenti purgatur per sequens matrimonium. n. 52.*

53. *Non habet locum, si quis est minorennis.*

54. *Si quis publicam meretricem per vim comprimit, an pœnâ hâc teneatur, tàm jure communi, quàm Saxonico. n. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64.*

65. *Puellæ per vim stupratæ, an etiam ex bonis stupratoris dos debeatur.*

66. *An mulieri per violentum stuprum infamia inferatur. n. 67.*

68. *Quanto tempore praescribitur.*

69. *Stuprum violentum quomodo probatur. n. 70. 71. 72. 73. 74. 75.*

76. *Mulier quæ falsò per mendacium dicit se per vim esse stupratam, & hoc probare nequit, punitur capitaliter.*

77. *Mulier, quæ viros ad sui concupiscentiam vi adigit, quomodo punitur, remissivè.*

QUantumvis nonnulli sint, qui stuprum violentum, & raptum promiscue usurpent, stuprumvè violentum propriè raptum dici, & in jure nostro eodem nomine appellari statuant. 1

Jodoc. Damhoud. in sua practic. crimin. cap. 92. incip. dum hic in libidinum varias. num. 5. in princip. & cap. 95. num. 1. vers. porrò hæc duo crimina. Bermond. de public. concubinar. rubr. de stupro, num. 2. & nu. 18. sub fin. vers. sed secundùm leges.

Nov. Elect. Aug. par. 2. const. 10. Churf. Ebtenrdn. in 4. punct col. 4. v. So euch p. 14. 2

Rectiùs tamen faciunt alii, qui inter hæc crimina accuratè distingvunt,

VVesenb. in comm. ff. ad l. Iul. de adult. numer. 22. vers. unde & ipsi, & in §. fin autem. instit. de publ. judic. numer. 1. Prosper. Farinac. in sua practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 145. §. raptus. num. 69. & seq. & num. 73. & quæst. 147. num. 26. post princip. Albert. de Rosat. tractat. statutor. part. 3. quæst. 31. incip. item pone quæstionem. num. 2. Heig. quæst. 28. num. 38. part. 2. Hippol. de Marsil. singul. 65. incip. statuto cavetur, num. 2. vers. sed si per vim. Iul. clar. lib. 5. sent. §. raptus. n. 1. in med.

Differunt enim primò voce & etymologiâ, cùm aliud sit raptus, & aliud stuprum violentum, fatente ipsomet 3

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. d. c. 95. num. 1. vers. licet vulgò in nostris.

Secundò differunt definitione, siquidem raptus est, cum puella violenter à domo patris abducitur, ut corrupta in uxorem habeatur, 4

text. in cap. lex illa. 2. vers. raptus admittitur. caus. 36. quæst. 1. VVesenb. in §. fin autem, inst. de public. judic. num. 2. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 145. num. 3. & seq. stuprum verò violentum est, cum quis mulierem per vim, libidinis tantùm causâ, cognoscit.

Tertiò differunt causâ efficiente, quia raptus ut plurimùm fit consensu, & voluntate mulieris, sed reluctantibus, & invitis ejus parentibus, & cognatis, 5

text. in l. un. §. pœnas autem 2. vers. sive volentibus, sive nolentibus C. de raptu virgin. l. raptores. 41. sub fin. C. de Episc. & cleric. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. raptus. num. 3. late Farinac. d. quæst. 145. num. 105. & num. seqq.

Stuprum violentum non item, sed illud semper mulieri invitæ, nolenti, & reclamanti infertur.

Quartò differunt materiâ, quia raptus etiam committitur in sponsâ, 6

text. in d. l. un. §. quibus connumeramus etiam eum: C. de rapt. virgin. ubi Bl. n. 7. Salyc. eod. n. 5. Farinac. d. qu. 145. n. 90. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. n 38. Quod non est in stupro violento, *ut infra dicetur.*

Quintò differunt formâ, quia raptum sola violentia non inducit, sed præter violentiam ad raptûs crimen pro formâ essentiali requiritur etiam, ut mulier per vim rapta transducatur de loco ad locum, *text. expr. in c. illa lex. 2 sub fin. vers. raptus admittitur cum puella. caus. 36. quæst. 1.* quod 7

etiam in stupro violento non requiritur, sed sufficit sola violenta compressio,

Albert. de Rosat. tractat. statut part. 3. quæst. 31. num. 1. & num. seq. Hippol. de Marsil. singul. 65. num. 2. ibi. quia raptus est. Raph. Cuman. consil. 96. incip. Christophorus vadens. num 2. vers. his tamen non obstantibus, & seq. Tusch. tom. 6. pract. conclus. lit. R verb. raptus conclus. 5. num. 1. & seq. & conclus. 6. num. 1. & n. seq. Alex. consil. 1 n. 12. ibi, non solum, vol. 3. I Vesenb. in §. sin autem inst. de publ. judic. n. 2. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. raptus. num. 1. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 145. num. 69. & seq. Guid. Pap. sing. 1007. incip raptus virginis est, per tot.

8 Quæ tamen transductio debet principaliter fieri animo abducendi mulierem de domo patris, non autem commodioris coitûs gratiâ, si quis mulierem paululum animo cognoscendi de loco moverit, quoniam vix possibile est, qui puellam cœpit, & eam per vim cognoscere velit, ut eam aliquo modo de loco non moverit,

Raphael. Cuman. d. consil. 96. num. 3. in med. vers. hoc verum est, quando abductio. Jul. Clar. lib. 5. sent. d. § raptus. num. 1. vers. & hoc conductio. Farinac. d. quæst 145 n 74.

9 Et ideo si quis puellam de unâ Camera ad aliam duxit, & super lectum projecit, non committit raptum, sed stuprum violentum,

Steph. Bertrand. consil. 39. num 1. & seq. lib. 6. quem sequitur Jul. Clar. lib. 5. sent. d. §. raptus num. 1. vers. & ideo si quis.

10 Veluti etiam is, qui puellam inventam cum bestiis in campis capit, & per aliquot passus abduxit, ut eam cognosceret, tanquam raptor non erit puniendus, sed tanquam stuprator violentus,

Raph. Cuman. d. consil. 96. n. 2. & seqq. per tot. Clar. d. §. raptus. n 1. vers. idemq; dicendum est.

11 Sextò differunt fine, quia raptus utplurimùm eâ intentione fit, ut quis eam puellam, quam licitè cum consensu parentum & cognatorum habere non potest, per vim capiat, & in uxorem habeat,

text. in c. illa lex 2. sub fin. vers. ut corrupta in uxorem habeatur, caus. 36. quæst. 1. l. un. §. 1. sub fin. vers. oportet enim. C. de rapt. virgin. VVesenb. in §. sin autem inst. de publ. judic. num. 2. Stuprum violentum non item, sed solummodò libidinis explendæ causâ committitur.

12 Septimò differunt effectu, quia raptus est longè gravius delictum, quam stuprum violentum,

VVesenb. in comm. ff. ad l. Jul. de adult. nu. 22. post princ. & in §. sin autem inst. de publ. judic. num. 1. sub fin. vers. est enim raptus gravior.

13 Unde fit, quod à raptu ad stuprum violentum, tanquam à graviori ad minus grave affirmative non rectè inferamus, ita, ut quæ obtinent in raptu, procedant etiam in stupro violento, sed è contrario, à stupro violento tanquam à minori ad raptum tanquam ad id, quod majus est, affirmativè benè argumentemur,

Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. §. stuprum num. 26. vers. ideo non inferendum, & seqq.

Quemadmodum etiam à raptu ad stuprum violentum negativè concepta illatio benè valet, ut quæ non procedunt in raptu, multò minus obtineant in stupro violento, nec econtrà. [illegible] *in loc. 14. & seq. per tot.*

Octavò differunt pœnis, *Raph. Cuman. d. consil. 96. numer. 3. vers. patet ergo ex dicta [illegible] Petr. Heig. quæst. 28. n 38. ibi, exemplum esto [illegible] part. 2. Hippol. de Marsil. singul. 65. incip. statuto cavetur, num. 1. & seq. Alber. de Rosat. tractat. statut. part. 3. quæst. 31. incip. item pœna. n. 1. & seq.* 14

Quamvis enim stuprum violentum non minùs, quam raptus capitaliter puniatur, *ut infrà dicetur*, in raptu tamen præter pœnam capitalem etiam confiscatio bonorum aliquandò imponitur, *l. un. §. 2. C. de raptu virgin. latè Prosper. Farinac. (& ibid. allegati) in sua practic. crimin. part. 4. tit. 16. d. quæst. 145. n. 10.* 15

Nonò differunt in modis tollendi ejusmodi delicta; quia raptus non tollitur, etiamsi raptor mulierem raptam in uxorem ducere velit, *l. un. §. 1. sub fin. vers. nec si facultas. C. de raptu virgin.* Secus est in stupro violento, *ut infrà dicetur.* 16

Plures differentiæ apparebunt ex iis, quæ in hac conclusione tractabuntur. 17

Ideoque in hac conclusione de stupro duntaxat violento, non item de raptu, agemus; [illegible] benevolum lectorem de raptus materia remittimus ad *Prosper. Farinac. (ubi hanc materiam longe latè pertractat) in sua practic. crimin. part. 4 tit. 16. quæst. 145. num. 1. & seq. per tot. Jacob. Menoch. [illegible] 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 291. num. 1. & seqq. per tot. Br. Bl. Salyc. & DD. communiter. in l. un. C. de raptu virgin. Joann. Harpprecht. in §. item lex Julia de vi publica. 8. inst. de publ. judic. nu. 28. & seq. Ludov. Gilhaus. in suâ arbor. judic. crimin. tom. 2. c. 2. tit. 22. n. 1. & seqq. per tot. Gomez. in l. tauri. 80. nu. 36. & seqq. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. raptus per tot. Card. Tusch. tom. 6. pract. concl. lit. R. verb. conclus. 5. & conclus. seq. per tot Ludov. à Peguer decis. 42. & decis. seq. per tot.* 18

De pœnâ autem violenti stupri gravis est inter DD. concertatio. 19

Non infimæ enim authoritatis JCti statuunt, quod ultimò suppliciô, puta morte naturali, non puniatur, sed habeat locum pœna L. Juliæ de vi, quæ est deportatio, & publicatio omnium bonorum, si violentia fiat cum armis, si verò sine armis, publicatio tertiæ partis bonorum,

Gandin. in tract. malefic. sub rubr. de multis quæst. dependent. statut. in 2. chart. col. 3. vers. item pone quæstionem de facto. Albert. de Rosat. tractat. statut. part. 3. quæst. 31. incip. item pone quæstionem. num. 1. & nu. seq. per tot. & in l. un. C. de raptu virgin. col. ult. sub fin. num. 17. & in l. raptores. 41. C. de Episc. & cleric. col. [illegible] quæst. 1. nu. 1. Gabriel. Serain. in addit. ad Matth. Matthesil. singul. 99. incip. refert & sequitur. num. 2. & num. 3. Anton. Tessaur. decis. 148. nu. 3. vers. sed mitius punitur. & seq. Andr. Fachin. lib. 9. controvers. c. tot. Myns. in §. item lex Julia de adulteris. inst. de publ. judic. num. 14. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 394. incip. publicam vim. num. 95. Raphael. Cuman. consil. 96. incip. Christophorus vadens. numer. 2. vers. his tamen non obstantibus. numer. 3. & seq. per tot. Hippol. de Marsil. singul. 65. incip. statuto cavetur. numer. 1. & seq. per tot. Petr. Heig. quæst. 28. incip. an in sponsâ. numer. 38. part. 2. Paul. de Castr. in l. raptores. 41. C. de Episc. & clericis. numer. 4. ibi, item quæro, quid si aliquis. Farinac. in sua practic. crimin.

crimin. part. 4. tit. 16. quæſt. 145. § raptus. num. 69. num. 70. 71. & numer. ſeq. & quæſt. 14 . §. ſtuprum. num. 22. & ſeq. junct. num. 28. ibi, ideo contrariam, & num. ſeq. Decia. in tract. crimin. lib. 8. c. 15. num. 6. & num ſeq. Sygnor. conſil. 207. incip. in quæſtione. num. 3. verſ. int. dum e ſtuprum cum vi.

Moventur primò per text. expr. in l. in eadem 3. §. plena. 4. ff. ad l. Iul. de vi. publ. ubi manifeſtò dicitur, quod pœna Juliæ de vi publica puniatur, qui puerum vel fœminam per vim ſtupraverit.

Deindè per text. in l. qui cætu. 5. §. qui vacantem. 2. ff. eod. & §. item lex Iulia. 8. verſ. ſin autem per vim. inſt. de publ. judic. ubi is, qui per vim mulierem rapuit, punitur pœnâ mortis, ergò raptu non interveniente, ſed tantùm violentia, punietur. l. Juliæ de vi.

20 Contrarium, quod imò ſtuprator violentus ultimo ſuppliciò afficiatur, & morte naturali puniatur, tradunt.

Gloſſ. in §. item lex Iulia de adulteriis. inſtit. de publ. judic. verſ. ſive vi. Br. in l. 1. §. qui puero. ff. de extraordin. crimin. Anchar. in c. 1. X. de adult. n. 1. verſ. & per hoc videtur. Bl. in l. ſi quis non dicam C. de Epiſc. & cleric. num. 17. ſub fin. verſ. tamen ſi ego haberem. Iodoc. Damhoud. in ſuâ pract. crimin. c. 92. n. 5. poſt princ. & c. 95. num. 3. VVeſenb. in comm. ff. ad l. Iul. de adult. num. 22 poſt princ. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 41. verſ. ſed his non obſtantibus. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. raptus. num. 1. ſub fin. verſ. licet non poßit dici raptus. & §. ſtuprum. num. 3. ſub fin verſ. nam ſi violentia. Ioann. Harpprecht. in §. item lex Iulia de adult. inſtit. de publ. judic. n. 59. Tuſch. tom. 7. pract. concluſ. lit. S. verb. ſtuprum Concl. 710. n. 1. Angel. tract. maleſic. verb. ibi has adulterato. n. 53 poſt princ. verſ. item eſt pœna gladii. & ibid. Auguſt. Bonfranciſc. in addit. nu. 55. verſ. ſed adverte. & ſeq. Carrer. in ſua pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaßin. 8. circa igitur quartum. n. 7. Pract. Conrad. rubr. de ſtupratoribus. num. 9. verſ. ſimiliter. pœna gladii. & num. 12. ſub fin. Ludov. à Pegrer. deciſ. crimin. 7. n. 6. Petr. Caballin. reſolut crimi. caſ. 20. n. 11. ubi. hæc autem opinio, & n. 16. & caſu 200. n. 36. Ludov. Gilhauſ. in ſua arbor. judic. crimin. c. 2. tit. 22. n. 2. & n. ſeq. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 3. caſ. 288. incip. ſtupri nomen. n. 12. Alex. conſil. 229. n. 4. & n. 11. verſ. nec prædictu obſtat. lib. 6. & conſil. 165. n. 1. verſ. & notatur etiam, & ſeq. vol. 7.

21 Quæ aſſertio probatur, primò per text. in l. 1. §. qui puero. ff. de extraordin. crimin.

Deinde per text. in l. mariti. 29. §. ult. ff. ad l. Iul. de adult. junct. text. in l. qui cætu. 5. §. ult. ff. ad l. Iul. de vi publica.

Tertiò per text. in §. item lex Iulia. 4. verſ. ſed eâdem lege Iulia. inſt. de public. judic. ibi is, qui ſine vi alicui ſtuprum infert, patitur publicationem dimidiæ partis bonorum. Ergò ſi cum vi ſtuprum infert, capite puniri debet. arg. text. in §. item lex Julia de vi. 8. verſ. ſed ſi quidem. & verſ. ſeq. inſtitut. eod.

Quartò, quia, ſi contraria opinio vera eſſet, & violentus ſtuprator ſolummodò publicationem partis tertiæ bonorum pateretur, ſequeretur, quod voluntarius ſtuprator, qui mulieri conſentienti ſtuprum infert, graviùs puniretur, quàm violentus, cum ille, qui volentem ſtuprat, dimidiæ partis tantùm bonorum publicationem de jure civili ſuſtineat, d. §. item lex Iulia. 4. in fin. inſtit. de publ. judic. Conſequens falſum, & rationi contrarium eſſe, quis non videt?

Quintò probatur per text. expr. juris divini in Deuter. c. 22. verſ. 25. 26. & 27.

Nec movent textus in contrarium adducti. 22
Quia primus ex l. 3. §. præterea. 4. ff. ad l. Iul. de vi publ. deſumptus, nullam certam pœnam continet, ideoque ex aliis, puta ex l. 5. §. ult ff. eod. & l. 29. §. ult. ff. ad l. Iul. de adult. ſuppleri debet. Reliqui textus, puta d. l. 5. §. ult. ff. ad l. Iul. de vi publ. & § 8 verſ. ſin autem inſt. de publ. judic. potius pro noſtrâ aſſertione faciunt, ſiquidem ibi expreſsè dicitur, qui per vim aliquam ſtuprat, quod ultimo ſupplicio afficiatur, nec movet, quod ibidem etiam de raptu interveniente dicatur; Quia inde à contrario ſenſu, ſi ſola vis adhibetur, non inferendum eſt, quod quis ultimo ſupplicio non afficiatur, quoniam de jure digeſtorum ex l. Julia de vi publica inter ſtuprum violentum, & raptum nulla erat differentia, ſed per omnia pari paſſu ambulabant, quod tamen hodiè quoad raptum ex Conſtitutione Juſtiniani in l. un. C. de raptu virgin. eſt mutatum, ita ut hodie raptus graviùs, quam violentum ſtuprum, puniatur, & præter capitalem pœnam etiam publicatio bonorum, & aliæ pœnæ, de quibus in d. l. un. & ibid. DD. inferantur.

Et hanc ultimam opinionem etiam approbavit 23
Imperator Invictiſs. Carol. V. in conſtitutionibus crimin. art. 119. Straffe der unzucht / in princ. verſ. derſelbe Ubelthäter / & ſeq. Gilhauſ. in ſua arbor. judic. crimin. c. 2. tit. 22. num. 2. Virgil. Pingiz. quæſt. 3. n. 2. verſ. hodie tamen ex Novellis. & ſeq.

Jure Saxonico habemus quidem clarum textum in Landr. lib. 2. art. 13. in med. verſ. oder Weib 24
oder Mägde nothzögen Landr. lib. 3. art. 1. & Weichb. art. 38. verſ. oder nothet ein Mann / quod ejuſmodi violenti ſtupratores capite puniantur.

Qui textus licet per ſe ſit ſatis clarus & perſpi- 25
cuus, fieri tamen non potuit, quin varias interpretum explicationes experiretur, ſiquidem nonnulli eum de raptu intelligebant, Gloſſ. lat. in Landr. d. lib. 2. art. 13. lit. M. Matth. Coler. deciſ. 176. n. 100. 101 & n 102.

Alii verò eum ſimpliciter ſecundùm literam 26
accipiebant de ſtupratore violento, eumq; pœnâ capitis puniendum eſſe ſtatuebant,

Conſult. conſtit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 16. Urthel poſt Landr tit. von nothzug und Jungfrawſchwechen. in princ. fol. 532. col. 2. Reinh. part. 3. differ. 44. VVeſenb. in comm. ff. ad l. Iul. de adult. nu. 22. poſt princ. verſ. & jure Saxonum.

Ideoq; Auguſtus Elector Saxoniæ ſuam autho- 27
ritatem interpoſuit, hancq; poſteriorem opinionem confirmavit in ſuis Novell. part. 4. conſtit. 30. ubi in comm. Daniel. Moller. num. 1. verſ in jure verò Saxonico. & ſeq. Virgil. Pingiz quæſt. 3. nu. 2. in med. verſ. hiſce aſtipulatur.

Et noviſſimè ejus Nepos Iohannes Georgius in der Eheordn. in 4. punct. col. 4. §. ſo auch jemandt ſonicht Ehelich / pag. 14.

Hoc tamen obſervandum eſt, quod de jure Sa- 28
xonico olim non ſolùm ipſe ſtuprator violentus, ſed etiam omnia animalia, quæ tempore violẽtiæ

illic adfuerunt, capite plectebantur, & domus, in qua ſtuprum illud violentum commiſſum erat, deſtruebatur,

Landr. lib. 3. art. 1. poſt princ. Matth. Coler. d. deciſ. 176. n. 101. Gloſſ in Weichb art. 88. num. 19 poſt med. verſ. vnd alle bekandte Thiere.

Sed hoc hodie eſt immutatum, & receptum in quotidianâ praxi, ut animalia capite non puniantur, nec domus deſtruatur,

Reinh. part. 5. differ. 44 in med. verſ. ſed in practica non obſervatur. Matth. Coler. d. deciſ. 176. num. 102. part. 1.

29 Hæc aſſertio & concluſio procedit etiam in iis, qui violentum ſtupratorem favore, ope, & conſilio adjuvarunt, vel hoſpitio receperunt,

l. raptores. 54. poſt princip. verſ. & qui eis auxilium. & ſub fin. verſ cæteros autem omnes. C. de Epiſ. & cleric. Iodoc. Damhoud. in ſua pract. crimin. cap 95. num 4.

Cum quo concordat jus Saxonicum *Landr. lib. 3. art. 1 ſub fin. Matth. Coler. d. deciſ. 176. n. 101. verſ.* ſondern auch alle Thäter / *part. 1.*

30 Deinde procedit, etiamſi ex poſt facto conſenſus & voluntas mulieris, per vim ſtupratæ, interveniat, per hoc tamen crimen ſtupri violenti non purgatur, nec ſtuprator à pœnâ mortis liberatur,

Matth. de Afflict. in cap. un. §. condemnatorum. tit. quæ ſunt regal. num. 2. verſ. quanquam ex poſt facto. Ioh. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. ſtuprum. numer. 37. verſ item adde quod ille Ludov. Gilhauſ. in ſua arbor. judic. crimin. c. 2. tit. 22. n. 3. ibi, & pœna ultimi ſupplicii.

31 Imò quamvis mulier ipſa dicat, & fateatur, omnia acta eſſe ſuâ voluntate & conſenſu, tamen ſtuprator violentus per hanc excuſationem non exoneratur, ſed capitaliter punitur, dummodò de vi per rumorem publicum, vel alios modos conſtet,

elegant. Iodoc. Damhoud (ubi pulchram rationem aſſignat) in ſua pract. crimin. c. 95. n. 4. verſ. nec excuſaret ſi diceretur, num. 5. n. 6. & num. 7.

32 Uſq; adeò, ut quis à pœna mortis non liberetur, etiamſi uterq; tàm mulier, quàm vir dicat, causâ matrimonii ſtuprum eſſe commiſſum, maximè ſi ſtuprator, & ſtuprata ſint inæquales,

33 *Andr. de Iſern. in c. un. §. contrahentium inceſtus. tit. quæ ſunt regal. numer. 14 in med. verſ. multò fortius quando uterq; Matth. de Afflict. eod. §. condemnatorem. num. 5. in med. verſ. ſed ſi à principio intervenit violentia, & ſeq.*

34 Niſi ſtuprator violentus vel propriâ, vel ipſius puellæ aſſertione juratâ, vel aliter probare poſſit, ſe puellam poſtea, eâ volente & conſentiente, carnaliter cognoviſſe, *cap. ſignificaſti X. de eo qui duxit, in matrim. quam polluit per adult.* vel puellam ipſius membrum virile apprehendiſſe, & infrà ſuam vulvam miſiſſe,

Nicol. Boer. deciſ. 165. incip. & dicendum eſt, nu. 9. ibi, item ſi quis inculpatur, & ſeq.

Amplius procedit etiam in Nobilibus, nam & illi propter ſtuprum violentum capite plectuntur, *Farinac. conſil. 33. incip. in hac cauſa prætenſi. nu. 16. & n. 67. lib. 1.*

Ratio eſt in promptu, quia nobiles propter adulterium pœna ordinaria puniri, ſupra dixi,

part. 4. concluſ. 27. num. 78. Vincent. de Franch. deciſ. 240. num. 5. verſ pro reo dicebatur. Farinac. in ſua pract. crimin. part 3. quæſt. 98. n 133.

Ergo hoc multò magis obtinebit in ſtupro violento, cum ſtuprum violentum crimen adulterii longe excedat,

l. qui cœtu. 5. §. ult. in fin. ff. ad l. Jul. de vi publ. l. mariti. 29. §. ult. ff. ad l. Iul. de adult.

Præterea procedit in concubinis, nam nec illis 35
vim inferre licet abſq; pœna capitali,

Jodoc. Damhoud. in ſua pract. crimin. cap. 95. n. 13. ibi, imo ne liceret quidem, & ſeq.

Ulterius procedit, ut nec ad interceſſionem 36
alicujus puellæ hæc pœna remitti ſoleat, & ideò, ſi quis ſtuprum violentum commiſit, pœnâ capitis nihilominus plecti debet, etiamſi ab alia puella in matrimonium petatur, veluti ante paucos annos in his terris ita obſervatum fuiſſe, teſtatur

Virgil. Pingiz. quæſt. 8. incip. caſus hic ut verum fateamur. n. 6. & ſeq.

Item, ſecundùm *Alber. de Roſat. in l. 1. §. ult. ff.* 37
de extraordin. crimin. num. 1. & in l. raptores. C. de Epiſc. & clericis. num. 5. verſ. ſecundo caſu. Decian. in tract. crimin. lib. 8. c. 15. rubr. de ſtupro, coitu violento. num. ſub fin. Matth. de Afflict. in conſtit. ſi quis rapere. 2 quæſt. 3. n. 9. Koller. in pract. crimin. part. 1. part. 16. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. ſtuprum n. 38. ibi, item adde quod ſtuprum violentum, & ſeq. Auguſt. Bon. franciſc. in addit. ad Angel. de maleſic. verb. che hai adulterato. num. 56. verſ. ſed ubi non eſt raptus propriè. Addit. ad Alex. conſil. 165. n. lit. C. verb. puto. Andr. de Iſern. in c. un §. contrahentium inceſtus, tit. quæ ſunt regalia. numer. 14. verſ. item ſi interpellaſſet. Matth. Coler. conſil. 9. incip. adoleſcens 14. annorum. num. 18. & ſeqq. Harpprecht. in §. item lex Iulia de vi publica. 8. inſt. de publ. judic. nu. 32 & ſeq. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. caſ. 36. n. 51. & ſeq. procedit, ſi quis blandis verbis, perſuaſionibus, muneribus, & aliis allectamentis mulierem ad ſtuprum inducat, *per text. in l. 1. §. ult. verb. perſuaſerit. ff. de extraordin. crimin.* Propterea, quod plus ſit aliquem perſuadere, quàm compellere & cogere, *l. 1. §. perſuadere. 3. ff. de ſervo corrupt.*

Contrarium tamen rectiùs defendunt, *Br. in l.* 38
1. §. ult. ff. de extraord. crimin. Alex. conſil. 229. num. 11. lib. 6. & conſil. 165. num. 1. verſ. & Bartolus reſpondet. lib. 7. Ægid. Boſſ. tit. de coitu damnato. numer 66 verſ. eſt verum, quod arbitraretur. Ioann. Bajard. (ubi contrariam opinionem in practica non ſervari teſtatur) in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. adulterium. num. 71. & numer. ſeq. Farinac. (ubi idem teſtatur) in ſua pract. crimin. part. 4 tit. 16. quæſt. 141. num. 1 3. ſub fin. Domin. Cardin. Tuſch. tom. 7. practic. concluſ. lit. S. verbum. ſtuprum concluſ. 710. n. 3.

Ratio eſt, quia ſi contraria opinio vera eſſet, ſequeretur, quod omnia adulteria & ſtupra eſſent violenta, cùm ſemper in ejuſmodi delictis perſuaſiones, blanditiæ, & munera intervenire ſoleant, *Ioann. Bajard. ad Clar. d. §. adulterium. nu. 72. Ægid. Boſſ. d. n. 66.*

Quemadmodum etiam ita jam olim à Scabinis Lipſenſibus pronunciatum fuit, Vrtel poſt *Landr. tit.* von nothzogen / vnd Jungfrawſchwechen /

ſub

ſub fin. verſ. vnd diß letzte geiſtliche Rechte. *fol.525. col. 2.*

39 Porrò ſecundum opinionem *Iodoc. Damhoud. in ſua pract. crimin. c. 95. num. 15. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 4. caſ. 360. numer. 54. & num. ſeq.* procedit etiam in nuda ſaltem voluntate, affectu, & conatu, licet effectus ſubſecutus non fuerit.

40 A qua tamen opinione rectè diſcedunt

per text. clarum & manifeſtum. in l. 1. §. qui puero. ult. ſub fin. ff. de extraordin. crimin. Raphael. Cuman. conſil. 96. incip. Chriſtophorus vadens. num. 2. & ſeqq. per tot. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. §. ſtuprum. num. 37. Dec. in l. ſi fugitivi. C. de ſerv. fugit. num. 46. Matth. de Afflict. (ubi ita à Dominis Aſſeſſoribus regii conſilii Neapolitani fuiſſe concluſum teſtatur) deciſ. 276. incip. ſereniſſimus Rex. num. 2. & ſeq. per tot. Ludov. à Pegvera, (ubi rationes pro & contra affert, & ita in regio conſilio Cathaloniæ 10. Auguſti. Anno 1583. judicatum fuiſſe refert) deciſ. 7. incip. Titum in via. numer. 5. & ſeqq. num. 17. verſ. tamen non obſtante & ſeqq. per tot. Proſper. Farinac. in ſua practic. crimin. part. 4. tit. 16. quæſt 145. numer. 69. verſ. ſed cum adhuc ipſa reſiſteret. VVeſenbec. in §. fin autem inſtit. de public. judic. num. 4. poſt princip.

41 Quæ opinio hodie etiam ab Imperatore Carolo V. in ejus conſtitutionibus criminalibus eſt confirmata & conſtitutum, ut pro ſtupro violento attentato tantum, non pœna ordinaria, ſed extraordinaria, pro arbitrio judicis imponatur, P. H. O. *art. 119 verſ.* ſo ſich aber einer ſolches obgemeldten. *Ludov. Gilhauſ. in ſua arbor. judic. crimin. cap. 2. tit. 22. numer. ult. verſ. tertio proſternens, uſq. ad fin.*

42 Quemadmodum etiam in foro Saxonico receptum eſt, ut hoc in caſu ſaltem pœna arbitraria infligatur,

Gloſſ. lat. ad text. germ. Landr. *lib. 3. art. 1. lit. G. verſ. intelligitur hoc delicto conſummato. Matth. Coler. deciſ. 176. (ubi pœnam fuſtigationis Anno 1550. Anno 1551. & pluries dictatam fuiſſe teſtatur) num. 104. numer. 105. ibi, tamen de jure Saxonico, numer. 106. & ſeqq. part. 1.*

Veluti ita Scabini Lipſenſes ad conſultationem Heinrich Kordes der Univerſitet zu Leipzig *Vice* Probſt *Menſe Auguſto Anno 1567.* pronunciarunt. Hat ein lediger Geſelle mit namen George Schuſter / auff den Abend in der Temmerung / als er ſehr bezecht geweſen / eines andern Mannes Eheweib / welche nach Eylenberg gehen wollen / auffm Felde / in ewern anbefohlen Amptsgerichten gewaltſam niedergefellet / vnnd ſie nötigen wollen mit jhr vnzucht zu treiben / ſie aber ſich ſeiner gewehret / vnd mit gewalt von jhme loßgeriſſen / daß er ſeinen willen mit jhr nicht hat vollbringen können / So wird er derhalben willkührlich mit zeitlichem Gefengnis auff 14. Tage / oder vmb eine zimliche Geldbuſſe ſeinem vermögen nach billich geſtrafft / V. R. W.

43 Quæ tamen pœna extraordinaria exaſperari ſolet, ſi præter conatum etiam aliqua violentia realis, & actu permanens fuerit adhibita, veluti Anno 1550. cuidam, qui in via publica per vim attentavit puellæ pudicitiam, & eam, cum repugnantem comprimere non poſſet, gladio vulneravit, non ſolùm pœnam fuſtigationis, ſed etiam amputationem manus VVittenbergenſes dictaſſe, refert *Matth. Coler. d. deciſ. 176. n. 109. ibi, eandem pœnam, part. 1.*

Imò & hoc in caſu propter vulnerationem pœnam ordinariam imponi poſſe, etiamſi ſtuprator violentus ſit minorennis, niſi eam judex ex commiſeratione ætatis in mitiorem convertere velit, tradit latè

Matth. Coler. conſil. 9. incip. adoleſcens 14. annorum. numer. 15. ſub fin. verſ. his tamen non obſtantibus (ubi 13. contraria ſolvit) numer. 16. & ſeqq. per tot. vol. 1.

Veluti etiam ex ſimilibus circumſtantiis pœna ordinaria gladii in hoc delicto augeri ſolet ſi 44
præter vim privatam etiam publica adhibeatur, prout Scabini Lipſenſes contra quendam, qui marito in via publica uxorem à latere vi armatâ ſumpſit, & compreſſit, ultra pœnam capitis etiam pronunciarunt, ut poſteà detruncatus rotæ affigatur,

Weichel *poſt* Landr. *tit.* von Notzucht vnd Jungfrawſchwechen / *poſt princ. verſ.* ſo möchtet jhr jn darumb / *& ſeq.*

Quod ſtatuendum dico, etiamſi abſque ejuſ- 45
modi vi publica ſolutus conjugatam, vel conjugatus ſolutam per vim comprimit, cum enim, ut ſupra *concluſ. 27. part. 4.* dixi, hoc in caſu propter ſpontaneum adulterium pœna gladii ſibi locum vendicet, meritò propter violentiam adhibitam pœna exaſperari debet, *per text. in l. qui cœtu. 5. §. ult. in fin. ff. de l. Iul. de vi publ. l. mariti. 29. §. ult. ff. ad l. Iul. de adult.* quod pro explicatione conſtitutionis noſtræ Electoralis benè nota. Nec obſtat *d. conſtit. 30. part. 4. poſt princ. verb.* Eheliche. ubi tàm de ſoluta, quàm conjugata muliere dicitur, & tamen ibi diſponitur, quod pœna gladii tantùm locum habeat: Quia in hoc caſu per pœnã gladii alia durior pœna nõ excluditur, præſertim cùm ibi non principaliter tractetur, quomodo is, qui alterius uxorem honeſte viventem, ſed qui meretricem comprimit, puniatur, 46

Hæc tamen concluſio quaſdam reſtrictiones admittit; Puta, ſi quis non perſonæ, ſed rei vim infert, quoniam violentia dicitur crimen perſonale,

Bt. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public. Paul. de Caſtr. conſil. 27. incip. viſâ inquiſitione. num. 1. verſ. hic eſt, quod crimen. libr. 1.

Unde ſequitur, ſi quis per vim effringeret oſti- 47
um domûs, vel thalami, ut violenter ingrederetur, ſed non violenter mulierem cognoſceret, quod tunc is ſtuprum violentum commiſiſſe non dicatur, nec ſupradictâ pœna plectatur.

elegant. Paul. de Caſtr. d. conſil. 27. num. 1. ſub fin. verſ. ut cum quis violenter frangit. num. 2. num. 3. & ſeq. per tot. lib. 1. quem ſequitur. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 15. num. 3. tom. 2. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. ſtuprum. num. 36. verſ. ex quo ſequitur Ludov. Gilhauſ. in ſua arbor. judic. crim. cap. tit. 2. 22. num 4. ibi, quando autem ſtuprum. Petr. Caball. reſolut. crimin. cap. 95. num. 16. & num. ſeq.

Licet contrarium ſtatuat *Andr. de Iſern. in cap. un. §. contrahentium inceſtas nuptias. tit. quæ ſunt regalia. num. 14. poſt princip. verſ. nam ſi violenter virginem. & ſeq.*

Vel si quis non ex proposito, sed quodam impetu aliquam, quam forte in via transeundo invenit, per vim cognoscit, modò non animo stuprandi puellam eo veneiat,

per l. 11. §. 2. ff. de pœn. Raapel. Cuman. consil. 96. incip. Christophorus vadens. num. 4. vers. & propterea hic. & vers. seq.

Quæ tamen restrictio mihi non placet, cum lex solam violentiam attendat.

l. 29. §. ult. ff. ad l. Iul. de adult. l. 20. C. eod. l. 3. §. 4. l. 5. §. ult. ff. ad l. Iul. de vi publ. & propositum satis ex affectu colligatur. Propositum enim & violentia non ex antecedenti, sed ex delicto, & ejus qualitate cognoscitur.

49 Vel si quis mulierem bannitam per vim cognoscit, & stuprat,

late Nellus à S. Gemin. in tract. de bannitis. part. 2. tempor. secund. quæst. 46. n. 46. post princ. & in med. vers. si autem per vim cognita est. & vers. seq.

50 Vel si quis protestetur, quod cum muliere, quã per vim cognoscit, velit committere stuprum, eâ intentione, ut eam habeat in concubinam, tunc is ab omni pœnâ excusatur, *Matth. de Afflict. in c. un. §. condemnatorum. tit. quæ sunt regalia. n. 5. vers. datur autem cautela illi. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. stuprum. nu. 15. Gabr. de Sarain. in addit. ad Matth. Matthes. singul. 99. nu. 1. vers. & protestetur eam habere.*

51 Vel si quis eam, quam per vim stupravit, posteà in uxorem ducere velit, tunc etiam à pœnâ stupri violenti excusatur,

Paul. de Castr. in l. raptores. C. de Episc. & cleric. n. 4. vers. ego autem alias consului. August. Bonfrancisc. (ubi se ita in facto habuisse, & obtinuisse testatur) in addit. ad Angel. de malefic. verb. che hai adulterato. num. 57. ibi, jam autem per sequens.

Ratio est, quia hodie, præsertim de jure canonico, in raptu propter subsequens matrimonium pœna capitis non habet locum,

Salyc. in l. 1. C. de rapt. virgin. num. 12. vers. de jure canonico secus. late Farinac. quæst. 145. n. 29. & seq.

Ergo multò magis hoc obtinebit in stupro violento, ut propter matrimonium pœna ordinaria non imponatur, per ea quæ supra n. 13. dixi.

Quamvis directò contrarium velit *Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 43. vers. sed his non obstantibus, & seq.*

52 Et quidem hoc in casu violentus stuprator matrimonium, quod puellæ stupratæ promisit, realiter consummare tenetur, nec pœnitere, vel à promissione resilire potest,

elegant. Specul. lib. 2. part. 2. tit. de confessionibus. § sequitur videre. 2. numer. 6. ibi, sed pone, accusor de stupro. & seq. quem sequitur Matth. de Afflict. in c. un. §. condemnatorum. tit. quæ sunt regalia. nu. 5. sub fin. vers. dicit tamen.

Aliâs si hæc promissio matrimonii simulata, & tantùm liberationis causâ à pœna subsecuta fuerit, & stuprator violentus cum aliâ puella matrimonium contraxerit, is nihilominus pœnâ ordinaria puniri potest, *ut supra n. 13.* dixi.

53 Deniq; si stuprator violentus fuerit minor, tunc à pœna ordinaria etiam excusatur, & saltem extraordinaria punitur,

Farinac. consil. 33. n. 15. & n. 62. lib. 1. Odd. Sfort. de integr. restit. part. 2. quæst. 51. n. 1. & seq. [illegible] & seq. Alber. in l. auxilium. [illegible] §. in delictis [illegible] minor. n. 3. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. iudic. quæst. [illegible] 4. cas. 329. incip. regula juris [illegible] post princip. vers. sic sane. Comens. consil. 96. in fin. Matth. [illegible] consil. 9. numer. 26. vers. ita in proposito, & seq. [illegible] Raphael. Cuman. consil. 96. incip. Christophorus vadens. num. 4. vers. præcipue cum & ipse Ioseph. Ludov. [illegible] 17. num. 43.

Sed quid, an etiam is, qui publico scorto & meretrici vim infert, & eam violenter cognoscit, supra dicta pœna plectatur? 54

Jure cõmuni sequentes casus sunt observandi.

Primus, si mulier adhuc actu meretriciam vitam agit, tunc nemo criminaliter punitur, si eam per vim cognoscit, 55

per text. in l. verum. 39. §. an tamen. ff. de furt. [illegible] quæ adulterium. 29. sub fin. C. ad l. Iul. de adult. [illegible] l. ult. ff. de R.D. num. 3 vers. secus si mulier non sit [illegible] & in l. raptores. C. de Episc. & cler. nu. 1. vers. [illegible] men fallit. & vers. seq. Iodoc. Damboud. in sua practic. crimin. c. 95. num. 10. ibi, nam meretricibus. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. num. 45. vers. secus tamen est [illegible] blica meretrice. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. raptus. n. 5. Gilhaus. in sua arbor. crimin. c. 2. tit. 23. num. 5. Iacob. Menoch. (ubi de pœnâ extraordinaria testatur) lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 291. n. 2. ibi, sed quæ [illegible] est. n. 3. & n. seq. Didac. Covarr. (ubi etiam pœnam extraordinariam imponendam esse statuit) lib. 3. var. resolut. c. 14. incip. regula juris est. n. 2. sub fin. vers. sic quamvis violentia. Ioann. Harpprecht. (ubi idem dicit) in §. item lex Iulia de vi publica. 8. instit. de publ. judic. num. 38. & num. seq. Nicol. Boër. (ubi hoc in casu stuprum violentum omninò impunibile esse dicit) decis. 317. incip. & primò tangam. num. 8. Salyc. in l. un. C. de raptu virgin. num. 3. vers. & solvo quod ille in meretrice. Matth. Matthes. (ubi etiam de pœnâ extraordinaria dicit) singul. 101. incip. nota unum. numer. 1. & per [illegible] Farinac. (ubi multis modis ampliat & limitat) in sua practic. crimin. part. 4. tit. 6. quæst. 145. num. 111. & seqq. & consil. 33. n. 10. n. 12. & seqq. n. 30. & seqq. lib. 1. Gramm. decis. 107. incip. in causa. n. 5.

Usque adeò, ut etiam is, qui juvenculam lascivientem, competulam, & habitu meretriciô ornatam in prostibulis invenit, & per vim stuprat, à pœna stupri violenti excusetur, quoniam justô errore ad hoc stuprum fuit inductus, dum putavit, illam esse meretricem, 56

Jodoc. Damboud. in sua practic. crimin. d. c. 95. num. 11. ibi, atque ob hanc quoq; meretriciam suspicionem. & seq. Gilhaus. d. cap. 2. tit. 23. num. ult. vers. duodecimò limita. Gabr. Serain. in addit. ad Matt. Matthes. singul. 101. num. 6.

Secundus casus, si meretrix è spurcissima vita illa ad honestatem redit, meretricium scelus reliquit, & se ad matrimonium applicuit, vel aliter honestè vivere incepit, tunc nullô modô illi vim inferre licet, sed semper supradicta pœna locum habet, 57

Jodoc. Damboud. d. c. 95. num. 12. ibi, verum enim verò. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. numer. 45. sub fin. vers. quod tamen limita & seq. Gilhaus. in sua arbor. crimin. c. 2. tit. 23. num. 8. Bl. in d. l. raptores. C. de Episc. & cler. n. 1. vers. secundo verò casu punitur. & in l. un. C. de raptu virg. n. 21. vers. alii dicunt quod aut illa. &

vers.

vers. seq. Farinac. (ubi etiam multis modis ampliat & limitat) d. quaest. 14. n. 1-2. & seqq.

58 Nisi meretrix maritata adhuc pergit turpiter vivere, & meretricari, atque hoc passim notum est, tunc quis recte excusatur,

Decian. in suâ pract. crimin. tom. 2. lib. 8. c. 7. nu. 14. Gilbaus. d. c. 2. tit. 23. n. 8. vers. secundus est casus.

59 Vel nisi violentus stuprator ignoret, meretricem maritatam desiisse inhoneste vivere, & se aliis prostituere: tunc etiam excusandus erit, quia cum prior vita fuit inhonesta non praesumitur mutata, nisi probetur, cum mutatio accidentis non praesumatur,

Gilbaus. d. c. 2. tit. 23. nu. 8. post med. vers. quae conclusio vera est. Bl. in d. l. un. C. de raptu virgin. nu. 21. in fin. vers. aut non apparebant. Gabr. Serain. in addit. ad Matt. Matthesil. sing. 101. n. 2. vers. aut dubitatur.

60 Vel nisi meretrix non desierit inhonestè vivere, licet desierit meretricari, puta si est facta concubina alicujus sacerdotis,

Gabr. Serain. in addit. ad Matth. Matthesil. singul. 101. n. 1 sub fin. vers. plus subdit. & n. seq.

61 Tertius casus, si quis non publicam meretricem, sed eam, quae jam ab alio fuit cognita, vel secretè se aliis prostituit, per vim cognoscit, tunc etiam est communis DD. conclusio, quod poena ordinaria stupri violenti locum non habeat, sed tantùm extraordinaria,

Hippol. de Marsil. in suâ pract. crimin. §. diligenter. n. 106. & n. seq. Gramm. decis. 107. incip. in causa. n. 5. Gabr. Serain. in addit. ad Matth. Matthesil. singul. 99. n. 7. & n. seq. Gilbaus. in suâ arbor. crimin. c. 2. tit. 23. nu. 7. sub fin. Nicol. Boër. decis. 317. num. 8. vers. etiamsi ab uno tantùm Gail. lib. 2. obser. 48. nu. 34. Farinac. consil. 33. num. 10. & seqq. n. 39. & seqq lib. 1. & in suâ pract. crimin. (ubi ampliat & limitat) part. 4. tit. 16. quaest. 145. num. 57. & seqq.

62 Jure Saxonico verò aliud dicendum est; siquidem eo jure manifestis verbis est sancitum, ut is, qui meretricem per vim cognoscit, capitis poenâ plectatur,

Landr. *lib. 3. art. 46. ubi dicitur* an freyen Weibern/ vnd an eines Mannes Bulschaffe mag ein Mann noth thun/ vnd seinen Leib verwircken.

63 Et quamvis *Christoph Zobel, in gl. lat. ad text. germ.* LandR. *lib. 3. artic. 1. lit. C. sub fin. vers. item non habet locum, & seq.*
contra haec manifesta verba doceat, poenam stupri violenti non habere locum in publicâ meretrice;

Eius tamen opinio in praxi non servabatur, sed contrarium pronunciabatur,

Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quaest. 16. sub fin.

64 Quam posteriorem etiam opinionem approbavit Augustus Elector Saxoniae, constituens, ut & ei, qui publicam meretricem per vim comprimit, poena gladii dictari debeat,

in suis Novell. part. 4. constit. 39. §. Wie denn auch die Sachsen Recht/ *ubi in comm. Daniel Moller. nu. 2. & n. seq. Virgil. Pingiz. quaest. 3. n. 2. sub fin. vers. ut etiam stupratoribus publicum meretrices. & n. 3.*

Et novissimè sequitur Joannes Georgius Dux & Elector Saxoniae celsissimus in der Eheordn. *in 4. punct. col. 4.* §. do auch jemand. *vers.* oder auch ein gemein Weib. *pag. 14.*

Sciendum autem est, quod, secundùm opinionem 65

Paris. de Puteo. tractat. Syndic. verb. compositio. vers. quia plures. nu. 3 fol. mihi. 344. quem sequitur Gabr. Serain. in addit. ad Matth. Matthes. sing. 99. nu. 4. ibi, ultra autem poenam corporalem. & seq.

de bonis violenti stupratoris, licet is capite plectatur, tantum stupratae mulieri solvi debeat, quantum ad eam honestè dotandam requiritur; quod ego non examino, sed in medio relinquo, cum hoc nullibi ex universo jure probari possit, nec fundetur. *in c. 1. & 2. x. de adult.* ut *Paris de Puteo d.* loco opinatur, cùm in his textibus dicatur tantùm de simplici stupro, non de violento.

Illud tamen oblivioni tradendum non est, quod mulier per vim stuprata nullam infamiae maculam incurrat, sed inviolatae existimationis permaneat, 66

text. expr. in l. foedissimam. 20. vers. quin etiam inviolatae existimationis esse. C. ad l. Jul. de adult. l. si uxor. 13. §. quis planè. 7. sub fin. vers. caeterum quae vim patitur. l. vim passam. 39. ff. eod. l. 1. §. removet. 6. vers. si quis tamen vi. ff. de postul. Bl. in l. si qua illustris. 5. C. ad SC. Orfic. n. 1. sub fin. vers. nam quae vim passa est. Salyc. in d. l. foedissimam. 20. n. 1. ibi, nota quod.

Usque adeò, ut illa mulier, quae ante stuprum violentum virgo fuit, non prohibeatur sertum, vel coronam virginitatis in capite portare, nec caput vittâ quadam, ad instar reliquarum violatarum & nuptarum, tegere cogatur, 67

Francisc. Pfeil. consil. 147. incip. quae vim passa est. per tot. cent. 2. ubi in fine haec verba subjicit, Diesem allen nach halte ichs dafür/ daß die Magd/ so von den beyden Buben mit gewalt ins Korn geruckt/ genotzoget/ vnd beraubet ist/ nicht weniger denn ob solches nit geschehen/ in Jungfräwlichem schmuck vnd mit dem Krantze offenbarlich gehen/ vnd nicht als eine geschwechte Dirne oder Hure mit dem Schleiher gedeckt werden möge. V. R. W.

Quemadmodum & illud praetereundum non est, licet crimen stupri violenti quinquennio non praescribatur: 68

text. expr. in l. mariti. 29. §. ult. in fin. ff. ad l. Jul. de adult. l. qui caetu 5. §. ult. in fin. ff. ad l. Iul. de vi publ.

Quod tamen illud vicennio ad instar reliquorum criminum rectè tollatur,

l. querela. 20. C. de fals. Salyc. in l. foedissimam. 20. C. ad l. Iul. de adult. n. un. sub fin. vers. & sic licet possit.

Nunc etiam esset tractandum de probatione violentiae, paucis tamen ut rem expediamus, dicimus, quod violentia probetur, si mulier magno clamore imploravit alicujus opem. 69

Iodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 95. num. 5. ibi, vim autem in raptu. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. stuprum. num. 40. vers. & ut videtur fieri. Mascard. de probat. conclus. 1409. n. 26. & seq. vol. 3.

Si verò vis procul ab hominibus in sylvis, foveis, & magnis agris, ubi vox oppressae non facilè à quopiam audiri possit, illata sit, tunc mulieris assertioni de vi illata conquerentis non statur, etiamsi ea sit honestae vitae & famae, 70

Gravett. consil. 41. nu. 2. Grat. consil. 52. nu. 28. vol. 2. Gram. consil. 45. nu. 2. & seqq. Horat. Luc. in consil. 161. n. 9. & seqq. tom. 1. quos refert, & sequitur Barthol. Bertaz. consil. 3. incip. non possum non valdè. n. 1. sub fin. vers.

hoc præsupposito.nu.2. n 3.verſ. & individuo. & nu.seq. vol.1. Joann. Bajard. in addit. ad Jul.Clar.lib.5.sent.§. stuprum.n.40.

71 In tantum, ut hæc assertio mulieris ne quidem indicium faciat ad torturam, veluti ita Scabini Lipsenses *ad consultationem Prætoru VVeissenfeldensis Anno* 1547. pronunciasse invenio.

72 Nisi mulieris assertio hoc in casu fuerit jurata, & juramento firmata

Jodoc.Damhoud in suâ pract.crimin.d.c 95.n.9.vers. porro si res contingat.junct. vers.& quemadmodum statur juramento.& seq.

73 Quamvis jam antea contrarium pronunciarunt Scabini Lipsenses Urthel *post Landr.tit.* von Notzucht vnd Jungfrawschwechen. *post pr. vers.* Wenn aber Z. solcher Ubelthat nicht möchte. *& vers.seq. fol.531.col 2.*

74 Indubitata autem est præsumptio, si mulier reddatur prægnans, quod tunc violentia non præsumatur adhibita, cum requiratur ad conceptionem emissio spermatis utriusque, quæ fieri non solet, nisi voluntas, & appetitus mulieris accedat

Nicol.Beer.decis.241.incip.& pro ista quæstione.n.7. Joann.Bajard.in addit.ad Iul. Clar.lib.5.sent.§.stuprum. num.11.

A quo tamen recedit. *Addit. ad Salyc. in l.fœdissimam. 20. C. ad l. Iul. de adult. nu.1.verb.per vim.vers. item adde.Bl.in l.si qua illustris.5.C.ad SC.Orfitian.n.1. sub fin. vers.quid ergo.*

75 Porro, an stuprum violentum sit probatum, si testes dicant, Titium cognovisse Bertam per vim, vel violenter, tradit

Br.in l.2. num.7. ff.de duob.reis. Hippol de Marsil in rubr.ff.de fidejuss.nu.47.Claud.Seisel.in l. ut vim.3.ff.de I.& I.nu.85.Barthol.Romul.eod.n.174.Matth.Matthes. singul.102. incip. nota quod. Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon. part.4. constit.30. nu.3. Farinac.consil.33. n.62.lib.1.

Plures probationum modos, vide *apud Farinac. in consil.33. incip.in hac causa prætensi raptus. nu.24.& seqq.vol 1. & in sui pract. crimin.part. 4. tit.16. quæst. 147.n.130.& seqq.*

76 Illud etiam omittendum non est, quod mulier, quæ se ab aliquo per vim stupratam conqueritur, ea intentione, ut illum in virum accipiat, hoc autem probare non potest, pœnâ capitali puniatur,

Br.in l. accusatorem.§. ad crimen.in verb.sed pone.ff. de publ.judic.quem sequitur Paris.de Puteo in tract.Syndic.verb.tortura.vers.quidam.n.24.post med.vers.ubi est textus contra mulieres injustè querelantes. pag. mihi. 1069.

77 Coronidis loco esset etiam agendum, quomodo mulieres, quæ viros ad sui concupiscentiam vi adigunt, puniri debeant, sed brevitatis causâ remitto benevolum lectorem ad interpretes juris; videatur

Iodoc.Damhoud.in suâ pract.crimin.c.95 n.17.& seq. & n.21.Nicol. Boer. decis.317. nu.11.Ioann.Harpprecht. in § item lex Iulia de republica. 8. instit. de publ.judic. num.34.& seq. Menoch.lib.2. arbitr.judic.quæst.cent.3. cas.291.n.28.in med.& nu.29. Anton. Gomez.in l.tauri. 80.nu 37. Andr.de Isern.in c un.§.contrahentium incestas nuptias.tit.quæ sunt regalia.n.14.post pr.

XLII.

De pœnâ ejus, qui puellam, minorem duodecim annis, per vim, vel sine vi stupravit.

SUMMARIA.

1. *Casus formatur.*
2. *Si quis puellam immaturam, & viri nondum potentem sine vi stuprat, quomodo punitur, tam de jure communi, quam Saxonico, nu. 3.4.5.6.7.8 9.10.11.12.13 15.*
14. *Si quis puellam impuberem sine vi saltem stuprare conatur, & nititur, quomodo punitur.*
16. *Si quis cum puella trium, quatuor, quinque vel sex annorum duntaxat coire velit sine vi, quomodo punitur.*
17. *Si quis puellam impuberem, suæ curæ commissam, stuprat, quid juris.18.*
19. *Si quis puellam nondum viripotentem vi rapiat, & abducat, quali pœna afficitur.*
20. *Si quis cum vi puellam impuberem stuprat quomodo punitur tàm jure communi, quàm Saxonico. 21.22.23.24.25.26.27.28. 29.30.31.32.33.34.*
35. *Adhoc, ut stuprator violentus puellæ nondum viripotentis pœnâ gladii puniatur, an plena & perfecta consummatio requiratur. n.38.*
36. *Ad cognoscendum an hoc stuprum sit perfectum, adhibetur judicium obstetricum.*
37. *Obstetrices hoc in casu debent juratò deponere, & quidem de credulitate tantum.*
39. *Si quis puellæ pudenda fregit, licet opus non consummavit, quomodo punitur. 40.*
41. *Si quis pudenda puellæ non fregit, sed semen tantum in eius cruribus emisit, quomodo punitur. 42.*
43. *Si quis puellam impuberem promissionibus, allectamentis, & blandis verbis ad stuprum induxit, quomodo punitur.*
44. *Stuprator quomodo punitur, si puella impubes sit viripotens.*
45. *Quomodo punitur, si puella sit serva, ancilla, vel aliàs vilis conditionis.*
46. *Sponsus & maritus quomodo punitur, si sponsam vel uxorem impuberem cognoscit.*
47. *In dubio præsumitur puella immatura vi adhibitâ stuprata.*
49. *Nisi sit doli capax.*

SI quis puellam immaturam impuberem, & minorem duodecim annis stuprat, magna solet esse controversia, quomodo ille puniatur. 1

Ut hæc controversia plene enodetur, dispicien-

[illegible] eiendum erit, an quis fine vi, an verò per vim & violenter eiusmodi puellam ſtuprat;

Priori caſu ſi quis ſine vi puellam impuberem ſtuprat, variæ extant de pœna ſtupratoris DD.opiniones.

2 Siquidem *Iacob de Belleviſ.in ſuâ pract.crimin.lib.1. c.9. verb. de lenonibus incip. iſta abuſio. n.36.ibi, vigeſimo nono quod ſi quis, & ſeq.*

diſertis verbis tradit, quod eiuſmodi ſtuprator, nec pœnâ capitali, nec pœnâ ſtupri puniatur, ſed ſaltem de l.Aquilia propter fracturam.vel rupturam membri muliebris teneatur; tùm per

text.expr.in l.ſi ſtuprum.25.ſub fin. ff.de injur.

ubi JCtus Ulp. verbis manifeſtis dicit, quod ſecundùm nonnullos actio l. Aquiliæ competat, ſi quis virginem immaturam ſtupravit.

Tùm, *per text. in l.ſi quis aliquid.38.§ qui nondum. 3 ff.de pœn.*

Tùm, *per text. in l.ſi ſervus ſervum.27. §.ſi olivam. 25.ff.ad l.Aquil.*

ubi de oliva vel ſegete immaturâ dicitur,quod is, qui eam decerpſit, vel deſecuit, l. Aquiliæ teneatur, ſecus ſi maturam; Ergo idem dicendum erit, ſi quis puellam impuberem violaverit, & flores virginitatis immaturos decerpſerit.

3 Hæc opinio vera non eſt,ut paulò poſt dicetur. Nec movet textus *in d.l.ſi ſtuprum.25 ff.de injur.* quia ille accipiendus eſt de virgine ſerva,

Iacob Menoch. lib.2. arbitr. judic.quæſt.lib.2.arbitr. judic.quæſt. cent.3.caſ.294.n.12.ibi, quartus eſt caſus,& ſeq.

id quod etiam totus contextus. *d.l.25.* ſatis evincit, rationem autem diverſitatis adducit

Menoch.d.caſ.294. n.12.in med.

Textus verò *in d.l.ſi quis aliquid. 38. §. qui nondum.3.ff.de pœn.*

perperam allegatur, manifeſto enim ex eo contrarium colligitur, *ut infrà dicetur.* Parum etiam ad rem facit textus *in d. l.ſi ſervus ſervum.27.§.ſi olivam.25.*

Quia ab immatura oliva, vel ſegete ad puellam immaturam, & ita ad hominem rationalem inferre non licet,

§.36.§.37.ſub fin ff.de R.D & A.R.D.l.68.ff.de uſufr. l.in pecudum.28.§.1. ff. de uſur.

alias ſequeretur, ſi quis virginem maturam, & viripotentem ſtupraret, quod is hoc impunè ferret, quemadmodum de eo, qui maturam olivam vel ſegetem decerpit, vel deſecat, ut in *d.l.27.§. 25 ff.ad l.Aquil.* diſponitur.

4 Alii ſimpliciter dicunt, ut *Bl. in l.ſi quis non dicam rapere. 5. C. de Epiſc. & cler. (ubi dicit, ſi haberet eiuſmodi ſtupratorem, quod illum vellet facere decapitari) nu.17.in princ. & ſub fin. verſ.tamen ſi ego haberem. Ioann.Faber. (ubi de pœna ſuſpendii teſtatur) in §.item lex Iulia. inſtit. de publ.judic.num.7.poſt princ.Curt.in l. tranſigere. 18. C.de tranſact. n.40. Decian.tract.crimin. lib.8.c.7.n.35.Matth.de Afflict.in conſuetud.regni.rubr. 19.nu.14.& in c.un. §. condemnatorum.tit.quæ ſunt regalia.num.6.in princ.junct. verſ.ſed poſtea ſubdit Ægid. Boſſ.tract.cauſar.crimin. tit. de coitu damnat. n.67. Anton.Gomez.tom.3.var.reſolut.c.1.nu. 60. ſub fin.Ioſeph. Ludov.deciſ. Lucenſ.17.incip.Ioannes Baptiſta.nu.16.& nu.ſeq. Petr. Caball reſolut. crimin.caſ.20.n.22.& ſeq.*

quod pro eiuſmodi ſtupro pœna mortis naturalis imponatur.

Moventur, quia, ſicut pro ſolo raptu ſine cognitione, eſt pœna capitis, *l. raptores. C. de Epiſc. & cler.l.un.C.de rapt.virgin.*

ita à fortiori idem dicendum erit in caſu noſtro, in quo utrunque concurrit, *Bl.in d.l.ſi quis non dicam.5.n.17.in fin. verſ quia pro ſolo raptu.*

Deinde,*per text. in l.1 §.ult.ſub fin.ff.de extraordin. crimi. Bl.d.l n.17.in fin.verſ. & directo per textum.*

Nec hæc opinio placet; Quia prima ratio ſolummodò obtinet in eo caſu,ubi raptus & vis intervenit, de quo in ſequenti caſu agemus. Idem etiam obtinet in altera ratione,quia & in *d.l.1.§. ult.ff.de extraordin. crimin.* dicitur, ſi perſuaſiones, blandimenta, & ita quædam violentia adhibeatur. 5

Deindè, ibi tractatur de virgine matura, & viripotente, ſecùs eſt in caſu noſtro.

Non pauci etiam ſunt, qui tradunt, quod pro eiuſmodi ſtupro humiliores in metallum damnentur, honeſtiores verò in inſulam relegentur, vel in exilium mittantur, 6

per text.expr.in l.ſi quis aliquid.38 §. qui nondum.3. ff.de pœnis.Iodoc. Damhoud.in ſuâ pract.crimin.(ubi hoc notandum dicit, quia per text in l.un. C.de rapt.virgin. non eſt correctum):in ſua pract.crimin.c.92 incip.dum bis in libidinum. nu. 8. Angel.tract.malefic.(ubi idem dicit) verb. che hai adulterato.nu.73.verſ.ſi autem nondum ſit viripotens.VVeſenb.in §. item lex Iulia de adult.6.verſ. ſed eadem inſtit. de publ judic.nu.2.verſ.ſtuprum tamen nondum viripotenti. Gabr. Serain. in addit. ad Matth. Matthæſil.ſingul.99.n 5. ibi, quid autem ſi virginem immaturam.Thomas Gramm. (ubi Menſe Iunio Anno 1541. ita in conſilio Neapolitano fuiſſe deciſum teſtatur) deciſ. 22.incip.de præſenti menſe. nu.1.verſ.ego tamen dixi non eſſe recedendum.nu.2.& ſeq.per tot. Guid.Papa (ubi 28. Ianuar.Anno 1461.in conſilio Delphinatûs ita fuiſſe concluſum refert.)deciſ.555.incip.videtur dubitari.nu.1.& ſeq. per tot.Iul. Clar.lib.5.ſent.§.ſtuprum. num.9.verſ.tu dic quod tale delictum. Signorol. conſil. 207. nu.3.verſ.verum quia Paul. Chirland. de pœnis omniſariam coitus. quæſt.7.n.6.Bermond.Choveron. de publ.con.ubin.rubr. de ſtupro.n 39. verſ.dubitatur ulterius, & nu.40.Pract. Conrad.tit.de ſtupratoribus n.11. Petr.Gregor.in Syntag. juris. lib. 36. c.9. verſ. atq; nondum viripotentem.Franciſc.de Caldas. in comm. ad l.ſi curatorem.3 C. de integr. reſtit.verb.vel adverſarii dolo. nu.56.& ſeqq. Ægid.Boſſ. in ſuâ pract.crimin.tit.de coitu damn.& punib.num.67. verſ ſed ſi nulla vis.

Aliter ſentit *Iul. Clar. lib.5.ſent.§ ſtuprum.n.9.ſub fin.verſ.ego tamen ſemper fui in voto.quem ſequitur Proſper. Farinac. in ſuâ pract. crimin. part 4. tit. 16 quæſt. 147.nu.38.& n.47.Matth. Coler.deciſ.176. n.110.verſ. mihi placet diſtinctio. junct n.112.part.1.* 7

qui diſtingvit inter conatum, & inter effectum, ſeu ſtuprum conſummatum, ita, ut priori caſu damnatio ad triremes uſq; ad decennium, vel aliud tempus; poſteriori verò caſu pœna ultimi ſupplicii locum habeat.

Hanc diſtinctionem enervat clarus textus *in d. l ſi quis aliquid.38.§ qui nondum,3.in verb.corrumpunt, ff.de pœnis.* 8

ubi etiam pro eiuſmodi ſtupro conſummato & perfecto, vel damnatio in metallum, vel relegatio in inſulam,vel exilium tantùm imponitur.

Nonnulli dicunt, quod judicis arbitrio ſit relin- 9

linquendum, qualem pœnam is pro delicti & personarum qualitate infligere velit,

Sigmr. consil. 2?7. n. 3. Jul. Clar. d. §. stuprum. num 9. vers. præterea crederem. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. nu. 39. & seq. & nu 43. & seq. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 294. n. 3. ibi, tertia est opinio eorum. Ludov. Gilhaus. in sua arbore crimin. c. 2. tit. 22. num. 4. vers. secundò non procedit. fol. 114.

10 Quod non arridet, quia de hoc casu habemus textus claros; Ubi autem aliquid clarè in jure est decisum, tunc illud arbitrio judicis relinquere non debemus,

l. 1. §. ult. ff. de jure deliber. l. 9. sub fin. C. eod l. 3. sub fin. ff. ex quib. caus. major. 25. annis in integr. restit.

11 In tantâ opinionum diversitate ego simpliciter textui inhæreo, & secundum tertiam opinionem supra. nu. 6. relatam dico, quod eiusmodi stuprator, si humilior est, in metallum damnetur, honestior verò in insulam relegetur, vel in exilium mittatur, ita tamen, ut, cum hodie damnatio in metallum ab usu recesserit, humilior cum fustigatione in perpetuum relegetur,

per text. clar. & manifest. in d. l. si quis aliquid. 38. §. qui nondum. 2. ff. de pœn.

qui textus tam clarus est, ut nefas sit, conjecturis locum relinquere;

Deinde quia hoc stuprum magis attentatum, quam consummatum, dicitur

Bernard. Chover. d. tit. de publ. concubinar. n. 4.

ideoq; meritò eiusmodi delictum pœnâ mitiori, & non capitali puniendum erit, præsertim cum hæc assertio majoribus authoritatibus DD. sit stipata, & aliquoties in judiciis observata.

12 Jure Saxonico quidem de hoc delicto textum expressum non habemus, ideoque variè etiam de eo propter discrepantes legistarum opiniones disceptabatur, frequentiùs tamen illorum prævaluit assertio, qui pœnam mortis naturalis non infligendam esse putaverunt, sed solummodò fustigationem cum relegatione, testibus

Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 17. num. 1. vers. da aber einer ohne notzucht.

13 Quam sententiam etiam approbavit, & confirmavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novell.

part. 4. constit. 31. sub fin. vers. da aber einer ohne notzucht/ *ubi in comm. Daniel. Moller. n. 1. & seq.*

Et novissimè sequitur Joannes Georgius in der Eheordn. *in 4. punct. col. 4. §.* so auch jemand. *vers.* und so jemand. *pag. 14.*

Ita tamen, ut eiusmodi stuprator non ad tempus, sed propter detestationem delicti in perpetuum cum fustigatione relegetur,

text. in d. const. 31. sub fin. vers. unsers Landes ewig. *part. 4.*

14 Quæ assertio procedit, non solùm si quis puellam impuberem stuprare saltem attentavit, & conatus est, de quo minus dubium est, & unanimiter DD. concludunt,

Jodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 92. n. 8. vers. etiamsi actu eam. & c. 95. nu. 14. vers. etiamsi crimen. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. stuprum. num. 9. sub fin. vers. ego tamen semper. Prosper Farinac. in sua practic. crimin part. 4. tit. 16. quæst. 147. n. 47. post pr.

15 Sed etiam, si quis eiusmodi stuprum sine vi consummavit & perfecit, tunc enim etiam saltem fustigatione cum relegatione punitur, nec aliâ pœna graviori, puta ultimo supplicio, afficitur,

per text. in d. l. si quis aliquid. 38. §. qui nondum. 3. verb. corrumpunt ff. de pœn.

Veluti DD supra *n. 6.* allegati expressè tradunt, & in specie ita Scabinos Lipsens Anno 1550. ad Senatum Gorlitianum, item Mense Octobri Anno 1547. ad quæstorem zu Meissen respondisse testatur

Matth. Coler. decis. 176. incip. adulterium propriè. nu. 110. vers. & in hanc sententiam. & vers. seq. part. 1.

Nisi quis cum puellula trium, quatuor, quinque vel sex annnorum tantum voluit coire; tunc enim, cùm per rerum naturam cum eiusmodi infantulà coitus nullus sit, nec illa propter defectum intellectus consentire possit, 16

§. sed quod diximus. 10. instit. de inutil. stipulat. l. mulier. 70. in fin. ff. de V. O.

& ita potiùs vi, quam consensu, eiusmodi stuprum commissum censeatur, meritò is pœnâ capitali afficiendus erit, veluti *in seq. casu* dicitur, & ita quendam Stephanum de Alter, qui cum puella nondum quadrienni voluit coire, 6. Septemb. Anno 1558. capite fuisse truncatum, testatur

Jul. Clar. lib. 5. sent. §. stuprum. n 9. vers. ego in hac specie facti vidi. & seq Ægid. Boss. in pract. crimin. tit. de coitu damn. & punibil. nu. 68. vers. sed si non sit doli capax. Petr. Caball. (ubi rationem affert) cent. 1. resolut. crimin. c. 20. incip. qui nondum. nu. 9. vers. & sit in sexto. & vers. seq.

Quamvis in individuo dissentiat & pœnam etiam fustigationis solummodò cum relegatione locum habere, statuat

Virgil. Pingiz. (ubi casum de quodam sutore, qui piscatoris filiam. 4 annorum duntaxat natam vitiare conatus est, recenset) quæst. 3. incip. nuper quidam sutor. nu. 1. & seqq. n 4. & seqq.

Idem juris erit, si quis puellam impuberem suæ curæ, custodiæ, & inspectioni commissam, quamvis sine vi, stuprat, quemadmodum pœnam gladii contra quendam Scabinos Lipsenses Mense Martio Anno 1540. itemq; Scabinos Magdeburgenses pronunciasse legi, 17

arg. l. un. sub fin. C. si quis eam, cujus tutor fuerit, corruperit.

In hoc tamen priori casu præter pœnam supradictam stuprator etiam dotare puellam impuberem tenetur, veluti ita Anno 1541. Mense Junio, in regio consilio Neapolitano decisum, refert 18

Thom. Gramm. decis. 22. incip. de præsenti in princ. vers. nec non & pariter. & seq.

Posteriori casu, ubi quis violenter & vi adhibita puellam impuberem, & minorem duodecim annis stuprare velit, res etiam non est expedita, quanam pœna sit afficiendus?

Et quidem si quis puellam impuberem violenter rapiat, abducat, & stupret, vel stuprare velit, & ita raptum committat, dubium omninò nullum est, quin pœna capitis puniatur, 19

per text. in l. un. §. 1. vers. aut à tutoribus vel curatoribus. C. de raptu virgin. Joan. Baptist. Caccialup. in l. si qua illustris. 5. C. ad SC. Orfician. (ubi dicit se hic ex facto hac de re fuisse interrogatum.) nu. 23. sub fin. & n. seq. Guid.

Pap.

Pap. decis.55. num.3. ibi, sed ultra Pramissa. Anton. Gomez. (ubi tamen … l. tauri 80. nu. 42. in princ. & vers. sed his non obstantibus Jacob Menoch. (ubi pulchras rationes adducit, & contraria solvit) lib 2. arbitr. judic. quaest. cent. 3 cas 294 incip. dubitari sapissime. n. 7. ibi, secundus est casus. num. 8. & nu. seq. Ludov. à Pegver. decis. crimin. 43. nu. 11. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quaest. 145. nu. 51. ibi, amplia decimò quartò. nu. 52. & seq. Francisc. Caldas. in repet. l. si curatorem. 3. C. de integr. restit. verb. vel adversarii dolo. n. 60. Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 95. nu. 14. vers secundùm alios capite. Bermond. Chover. tract. de publ. concubin. rubr. de stupro. num 80. Signol. consil. 207. incip. in quaestione praesentibus. n. 1. vers. verum quia ultra proceditur. & seq.

Si verò quis puellam immaturam non rapit, vel abducit, sed solùm per vim stuprat, major solet esse controversia.

20 Nonnullis enim placet, quod is ad triremes saltem ad aliquod tempus condemnari, vel cum fustigatione in perpetuum relegari debeat, veluti in specie tradit, hanc aequiorem, humaniorem, à qua in practica non sit recedendum, & magis communem vocat, & secundum eam Senatum Pedemontanum pronunciasse testatur

Anton. Tessaur. decis. 148. incip. virgo non viri potens. nu. 1. nu. 2. ibi, contra dicebatur ex parte rei, & n. seq. per tot. Francisc. de Caldas in l. si curatorem. 3. C. de integr. restit. in verb. vel adversarii dolo. n. 56. & seqq. Virgil. Pingitz. d. quaest. 3. nu. 1. vers. deindè etiam unicuiq. patet. n. 2. nu. 3. (ubi à Jenensibus in hanc sententiam discessum fuisse testatur) vers. veruntamen hisce & aliis. nu. 4. nu. 7. & seq per tot.

Moventur primò per textum. *in l. si quis aliquid. 38. §. qui nondum. 3. ff. de poen.*

qui generaliter loquitur, nec distingvit, an vi, an verò sine vi quis puellam immaturam stupravit, generaliter igitur etiam debet intelligi

Tessaur. d. decis. 148. n. 2. post pr. Pingiz. d. quaest. 3. n. 3. sub fin. vers. cujus sententia, & n. 4.

Deindè, quia, cùm puella dicatur immatura, & incognoscibilis, in eam non potest cadere verum stuprum, & sic non est veri stupri poena imponenda, & stuprator morte plectendus, praesertim cum ex generali observantia etiam ipsius stupri veri poena non sit capitalis,

Tessaur. d. decis. 148. n. 2. vers. & ad idem facit. Pingiz. d. quaest 3. n. 4. sub fin. vers. deinde huc facit.

Tertiò, quia hoc crimen nulla certa capitali poena, sed vel damnatione in metallum, vel relegatione in insulam, vel publicatione bonorum plecti, in jure expressum est; Ergo nequaquam judici hanc poenam extraordinariam pro suo arbitratu exasperare, & ad mortem extendere licet,

Pingiz. d. quaest. 3. n. 4. in fin. & n. seq.

Quartò pro hac sua ipsorum assertione adducunt

Guid. Pap. decis. 555. num. 1. & seq. Thom. Gramm. decis. 21.

Haec assertio vera non est, *ut paulò post dicetur.*

21 Aliter sentit *Signorol. de Homodedeu. consil. 217. incip. in quaestione in praesenti allegata. num. 3. vers. verum quia in casu nostro praesupponitur. & vers. seq.*

qui statuit, si stuprator eiusmodi pro injuria virgini immaturae illata saltem conveniatur, quod tunc poena sit arbitraria, attenta qualitate personae, *l. 1. Injuriarum. 21. junct. l. ult. ff. de injur.*

Si verò pro ipso stupro conveniatur, tunc, si vilis est persona, poena capitali, si verò honestioris status, & sangvinis, relegatione tantum vel exilio puniri debeat,

l. si quis aliquid. 38. §. qui nondum. 3. ff. de poenis.

Nec haec opinio placet, quia textus *in d. l. si quis aliquid. 38. §. 3 de poen.* 22

solummodò locum habet, ubi quis sine vi puellam nondum viripotentem stuprat, ut in *casu praecedenti* dixi, ad hunc igitur casum extendi nequit,

Anton. Gomez in l. tauri. 80. nu. 42. post med. vers. & praedicti Doctores illum textum. & seq.

Aliam opinionem affert *Iacob Menoch. lib. 2. arbit. judic. quaest. cent. 3. casu. 294. incip. dubitari sapissime solet. nu. 10. sub fin. vers. tertius est casus, quando virgo. & num. 11.* 23

qui dicit, quod hoc in casu, si vis fuerit privata, & sine armis facta, quis puniatur poena l. Juliae de vi privata,

§. item lex Julia de vi inst. de publ. judic. l. 1. & ult. ff. ad l. Jul. de vi privat. l. 2. C. eod.

Si verò vis sit publica, & cum armis facta, poena l. Juliae de vi publica sibi locum vendicet.

d. §. item lex Julia de vi instit. de publ. judic. l. 3. C. ad l. Jul. de vi.

Nec haec opinio placet, quia inde sequi vellet, quod eiusmodi violentus stuprator sit melioris conditionis, quàm qui sine vi puellam impuberem stuprat, cùm hic, ut supra. *n. 6. & n. 11.* dixi, vel in metallum damnetur, vel in insulam relegetur, vel in exilium mittatur, & ita poena capitali afficiatur, 24

Signorol. de Homoded. d. consil. 207. n. 3. vers. est tamen advertendum. & seq.

Ex lege Julia autem praesertim de vi privata solummodò tertia pars bonorum publicatur, *d. l. 1. & l. ult. ff. de l. Jul. de vi privat.*

quae pecuniaria damnatio multò lenior est, quàm damnatio in metallum, relegatio in insulam, & missio in exilium,

text. in l. in servorum. 10. §. ult. in fin junct. l. capitalium 28. sub fin. princ. vers. deinde proxima morte. & §. 1. ff. de poenis.

Rectiùs igitur faciunt *Anton. Rambaudus in addit. ad Guid. Pap. decis. 555. nu. 3 verb. aperietur. sub lit. C. vers. secundo vero capitali. Aegid. Bossius in pract. crim. tit. de coitu damnat. & punibil. n. 67. ibi, non omitto. & vers. cum declaratione. & seq. Anton. Gomez. in l. tauri. 80. n. 42. vers. vel eam carnaliter cognovit per vim. junct. vers. sed his non obstantibus. & seq. Thom. Grammat. decis. 22. n. 1. vers. intelligendo tamen. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quaest. 145. ibi, quod si non intervenerit raptus. & quaest. 147. nu. 43. vers. si verò cum violentia. & n. 46. (ubi dicit, se in judicando ab hac opinione nolle recedere.) ibi, & ab ista quarta. & seq. Petr. Caballin. cent. 1. resolut. crimin. cas. 20. incip. qui nondum viripotentes. n. 7. n. 8. ibi, secunda verò opinio quod ad mortem. nu. 9. num. 10. 11. & seqq. usq. ad fin. Joann. Baptist. Caccialup. in l. si qua illustris. 5. C. ad SC. Orfic. n. 23. vers. si autem nondum sit viripotens. & seq.* 25

qui dicunt, quod hoc in casu stuprator virginem impuberem per vim cognoscens poenâ mortis afficiatur,

per

per text. in §. 8. verſ. ſin autem per vim. inſtit. de publ. judic. junct. l. un. verb. aut à viteribus. C. de raptu virgin.
qui textus licet loquantur de vi cum raptu conjuncta, quò minus tamen ad ſolam vim extendantur, rationem diverſitatis non video, præſertim cum Imperator ibidem ſe in ſola violentia fundet,

Gomez. d. l. tauri. 80. num. 42. ſub fin. verſ. ſecundè probat.

Deindè hanc aſſertionem inde probo, quia ſupra *n. 6. & n. 11. ex l. ſi quis aliquid. 38. §. qui nondum. 3. ff. de pœn.*
dixi, ſi quis virginem nondum viripotentem ſine vi ſtuprat, quod is, ſi ſit humilior, in metallum damnetur, ſi verò honeſtior, in inſulam relegetur, vel in exilium mittatur.

Ergò, ne eiuſmodi ſtuprum, cum vi commiſſum, cum eo, quod ſine vi perpetratur, pari & æquali pœna puniatur, quod fieri jura prohibent,

§ 4. verſ. ſed eâdem. l. Julia. §. 8. verſ. ſi autem per vim inſt. de public. judic.
neceſſariò ſequitur, quod hoc in caſu ſtuprator pœna mortis plectatur, quoniam poſt damnationem in metallum, vel relegationem in inſulam, vel miſſionem in exilium, nulla alia gravior pœna, quæ in proximiori gradu eſt, reſtat, quàm pœna mortis,

text. in l. capitalium. 28. in princ. & §. 1. ff. de pœn.

Præterea, quia, experientia teſte, eiuſmodi ſtuprum, in virginem immaturam commiſſum, ut plurimùm cum periculo mortis fit. Violentum autem ſtupratorem, qui à crimine homicidii non eſt alienus, pœnam mortis ſubire, textus eſt ad literam.

in l. un. verſ. nec cum ab homicidii crimine. C. de raptu virgin.

Ulteriùs, quia in *precedenti Concluſione* dixi, quod is, qui per vim ſtuprat virginem viripotentem, puniatur pœna mortis; Ergò multò magis tali pœna debet puniri, ſi per vim cognoſcet nondum viripotentem, cùm graviùs delinquat, qui immaturam & impuberem, quam qui puberem ſtuprat, quod inde patet, quia ſtuprator virginis viripotentis ſi honeſtior eſt, publicationem duntaxat partis dimidiæ bonorum, ſi verò humilior eſt, corporis coertionem cum relegatione de jure civili patitur,

§. 4. ſub fin. verſ. pœnam autem eadem lex. inſtit. de publ. judic.
cum tamen ſtuprator virginis nondum viripotentis, ſi humilior eſt, in metallum damnetur, honeſtior verò in inſulam relegetur, vel in exilium mittatur, *d. l. ſi quis aliquid. 38. §. qui nondum. 3. ff. de pœn.*
quæ pœna ſanè longè durior & gravior eſt, quàm illa, *d. l. capitalium. 28. ſub fin. princ. §. 1. & §. ſeq. ff. de pœn.*

Deindè per authoritates DD. ſupra *n. 4.* allegatorum, qui de hoc caſu, ubi quis cum vi puellam immaturam ſtuprat, ſunt accipiendi, quemadmodum Baldum ibid. adductum ita intelligit

Thom. Gramm. d. deciſ. 22. n. 1. poſt pr.

26 Nec movent rationes ſupra *n. 20.* in contrarium pro 1. opinione adductæ; Quia prima ex iis, quæ jam pro confirmanda noſtra aſſertione dixi, ſatis ſuperq; refutatur, textum nimirum *in d. l. ſi quis aliquid. 38. §. qui nondum. 3.*
non ita generaliter, ſed cum diſtinctione eſſe accipiendum.

Secunda ratio etiam nihil ad rem, quia hæc pœna non tam propter ſtuprum, quam propter vim imponitur,

Iacob Menoch. cent. 3. arbitr. judic. quæſt. caſ. 294. n. 7. in med.

Aliam ſolutionem vide apud *Petr. Caballin. cent. 1. reſolut. crimin. caſ. 20. nu. 13. verſ. eſt verum quod ad hoc. & ſeq.*

Tertiam rationem aperte falſam eſſe, ex iis patet, quæ modo dixi; Doctores quarto loco adducti, loquuntur ſaltem de eo ſtupro, quod ſine vi in puellam immaturam eſt commiſſum, ut manifeſtò *ex Guid. Pap. d. deciſ. 555. & Grammat. d. deciſ. 22. per tot.* conſtat.

Jure Saxonico de hoc caſu variè etiam fuiſſe pronunciatum, neminem latere poteſt. 27

Scabini enim Lipſenſes aliquando perpetuam ſaltem relegationem cum Urphedâ (abſq; fuſtigatione tamen) dictaſſe, conſtat ex ſententiis poſt Weichb. *tit.* ſo einer zwen Weiber nimpt / was ſeine Straffe iſt / *ſub fin. verſ.* ſo ſich auch einer vnterſtanden / vnd bey euch. *& ſeq. uſq; ad fin. fol. 152. col. 1.* 28

VVittenbergenſes verò pœnam virgarum duntaxat infligendam eſſe cenſuerunt, 29

teſte Matth. Coler. deciſ. 176. incip. adulterium propriè. n. 110. ſub fin. verſ. eandem virgarum pœnam. part. 1.

Eandem pœnam fuſtigationis, cum perpetua tamen relegatione, Scabinos Jenenſes Volcmaro Zandorff zu Kunitz / contra eius generum Menſe Martio Anno 1577. pronunciaſſe, refert 30

Matth. Coler. d. deciſ. 176. n. 46. ibi, & ſecundùm hanc. n. 75. & ſeq. part. 1.

Quamvis, ipſemet *Coler. d. deciſ. 176. n. 117. ibi, ex quo deregitur, uſq; ad fin. part. 1.* fateatur, Jenenſes erraſſe, gravioremq; pœnam fuiſſe imponendam.

Aliquando tamen Lipſenſes Anno 1549. pœnam gladii dictaſſe, teſtatur 31

Matth. Coler. d. deciſ. 176. nu. 113. n. 114. ibi, unde Lipſenſes. & ſeq. part. 1.

Et hos ſecuti Jenenſes poſtea Martio Anno 1579. Præfecto Hennenbergi in Mansfeldt / & Anno 1581. Quæſtori Jenenſi eandem pœnam adjudicarunt, teſte & ſequace 32

Matth. Coler. d. deciſ. 176. n. 116. ibi, eandem pœnam gladii. & ſeq. part. 1.

Quæ opinio etiam veriſſima eſt, & etiam placuit 33
Conſultat. conſt. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 17. in pr. & Zobel. in gloſſ. lat. ad text. germ. Landr. lib. 2. art. 13. lit. M. verſ. quam non nobilibus, & ſeq. & præter rationes *ſuprà. n. 25.* adductas, probatur ex textu *Landr. lib. 2. d. art. 13. in med. & art. 64. in princ. &* Weichb. *art. 38. verſ.* oder nöhtet ein Mann / ubi propter ſolam vim fœminis illatam pœna gladii dictatur.

Et hanc ultimam ſententiam etiam approbavit, & confirmavit Auguſtus Elector Saxoniæ in ſuis Novellis 34

part. 4. conſt. 31. in princ. ubi in comm. Dan. Moller. n. 1. & ſeq. & ad conſtit. 26. num. 2. ſub fin. & num. 3. d. part. 4.

Et licet Auguſtus *in d. conſtit. 31. verſ.* vnd das Werck mit jhr verbracht / *ubi Moller. n. 2.* loquatur de eiuſ- 35

de ejusmodi stupro, quod quis in puellâ immatura perfecit, & consummavit:

36 Ita et hoc, an stuprum fuerit perfectum, judicio obstetricum, aut aliarum honestarum, & peritarum fœminarum committatur, earumq; assertioni credatur,

text. in c. proposuisti, 4. c. causam, 14. sub fin. x. de probat. Raphael. Cuman. (ubi ita in contingentia facti observatum fuisse testatur) consil. 96. incip. Christophor. vadens. nu 1. vers. prout postea cognitum est per mulieres. & seq. Daniel Moll. in comm. ad constit. Saxon. part 4. d. constit. 31. nu. 2. vers. hoc postremum obstetricum. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. n. 41.

37 Dummodò juratæ deponant, quamvis non de veritate, sed saltem de credulitate,

Daniel Moller. ad d. constit. 31. n. 3. & n. 4 Felin. in c. proposuisti. 4. x. de probat. nu. 9. Pacian. tract. de probat. lib. 1. cap. 47. n. 17. & lib. 2. c. 2. nu. 12. & seqq. Brun l. 1. ff. de ventre inspic. n. 1. & n. 8. Rutg. Ruland. de commiss. part. 1. lib. 4. c. 17. n. 11. & n. 12. Francisc. Marc. decis. 678. incip. quaeritur de modo. n. 1. per tot. part. 2.

38 Ad hujus criminis tamen perfectionem necessariò non requiritur, ut quis suum membrum in puellæ vas pudicitiæ immiserit, cum hoc, natura repugnante, fieri non possit

Pet. Caball. resolut. crimin. cas 20. n. 2. vers. & natura repugnat. cent. 1. sed sufficit, si quis tantum fecit, quantum in se fuit, & ex sua parte desideratur.

39 Unde fit, quod is, qui, cum puellam immaturam cognoscere vellet, eius pudenda fregit, nihilominus pœnâ gladii sit puniendus, veluti ita Scabinos Lipsenses Senatui zu Jochimsthal / Anno 1549. respondisse, testatur

Matth. Coler. decis. 176. incip. adulterium propriè, nu. 114. ibi, unde Lipsenses responderunt, part. 1.

40 Cum quibus concordant interpretes juris communis, qui disertis verbis idem tradunt,

Jul. Clar. (ubi ita quendam Stephanum de Alice, 6. Septemb. Anno 1555. per Senatum capite truncatum fuisse refert) lib. sent. §. stuprum, n. 9. vers. ego in hoc specie facti vidi. & seq. Card. Tusch. tom. 2. pract. conclus. lib 5. verb. stuprum. conclus. 7 o 9. n. 11. Joseph. Ludov. decis. Perus. 17. n. 16 & n. seq. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. n. 42. in med. & n. 47.

41 Imo, etiamsi quis ejusmodi puellæ pudenda non fregit, si tamen ad actum facti, maxime huic delicto propinquum, pervenit, puta, quia puellam in terram prostravit, & eius vestimenta levavit, sed vel propter resistentiam puellæ, vel arctitatem membri opus perficere non potuit, & semen duntaxat in eius cruribus emisit, nihilominus gladio feriendus erit, propterea, quia suprà *part. 4. conclus 27. n. 17. & seq.* dixi, quod in ejusmodi factis pœna ordinaria adulterii locum habet;

Ergo multò magis in stupro violento, virgini immaturæ illato, obtinebit, cum crimen stupri violenti adulterium longè excedat, *text. in l. qui cœtu 5. §. ult. in fin. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. mariti. 29. §. ult. in fin. ff. ad l. Iul. de adult.*

42 Quamvis me non lateat, contrarium consuluisse *Raphael. Cuman. consil 96. incip. Christophorus vadens. in princ. vers. dictam puellam projecit in terram. nu. 1. & seqq. per tot.*

Et etiam VVittenbergenses hoc in casu pœnam virgarum tantùm dictasse testatur *Matth. Coler. decis. 176. nu. 110. sub fin. vers. eandem virgarum pœnam*. Et ego legi, D. Modest. Pistoris cuidam, qui puellam decem annorum, stuprare voluit, à qua tamen destitit, videns exire sangvinem, non perfecto opere, ad consultationem Joannis H. Schössern zu Weissenfels / Anno 1547 pœnam fustigationis cum relegatione pronunciasse.

Atque hæc, quæ in hoc posteriori casu dicta sunt, obtinent etiam in vi interpretativa, puta, si quis promissionibus, allectamentis, & blandis verbis puellam immaturam ad stuprum induxit, nam & is pœna gladii plecti debet, 43

per l. 1. §. ult. ff. de extraordin. crimin. Bermond Choveron. de publ. concubinat. rubr. de stupro, n. 40. Petr. Caball. in cent. 1. resolut. crimin. cas. 20. n. 9. sub fin. vers. quod & ego admitto, & num. 10. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. n. 43. vers. ubi ampliat etiam, & n. 44.

Deindè procedunt, etiamsi puella minor duodecim annis sit viripotens, nihilominus enim quis eam per vim cognoscens pœna capitis puniendus venit, per ea, quæ in præced. conclus. *nu. 20. junct. supra hac conclus. n. 25.* dixi. 44

Licet contrarium statuere videatur *Salyc. in l. impunitas. C. de pœn. n. 1. suò fin.*

Deniq; procedunt, etiamsi puella nondum viripotens sit serva, vel ancilla, vel alias vilis & humilioris conditionis, 45

Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 294. nu. 13. ibi, quintus est casus. Farinac. in suâ pract. part. 4. tit. 16. quæst. 145. n. 51. sub fin. & quæst. 147. n. 70. in med.

Restringuntur tamen, si sponsus vel maritus sponsam vel uxorem impuberem, & nondum viripotentem, etiam per vim, cognoscat, tunc ille non pœnæ gladii subjicitur, sed de stupro saltem tenetur, *Azo. in summ. C. de secund. nupt. Iacob Men. lib. 2. arbit. judic. quæst. cent. 3. cas. 294. n. 5. Matt. de Afflict. in constit. regni. lib. 1. rubr. 19. de raptu & violentia monialib. illat. in constit. si quis rapere. num. 16. vers. septimo quaero. Petr. Caball. in resolut. crimin. cas. 20. n. 3. & n. seq. cent. 1. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. § stuprum. nu. 46. & n. seq. quibus addatur Prosper. Farinac. decis. crimin. 72. & n. 1. & seqq. per tot. lib. 1.* 46

Deindè restringuntur, si uterque est impubes, tunc enim si masculus impubes cognoscit puellam immaturam, prædicta pœna gladii etiam cessabit, *per text. expr. in l. 1. vers. quod meritò credere mus, ubi gl. in verb. non ita vers. item nota. x. de delict. puer. l. 1. §. impubes. 32. ff. ad SC. Syllan. l. impunitas. 4. C. de pœn.* 47

Observandum autem est, quod in dubio puella nondum viripotens & immatura per vim cognita præsumatur, & ideo stuprator pœna gladii plectendus, nisi clare contrarium probet, 48

Ægid. Boss. in sua pract. crimin. tit. de coitu damn. & punibil. n. 68. post pr. Petr. Caball. resolut. crimin. cas. 20. n. 9. vers. sed si non sit doli capax. & vers. seq. cent. 1. Farin. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 16. quæst. 147. n. 45. Card. Tusch. tom. 7. pract. conclus. lit. S. vel stuprum. conclus. 710. nu. 4.

Nisi puella sit doli capax, tunc vis non præsumitur adhibita, nisi à puella probetur.

Ægid. Boss. d. tit. de coitu damn. & punib. n. 68. in pr. Petr. Caball. d. cas. 20. n. 9. vers. & sic ubi virgo est doli. & seq. Farinac. d. quæst. 147. n. 45. post princ.

XLIII.

De furtis & eorum pœnis.

SUMMARIA.

1. *Furtum omnium criminum est generalissimum, & omnibus gentibus familiare.*
2. *Furtum quomodo punitur, si civiliter ad pœnam pecuniariam agitur 3.*
4. *Furtum quomodo punitur, si criminaliter. agitur. n.5.6.7.8.10.11.12.13.14.15.16.17.*
9. *Explicatur. l. cum servus. 15 ff. de condict. causa data.*
18. *Propter furtum unum, & primum, sed magnum, an quis suspendi possit. nn.19.22.23. 24 25.34.35.36.41.42. ubi ampliationes & limitationes.*
20. *Statuta pœnam suspendii inducentia magis frequentiam, & consuetudinem furandi, quàm magnitudinem rei subtractæ considerant.*
21. *In criminalibus, si extant variæ DD. opiniones, mitior debet prævalere.*
26. *Furtum magnum hoc in casu quod. n.27.28. 29. 43.44.45.46.47.48.49.*
30. *Solidus quantum valet hoc in casu.32.*
31. *Quot solidi faciunt libram auri.*
33. *Cujus temporis valor solidi ad pœnam laquei imponendam hic consideratur.*
37. *Fœminæ an possunt suspendi. n.38.*
39. *Senes an possunt suspendi. n.40.*
50. *Pro uno furto magno an pœna suspendii dictari possit. n.51.52.53.54.55.56.57.58.59. 60.61 & seqq. usq; ad n.78. ubi ampliationes & limitationes.*
79. *Pro duobus furtis modicis an quis possit suspendi. n.80.82.83.84.85.86.87.*
81. *Fur qui secundò furatur, dicitur fur consuetus, & famosus.*
88. *Pro tribus vel pluribus furtis, an quis suspendi possit. 89.90.91.92.93.94.95.96.97. 98.107.*
99. *Tria furta ut dicantur, requiritur, ut illa sint distinctis temporibus, & locis facta. 100.101.102,114.*
103. *An hæc duo, distinctis locis & temporibus, copulativè, an verò alternativè requirantur. n.105.106.*
104. *Dictio ET quando in alternativam resolvitur.*
108. *In numerum trium furtorum, an etiam præcedentia, pro quibus quis jam antea punitus est, referantur.*
109. *An etiam illa, pro quibus quis est absolutus.*
110. *An etiam illa, quæ præscriptione sunt sublata.*
111. *An etiam illa, quæ alibi sunt commissa. 112.*
113. *Si quis semel hereditatem expilavit, tamen rerum amotarum commisit, & furtum propriè sic dictum fecit, an hæc simul computentur in numerum furtorum ad pœnam laquei.*
115. *Si plures furtum simul fecerint, quomodo puniuntur. n.116.117.118.119.120 121 122. 123.124.126.127. ubi ampliationes & limitationes.*

Furtum esse omnium criminum generalissimum, & ubique gentium adeò familiare, ut vix ullum inter mortales reperiatur, aut frequentius, aut notius, eoq; non minus ad societatem humanam tuendam perniciosum, & detestabile, testatur 1

Iodoc. Damhoud. in suâ practic. crimin. c.110. incip. explicatis variis. n.1. & seq.

Ideoq; omni jure, etiam naturali, prohibitum est, *text. in l. probrum. 42. ff. de V.S. l.1. §. ult. ... de furt.*

Quâ pœnâ autem furtum puniatur, mu... inter se interpretes juris digladiantur. 2

Jure civili legimus, quod pœna furti manifesti, sit quadrupli, non manifesti, dupli.

text. ex pr. in §. pœna manifesti. 3. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. l.1. §. quod quidem. 3 sub fin. ff. de publ. & & vectigal. §. ex maleficiis. 18. vers. pœnam autem persequimur. inst. de action. l. inter omnes, 46. §. quod dicimus. 2. ff. de furt.

Quod verum est, si quis civiliter ad pœnam pecuniariam consequendam agit,

Jacob de Belloviss. in suâ pract. crimin. lib.1. c.10. incip. quid sit furtum, n.2. vers. si pecuniariâ, & n. seq.

Veluti etiam ita Scabini Lipsenses pronunciarunt, Haben die zweene / so gefenglich enthalten worden/ ꝛc. Wo nun N. seine Forderung gegen N. N. bürglich thun vnd vornehmen würde/ So seynd sie schuldig beyde sämptlich jhme solch verleugnet Geld vierfechtig zuerstatten / vnd wieder zu geben/ V.R.W.

Quamvis hodiè hanc pœnam dupli vel quadrupli non amplius esse in usu, sed tantùm pœnam corporalem, dicat *Barthol. Cepoll. in auth. sed novo. C. de serv. fugit. n.59*, quem sequitur *Iul. Clar. lib.5. sent. §. furtum, n.16. in pr.* 3

Criminaliter verò ad pœnam corporalem si agatur, major de pœna furti solet esse controversia; 4

Nonnulli enim sunt, qui olim furtum pro qualitate personarum in hunc modum puniri dicunt, si furtum simplex commissum fuisset à servo, quod is servus puniebatur fustigatione, virgis, loris, aut aliâ simili punitione corporali citra mortem, *l. in servorum, 10. ff. de pœnis.* Si verò à libero homine, tunc is, si erat nobilis, vel in dignitate constitutus, puniebatur tantùm pœnâ aliqua pecuniaria, *juxta text. in l. capitalium, 28. §. non omnes, 2. ff. de pœn.* Si verò erat ignobilis, & ab omni dignitate publica alienus, tunc is, si erat vitæ bonæ, & ex consuetudine talia mala non commiserat puniebatur mulcta pecuniaria, quam si solvere non pote-

poterat, vertebatur ea in pœnam corporalem, *arg. l. 1. §. generaliter. ff. de pœn. l. quicunq; 4. C. quod si servus ff. de serv. fugit.* Si vero erat contaminatæ vitæ, & alias similia mala perpetrare consuetus, tunc is puniebatur corporaliter, *per text. in l. capitalium. 28. §. majores. ult. ff. de pœn.*

Atq; ita de veteri jure obtinuisse, testatur

Iodoc. Damhoud. in sua practic. crimin. c. 110. incip. explicatu varia. num. 23. sub fin. vers. quandoquidem juxta jura cetera. n. 24. 25. 26. & n. 27.

5 Hodie vero de jure novo talem distinctionem non servari, sed omnes ex æquo de furto puniri,

per auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. Novell. ut nulli judicum liceat. 134. c. quia vero nos. 13. §. pro furto autem. & seq. tradit idem *Iodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. d. c. 110. n. 27. ibi, post hæc de jure novo. & seq.*

6 Quæ assertio mihi non placet, præterquam enim, quod in primo membro de jure veteri leges allegatæ loquantur tantum de publicis criminibus, *d. l. capitalium. 28. ff. de pœn.* & non de privatis, quale etiam est furtum; In prædictis legibus etiam ne verbulum quidem de furtis, & eorum pœnis habetur; & ut taceam, si hæc assertio vera esset, leges pro prima membri confirmatione adductæ, hodie in universum essent correctæ, quod tamen magnum foret inconveniens,

l. præcipimus 32. §. ult. in fin. C. de appellat.

Quoad posterius membrum negatur, hodie omnes fures ex æquo æquali pœna, nullâ habitâ personarum & dignitatum ratione, de furto puniri, ut *ex sequentibus* apparebit.

7 Quidam vero dicunt, quod & jure civili pro furto imponatur pœna mortis,

Iacob Cujac. lib. 9. observ. c. 37. incip. qui legunt. c. 3. in princ. vers. sequentia item quæ probavit. Petr. Heig. in §. pœna manifesti inst. de obligat. quæ ex delict. nascunt. nu. 6. Anton. Gomez. in §. ex maleficiis inst. de action. nu. 11. adducentes in hanc assertionem *textum in l. interdum. 56. §. qui furem. 1. ff. de furt.* ubi expresse dicitur, quod præter pœnam pecuniariam etiam periculum majoris pœnæ furibus immineat;

Deinde, *textum in l. ult. ff. de furt.* ubi claris verbis statuitur, quod hodie furti plerumq; criminaliter agatur;

Tertiò *textum in l. cum servus. 15. post princ. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* ubi etiam refertur, quod servus, qui furti arguebatur, summo supplicio fuerit affectus.

Quartò *textum in l. capitalium. 28. §. famosos. 15. ff. de pœn.* ubi famosi latrones furca suspenduntur;

Quintò adducunt rationem, quia furem nocturnum occidere possum, *l. furem 9. ff. ad l. Cornel. de sicar.*

Si mihi furem occidere licet, utiq; etiam magistratui, cum privatus non debeat majorem habere potestatem, quam magistratus, *arg. l. nemo potest. 70. ff. de R. I. l. solent. 6. ff. de offic. proconsul.*

8 Nec hæc opinio firmis nititur fundamentis; Quia *in l. interdum. 56. §. 1. ff. de furt.* nihil de pœna mortis exprimitur; In *l. ult. ff. eod.* dicitur quidem, quod furti plerumque criminaliter agatur, sed inde statim non sequitur, quod pœna mortis sit infligenda, quoniam etiam alia pœna imponi potest, etiamsi vel maxime criminaliter agatur, *l. capitalium. 28. & ubiq; ff. de pœn.* quinimò contrarium potius *ex d. l. ult. in verb. extraordinariâ animadversione. ff. de furt.* colligitur, quod pro furto non pœna mortis, sed alia extraordinaria imponi debeat.

Ad textum *in l. cum servus 15. ff. de condict. caus. datâ.* tertio loco adductum, variæ extant DD. opinio- 9
nes, communiter tamen interpretes in eo residenr, quod ibi vel de facto mors servi processerit, vel speciale sit propter vilitatem personæ servi, *Iason. in §. ex maleficiis. inst. de action. & in d. l. cum servus. 15. ff. de condict. ob causam. n. 1. & 3. vers. primo an præfectus. Angel. Aretin. tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem fœderatam. n. 17. vers. nisi uno casu. & seq.* quos tamen refutat *Anton. Gomez. in §. ex maleficiis instit. de action. n. 5. vers. quia audi. & seq.*

Ego vero dico, quod *in d. l. cum servus. 15.* ex parte præfecti vigilum nullum factum, nullus error, & injustitia processit, sed is servum, si relata ab Attio vera fuissent, justè & meritò summo supplicio affecisset; ex parte autem Attii valdè fuit peccatum, siquidem is religionem præfecti vigilum astutè circumvenit, calumniosè prætendendo, servum suum proprium esse, & in facinore, quod de nocte tumultûs excitandi gratia perpetravit, deprehensum; alias enim si Attius vera retulisset, servum non esse suum, sed alterius, & non in facinore aliquo publico, sed in simplici furto deprehensum, longè aliam sententiam præfectus vigilum tulisset.

Textus verò *ex l. capitalium. 28. §. 15. ff. de pœn.* quarto loco adductus, loquitur saltem de publicis latronibus; In quinta demq; ratione committitur fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter: Furem nocturnum enim non simpliciter occidere licet, sed aliis etiam requisitis adhibitis, *juxta text. in l. 4. §. lex. 1. ff. ad l. Aquil.*

Denique non sequitur, furem nocturnum occidere permittitur; Ergo omnes fures debent supplicio mortis affici; Plus enim est in conclusione, quam in præmissis, & à particulari, nempe a fure nocturno, ad universale, nempe ad omnes fures non valet consequentia, *per vulgaria.*

Alii dicunt, quod de jure civili nulla pœna 10
mortis in fures sit constituta, nisi in servos, propter eorum vilitatem,

per text. in l. cum servus. 15. ff. de condict. caus. dat. caus. non sec.

In publicos latrones *per text. in l. capitalium, 28. §. famosos, 15. ff. de pœn.*

In grassatores, *per text. in d. l. capitalium. 28. §. grassatores, 10. ff. eod.*

Et fractores pacis publicæ, *per text. in c. un. § si quis quinq; tit. de pac. tenend. & eius violat.*

Et ita tradit *Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem fœderatam. nu. 12. ibi, & nota bene. pag. 380. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum, num. 7. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. § 5. verb. pro prima vice punietur. n. 1. ibi, quæro quomodo, num. 2. & seqq. Anton. Gomez. in d. §. ex maleficiis inst. de action. num. 1. ibi, nota secundò, nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & n. 10. Iason. in d. l. cum servus. 15. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut. nu. 5. ibi, an poterit pro furto. Matth. Coler. decis. 144. incip. pro furto, nu. 1. & seqq. part. 1. Alex. consil. 110. incip. stante statuto, n. 6. ibi, videretur etiam quod nec de jure communi, & n. seq. vol. 4. Ludov. à Peyrer. decis. 27. incip. jure cautum est nu. 1. & seqq. lib. 1.*

11 Hæc opinio in eo, quod limitatio ex *d.l.cum servus.15.* in servis addatur, non placet, per ea, quæ paulò ante dixi: in reliquis per omnia arridet, & in jure tam antiquo, quam novo optime est fundata, ita ut pœna extraordinaria pro arbitrio judicis furibus imponatur; quod probatur *per l.interdum.56.§.qui furem.1.ff.de furt.* ubi expressè dicitur, quod fur etiam alia graviore pœna puniri, & condemnari possit; Clarius hoc probatur *in l.ult.ff. de furt.* ubi furti plerumque criminaliter ad animadversionem extraordinariam infligendam agitur; Omnium verò expressissimè hoc probatur *in Novell. ut nulli judic. liceat habere.c.134.c.qui a vero nov.13.§.pro furto. & seq. auth. sed novo jure. C. de serv. fugit.* ubi verbis disertis statuitur, quod pro furto nemini membrum abscindi, aut quis mori, sed tantum castigari debeat, violentis aggressoribus, & latronibus exceptis, qui pœnis legalibus, puta *in d.l. capitalium.28. § grassatores.10.& §.famosos.16.ff de pœn.* debent subdi. Ecce hæc jura tam clara sunt, ut nihil clarius dici & effingi posset, per quæ non novum jus, ut nonnulli falsò autumant, inducitur, sed priora jura potiùs repetuntur, & confirmantur.

12 Quicquid de jure scripto sit, hodie ubique locorum pœna suspendii in usu servatur, & fures furcâ suspenduntur, per constitutionem Friderici *in c.1.§.si quis quinq; solidos.5.tit. de pace tenend. & eius violat.* ubi manifestò dicitur, si quis quinq; solidos valens, aut plus, fuerit furatus, quod laqueo suspendatur; Et quamvis communiter DD. hanc constitutionem Friderici non de simplici furto, sed ubi furtum simul cum violatione pacis conjunctum est, accipiant,

Jodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin.c.110.num.41. vers. verum hoc intelligas oportet. Jacob de Bellovis. in sua pract. crim.lib.1.c.10. n.51.ibi, aut cadit in titulum. Angel.Aretin.tract. malefic.verb.etiam vestem cœlestem. n.12.vers.& uno alio casu. Alvarot. in c.1.§.si quis quinque.5.tit.de pace tenend. nu.1.ante med.vers.& pro tanto solvunt alii. Ludov. à Pegver. decis.27. incip.jure cautum est.n.4. Jul.Clar.lib.5.sent.§. furtum.nu.7.vers.& licet. Anton. Gomez.in §.ex maleficiis. inst.de action.n.3. & seq. junct.nu.6.vers. tamen prædictis non obstantibus, & seq. Jacob Menoch. lib.2. arbitr.judic.quæst.centur.2. cas.295.n.13. ibi, declaratur secundo.

13 Eamq; in simplicibus furibus de consuetudine non servari testetur

Bl.in d.c.1.§.si quis quinq;.5.tit.de pace tenend.n.1.& in auth.sed novo jure. C. de serv.fugit. n.5.vers.sed videtur etiam. Barthol.Capoll.eod.num.8.& n.71. Alvarot.in d.c.1 § si quis quinq;.5. tit.de pace tenend. n.1 ante med. vers.sed cum ista decisio. & vers.seq. Prapos.eod.nu 3 pr. vers.nam dicunt quidam.& vers seq.Gandin.de malefic. tit.de furib.n.10. Anna in c. ex literis (ubi dicit, quod hoc omnes sequantur) x.de furt. n.9.post princ. August.Bonfiancisc.in addit. ad Angel. de malefic. verb.etiam vestem cœlestem.n.12.vers.sed dicit quod hodiè.Matth. Coler.decis.144.num 3.vers.tamen iste part.1.Ludov.à Pegver. d. decis. 27.nu.4. vers.verum tamen est.Jul.Clar.d.§ furtum. nu.7. vers. & in omnem casum.Menoch.d.cas.295. n.13.vers.eo tamen loci.

14 Hæc tamen solummodò quoad quantitatem furti procedunt, ita, ut propter quinque solidos quis ex constitutione Friderici suspendi non possit, furcis tamen est quoad ipsum [illegible] Fures enim hodie de consuetudine [illegible] tium suspendi, experientia testatur,

Jul.Clar.lib.5.sent.§ furtum. nu.[illegible] (ubi [illegible]) [illegible] & vers.seq. [illegible] b 10 [illegible] consuetudine [illegible] lesi in [illegible] de action. nu. [illegible] (ubi [illegible] quod [illegible] suspendantur, [illegible]) in [illegible] inst. [illegible] quæ ex delict. [illegible] num.7. & seqq. usque ad num.9. [illegible] (ubi etiam rationes pro hac pœna affert, eamq; à judicibus non esse in aliam mutandam dicit) lib.[illegible] c.37.incip. non apud.num.5.& seqq. & in comm. (ubi generalem consuetudinem totius Germaniæ ita servare testatur,) ad constit. Saxon.part.4. constit.32.nu.[illegible] sub fin. Jodoc.Damhoud.in sua pract.crimin.c.110.num.[illegible] & seq. Jacob de Bellovis.in sua practic.lib.1.c.10.num.[illegible] & seq. Angel.de malefic. verb. etiam vestem cœlestem.[illegible] sub fin.pag.310.

15 Quæ consuetudo universalis, præter [illegible] consuetudinem Friderici, fundatur etiam in sacris literis, *Ecclesiast. c.20. vers.2[illegible] sub fin. Genes.[illegible] vers.22. Josua.c.7.vers.24 & seq.* & hodie ab Imperatore invictissimo Carolo V. est confirmata, [illegible] constitutionibus criminalibus, *art.159.16[illegible] seqq.Roman.in addit.ad Fachs. differ 58. nu.6.[illegible] vero, & ad Zobel part.4.differ.36.n.6. Ioann.[illegible] §.pœna manifesti.5. instit. de obligat. quæ ex delict.[illegible] vers.quam ex recentiore.& seq.* & jam dudum in jure Saxonico est approbata, Land R. *lib.2.art.[illegible] princ. & art.39. in princ.* ubi dicitur, den Dieb sol man hengen/ *Daniel Moller in comm. ad constit. Saxon. part.2.constit.32.n.6. Matth.Coler. decis.144.n.9.& [illegible] part.1. Zobel. differ.35. incip. jure Saxonico.nu.1. & differ.36.num.1.part.4 Reinhard.part.6.differ.10.in princ. Wesenb.in comm.ff.de furt. num.15.vers.tamen eo jure [illegible] bis in terris.*

16 Quod tamen non indistinctè ita est accipiendum, quasi pro quolibet furto quis possit suspendi, sed variæ qualitates personarum, circumstantiæ locorum, & quantitates rerum furto [illegible]ctarum pro arbitrio boni judicis sunt considerandæ.

Iacob Menoch. de arbitr. judic. quæst.lib.2.cent.3.cas. 265.n.7.& seq.

17 Ideoque ut judex suum arbitrium intra certos cancellos contineat, nec pro lubitu evagetur, cum hoc in casu non de glande legendâ, nec de oleo, vino, aut tritico legato, sed de hominis vita, & existimatione agatur, subsequentes casus sunt observandi.

18 Primus, si agitur de furto aliquo magno & enormi, [illegible] de jure civili [illegible] DD. est concertatio, [illegible] furto magno & enormi, si unum & primum [illegible] quis suspendi possit?

19 Negativè [illegible] concludit, *Salyc. in auth. sed novo jure.C.de serv. [illegible] de Castr. eod.num.5.vers.dicit etiam. Iason. in [illegible] ff. de condict.caus.dat.caus.non sec.nu.[illegible] 8. vers.ego teneo contra.& seq. & in l.1.C. de precib. Imper.offer.num.7.in princ.& vers. tene contrarium. & seq. Angel. de Ubald.inter consil.criminal.diversor.consil.71.num.21.lib.2. Barthol.Capoll.in d. auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. num.76. Roland. à Valle consil.51. incip.judicantem oportet. numer.[illegible]*

ulte-

ulterius etiam dico & nu.seq usq; ad fin.vol.1. Anton.Gomez.in §. ex malefic. instit. de action.num.13.vers.sed tamen contra. & seq. Caccialup. in d.l. cum servus.15. (ubi refert, quod viderit furem de mille & ducentis florenis pro prima vice evasisse pœnam mortis) ff.de condict. caus. data caus.non sec.Francisc. Marc.decis.6.incip.an pro uno magno.nu.2.& seqq.part.2.Iul. Clar.(ubi hanc communem vocat, contrariamq; Baldi opinionem in practicâ non servari dicit) lib.5.sent.§.furtum. n.9.vers.sed certè contra. & seq.Matth.Coler.decis.144.num.4.vers.quod locum habet.Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin.c.110. num.31.Prosper. Farinac.in suâ pract. crimin.lib.1.tit.3. quæst.23.nu.3. ibi, & facit in simili. August.Bonfrancisc. in addit.ad Angel.de malefic.verb. etiam vestem cœlestem n.13.vers.tu tamen in hac materiâ. & seq. Ioan.Harppr. in §.pœna manifesti.5.(ubi in fin.n.56. collegium Tubingense hanc opinionem semper secutum esse testatur) instit. de obligat.quæ ex delict.nascunt. nu.51.ibi,ardua hic. & nu. seqq.

20 Pro quorum assertione facit, quod statuta, pœnam suspendii pro furtis inducentia, magis reiterationem, frequentiam, & consuetudinem furandi, quàm magnitudinem rei subtractæ, considerant,

text.in c fur.4. in princ.caus.14. quæst. ult. Paul.de Castr.in d.auth.sed novo iure. C.de serv.fugit.nu.6.in fin. Iason.in d.l.cum servus. 15.ff. de condict.caus.data.nu.8. vers. quia leges & statuta. Roland. à Valle d. consil.51. n.45.vol.1.

21 Deindè, quia incriminalibus, quando reperiuntur variæ DD.opiniones,mitior debet prævalere,l.interpretatione.42.l.sanctio legum.41.ff.de pœn. Roland.à Valle d. consil.51.nu.44.vol.1.Iason.in d.l.1.C. de precib. Imper. offer. nu.7.in fin.vers.quia in criminalibus.

22 Econtra verò affirmativè concludunt, & furem pro uno magno furto, etiamsi aliàs ex statuto, vel lege municipali non nisi propter tria furta pœna suspendii imponi solet, suspendi posse, tradunt

Bl.in d. auth.sed novo jure. C. de serv. fugit.n.5.vers. ego dico, quod pro uno furto,& seq.quem sequitur Angel. Aretin. (ubi ita se Perusii semel practicasse dicit) tract.de malefic.verb. etiam vestem cœlestem.nu.13.vers nisi furtum sit magnum.& seq. Chassan.ad consuetud.Burgund. rubr.1.§.5. verb.pro primâ vice punietur.num.12.vers. sextò limita prædictam.& n.seq fol.190. Iacob Menoch. lib.2.arbit.judic.quæst.cent.2.cas.295. (ubi magis communem dicit) num.9. ibi, declaratur primò. Joann. Bajard.in addit.ad Jul.Clar.lib.5.sent.§.furtum. nu.42.& seqq. Ludov. à Pegver. (ubi ita in principatu Catholoniæ pluries, inprimis verò 14. Julii, Anno 1582. servatum fuisse testatur) decis.27. nu.6.ibi. quartus denique casus est. nu.7.& seqq.usq; ad fin.lib.1.Daniel Moller.in comm.ad constit. Saxon. part.4.constit.32 n.8. vers.quamvis etiam Didac. Covarr. (ubi plures rationes affert) lib.2.var.resolut.c.8.nu.7. vers sic sanè quibusdam visum est. & seq. Joann.Aloys.Riccius.part.2.collect. decis.241.vers.secundo limita. Panorm. in c. inter alia. x. de immun. Eccles. num.31.Iacob de Bellovis. in suâ pract. crimin.lib.1.c.10. n.15.vers.si semel commisit.junct. n 21.ibi,si est magnum. & seq.Guid.Papæ decis.589. incip.quæritur utrum.nu.1. & seq.

Moventur per text. in l.si is qui tres. 31. §. ult.ff.de excus.tut. ubi una magna tutela habetur pro tribus;

Deinde quia propter enormitatem delicti permissum est leges transgredi,

Innocent.in c.1.x. de constit. Bl.in d.auth.sed novo jure.C.de serv.fugit.n.5.vers.& quia propter.& seq.Alvarott.in c.1.§.si quis quinq.tit. de pace tenend.n.1.post pr. vers. & dicit, Præpos. eod.n.2.sub fin. vers.nam propter excessum.& n.3.&ex majoritate delicti major pœna sequi debet, ut notatur per gloss.in §. item lex. Iulia in princ. instit.de publ.judic. Iacob de Bellovis.in suâ practic. crimin. lib. 1. d.c.10. num.22. vers.nam ex majoritate.& seq.

Facit etiam textus in l. 1. §. sed & qui. 2.ff.de abigeis, ubi verbis disertis statuitur, quod is gravius puniatur, qui majora pecora abducit, quàm qui minora; Et est regula generalis, quod is duriùs plectatur, qui magnas res aufert, quàm qui parvas, text.eleg. in l. Pædius.4. §. Divus.1.sub fin.ff de incend. ruin.naufrag.

Et hanc posteriorem opinionem etiam amplexus est Imperator Carolus V. in constitutionibus criminalibus, art. 160. ibi, so aber der erste Diebstal groß. & seq.per tot. 23

Quam etiam In foro Saxonico jamdudum receptam, VVesenb.in comm. ff. de furt.nu.15.post princ. vers.ex benignâ tamen interpretatione & vers.seq. approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis. part.4.constit.32.§.1.vers.Da es gleich kein erster Diebstall ist.ubi in comm.Daniel Moller.nu.8.sub fin.vers. apud nos tamen. 24

Quamvis Scabinis Jenensibus contrarium placuisse, & 17. Augusti Anno 1575. tantùm fustigationem & relegationem cuidam furi pro primâ vice ad consultationem Senatus Mülhusiani dictasse testatur, & sequitur 25

Matth. Coler. decis.144. n.4.vers.quod locum habet. & vers.seq.& n.20.part.1.

Quod sit hoc in casu magnum furtum, in foro communi relinquitur arbitrio judicis, 26

Iacob de Bellovis.in sua pract. crimin.lib.1.c.10.n.14. ibi, & dicitur furtum magnum. Ludov. à Pegver. decis. 27.nu. 7. ibi, quando autem dicatur. & seq. part.1.Iacob Menoch.lib. 2. arbitr.judic. quæst.cent.2.cas.295.nu.10. ibi,quando autem dubitatur. Chassan. ad consuetud.Burgund.rubr.1.§.5.verb.pro primâ vice.n.15.fol.191.

In Saxoniâ verò illud dicitur furtum magnum & enorme, quod valorem quinq; solidorum excedit, 27

Novell. Elector. August. part.4. d. constit.33. §. 1.ibi, Wenn einer vber fünff. ubi in comm. Daniel Moller. n.9.ibi, pro magno autem furto.& seq.Gloss.lat.ad text. germ.LandR.lib.2.art 13. lit.H sub fin. vers intelligendum est hoc. & art.39. lit. A. vers. est ergo hujus statuti. & seq.

Quemadmodum etiam hodiè idem in Germaniâ per Carolum V. Imperatorem est sancitum, in eius constitutionibus criminalibus, art. 160.post princ. vers. Vnd fünff Gülden / & seq. 28

Et quamvis Imperator in d.art. 160.simpliciter tantùm dicit von fünff Gülden / aurei tamen illi non de usualibus, sed etiam de solidis sunt accipiendi, Dan. Moller.lib.1.semestr.c.37. incip.non apud. nu.3.vers.quamvis constitutio. & seq. propterea, quod constitutio Carolina, tanquam renovatoria, sit interpretanda, & supplenda ex constitutione Friderici tit. de pace.tenend.§.si quis quinq;.5. 29

ubi non simpliciter de aureis, sed de solidis dicitur.

30 Solidus autem hic accipitur pro aureo ungarico optimo, vor einen besten Ungerischen Gülden/ *Novell. Elector. Augusti, part. 4. d. constit. 32. §. 1. vers.* der besten Ungerischen Gülden. *ubi Daniel Moller. nu. 9. post princ. Pet. Heig. in §. pœna manifesti. 5. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. n. 12. Joann. Schneid ad § aliæ. 2. inst. de donat. n. 25. & in §. ult. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. n. 7. vers. & accipitur. VVesenb. in comm. ff. de furt. n. 15. post pr. vers. seu ut interpretamur. & seq.*

31 Quorum septuaginta duo faciunt libram auri,

per text. in l. quotiescunq. 5. C. de suscepto. præposit. & arcar. ubi gloss. in verb. auri. & gloss. in §. nos autem. inst. de Attil. tutor. verb. solidos. & in §. ult. inst. de pœna temer. litig. verb. solidorum. sub fin. vers. item nota. & in l. ult. ff. de in jus. voc. verb. aureos. post pr. & in Novell. de defens. civit. 15. c. 3. §. & judicare. 2. verb. ad trecentos vers. cum septuaginta. Nicol. Boër. decis. 327. incip. hæc quæstio. nu. 2. Andr. Gail. lib. 2. obser. 39. incip. ultra quingentos. nu. 2. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 50. obser. 11. incip. solidus & aureus. nu. 1. & seq. Felin. in c. conquerente. 16. x. de offic. & potest. judic. ordin. n. un. in med. vers. intelliguntur de solidis. Guid. Pap. decis. 492. incip. utrum appellatione. nu. 2. Paul. de Castro. in l. in duobus. 3. C. commun. de legat. nu. 3. vers. vel dic quod lex. Jason. in l. 2. §. ex his. ff. de V. O. nu. 16. vers. item scias. Jodoc. Damhoud. in suâ practic. crimin. c. 110. num. 41. vers. nam in talibus furtis. Alex. consil. 4. nu. 9. sub fin. vers. circa hoc intelligitur. & seq. vol. 1. Didac. Covarr. de veter. numism. c. 3. incip. aureus nummus. nu. 3. sub fin. Præposit. in c. 1. § si quis quinq. 5. tit. de pace tenend. nu. 1. vers. quoniam solidus. Matth. de Afflict. eod. n. 2.

32 Singulusq; hodierno tempore ex communi & usitato usu duobus & dimidio florenis, vel quinquaginta grossis constat; ita ut hodiè quinq; illi solidi faciant duodecim florenos & dimidium usitatos.

Quamvis olim Scabinos Lipsenses singulum solidum quadraginta grossis æstimasse testatur, ut sic quinque illi Ungarici efficiant decem Sexagenas antiquas, zehen alte Schock/ vel octo thaleros cum octo grossis, teste

Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 32. nu. 9. vers. quorum singuli. & num. 10. & lib. 1. semestr. c. 37. incip. non apud ICtos. n. 3 ibi, cæterum ubi agitur. & n. seq.

33 Si autem valor aureorum Ungaricorum variatur, & alius est eo tempore, quò fur capitur, & deprehenditur, quàm fuit eo tempore, ubi furtum factum est, tunc inspicitur tempus commissi furti, sive valor auctus, sive mutatus fuerit,

Paul. de Castr. in l. si duobus. 3. C. commun. de legat. n. 3. vers. unde si lex. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 50. observ. 11. n. 6. ibi, si autem lex. & seq.

34 Et hæc assertio procedit, etiamsi furtum simpliciter sine effractione fuerit commissum, nihilominùs enim fur pro eo, si magnum est, & quinque solidos excedit, suspendi debet,

Novell. Elector. Augusti, part. 4. constit. 32. §. 2. ibi, und sol in diesem fall kein unterscheid. *ubi in comm. Daniel Moller. n. 10. vers. nec iste casu.*

36 Quemadmodum etiam hoc in casu discrimen illud inter furtum nocturnum & diurnum non observatur, sed fur pro furto etiam diurno laqueo suspenditur,

Daniel Moller. lib. 1. semestr. c. 37. incip. non [illegible] 4. sub fin. vers. nec observatur. & seq. Francisc. Roman. in addit. ad Sachs. differ. 58. n. 7. vers. non habita d[illegible]

Non obstante, quod d[illegible] fure diurno aliud [illegible]tuat, & eum saltem gladio puniendum v[illegible]

Gloss. ordin. Landr. *lib. 2. art. 39. per ill[illegible] in tex[illegible] n. 2. sub fin. vers.* Wer es aber am Tage nimp[illegible] *[illegible]bard. part. 5. differ. 25. sub fin. vers.* stielt ers aber [illegible] Tages.

Item non attenditur, an furtum sit ma[illegible]festum, an verò nec manifestum, 36

Ioann. Harpprecht. in §. pœna manif. sti. 5. instit. de obligat. quæ ex delict. nascunt. nu. 6. post princ. vers. non solum manifestum. & vers. seq.

Fœminæ etiam in his terris rectè suspenduntur, 37

Francisc. Roman. in addit. ad Sachs. differ. 58. n. 7. post princ. vers. an masculus an fœmina. Zobel. part. 4. differ. 36. num. 2. sub fin. vers. consuetudo in hac patria. Matth. Coler. (ubi consuetudine ita in provinciis Saxonicis servari testatur) decis. 144. nn. 4 ibi, licet autem pœna n. 22. & n. 23. part. 2. Schneid. ad §. ult. inst. de obligat. quæ ex delicto nascunt. n. 7. vers. præterea.

veluti multas fœminas, non solùm in hàc Lipsi[illegible], sed etiam in aliis civitatibus, & locis suspe[illegible] fuisse scio;

Idem tradunt interpretes juris commun[illegible], & fœminam laqueo posse suspendi, concludunt

Bl. consil. 247. incip. ad evidentiam. n. 1. & seq. per tot. vol. 5. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. libr. 5. sent. §. furtum. n. 49. sub fin.

Quamvis contrarium velit *Barthol. Cæpoll. cons. 36. nu. 7. & seqq. per tot. Alex. consil. 135. incip. circa primum dubium. n. 9. sub fin. vers. præterea etiamsi essemus. n. 4. & n. 5. vol. 1. Zobel. part. 4. differ. 36. n. 1. vers. quod secus est. & n. seq. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. si aliquis. nu. 1. ibi, pone quod mulier. & nu. seq. fol. 179.* 38

Prout etiam senes à pœna laquei non sunt exempti, 39

Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 116. n. 35. vers. & senes. & num. seq. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 60. n. 6. vers. quam tamen ego nunquam.

Licet contrarium statuat *Cæpoll. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. n. 58. & n. ult. & caut. 2. n. 14. quem sequitur Iacob Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 329. n. 19. vers. sic in pœna furti. & seq.* 40

Declarationes tamen etiam nonnullas in hoc primo casu, ita, ut fur propter furtum etiam magnum non suspendatur, sed vel omninò liberetur, vel alia mitiori pœnâ puniatur, Augustus Elector Saxoniæ admittit 41

in suis Novell. part. 4. constit. 32 §. 2. vers Jedoch sol gleichwol/ *ubi in comm. Daniel Moller. n. 11. ibi, examinatibus tamen. & seq.*

Qui autem sunt illi casus, ubi vel omninò nulla pœna, vel alia mitior pro furto imponatur, infrà. *concl. seq.* latiùs dicetur. 42

Notandum autem est, quod hoc in casu furtum non solùm ratione quantitatis, sed etiam ratione qualitatis, loci, & alterius circumstantiæ, magnum & enorme dici, & pœnâ laquei puniri possit, etiamsi per se, ratione quantitatis, omninò sit parvum, & modicum, 43

Hippol. de Marsil. in l. quæstionis modum. ff. de quæstion.

stion. nu. 43. Francisc. Marc. decis. 6. incip. an pro uno magno n. 4. vers. quia debet attendi part. 2.

Quapropter si quis rustico, vel alii tenui & inopi homini porcellum furatur, furtum magnum censetur, etiamsi porcellus ille non sit magni valoris,

Gloss. in l. illicitas. §. ne tenuis. verb. lumine vers. nam si etiam. ff. de offic. præsid. Iacob. Menoch. libr. 2. arbitr. iudic. quæst. cent. 2. cas. 295. numer. 11. in fin. vers. assero & ego. & nu. 12. & ob id meritò suspendi potest, *2. Reg. cap. 12. vers. 2. 3. 4. & seq.* quod habet etiam rationem, quia inter alios casus, ubi pœna furti magni, & enormis mitigatur, ab Imperatore Carolo V. in constitutionibus criminalibus *art. 160. vers.* vnnd wie schedlich dem Beschedigten. (quem sequitur Augustus Elector Saxoniæ, *in suis Novell. part. 4. constit. 32. §. 2. vers.* vnd deren eins theils in der peinlichen/) etiam refertur, ut consideretur qualitas illius, cui furtum fit, ita, si is est opulentus, & ex furto, etiam quinque solidos excedente, damnum nullum patitur, pœna suspendii non habeat locum; Ergò è contrario, si is, cui furtum fit, sit egenus, tenuis & inops, pœna meritò exasperatur, & pro furto, etiam modico & parvo, pœna laquei imponitur.

45 Eôdem modò si Doctori Codex, in quo multùm vigilavit, & plura addidit, aufertur, hoc etiam pro magno furto habetur.

Angel. in l. 1. col. ult. vers. & quod dicitur. quem sequitur Menoch. lib. 2. arbitr. judic. judic. quæst. cent. 3. cas. 295. n. 11. ibi, affert exemplum.

46 Similiter furtum dicitur enorme, & pœnâ furcæ dignum, quando est valdè scandalosum, licet per se sit modicum,

Iason. in l. cum servus. 15. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut. num. 8. ibi. & adde quod furtum. Ægid. Bossius in sua pract. crimin. tit. de furtis. n. 60. ibi, dicitur tamen furtum.

47 Unde quidam volunt, si furtum noctu committatur, quod etiam pro magno habeatur, & morte plectitur, etiamsi per se sit modicum, & tres solidos non excedat,

Christoph. Zobell. (ubi ita in practicâ servari testatur) in gloss. lat. ad text. germ Landr. *lib. 2. art. 28. lit. C. vers. & nota ita servari, & cui addatur Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. pro prima vice. n. 8. Ioan. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent §. furtum. n. 45. & seq.*

48 Quam tamen illationem, de fure nocturno, non approbat, sed potius contrarium in praxi servatum fuisse testatur

Matth. Coler. decis. 144. n. 10. in princ. junct. vers. sed cum veniâ. & seq. (ubi hoc in practica bene notandum dicit) n. 11. 12. 13. & n. seqq. part. 1.

49 Denique furtum dicitur magnum, si in aliquo loco insigni, & privilegiato, puta in palatio Principis, templo, & simili sit commissum, quemadmodum quendam, qui crumenam cum 60. solidis tantùm inciderat in Camerâ Parlamenti, 22. Januar. Anno. 1549. per Parlamentum Parisiense ad furcam fuisse condemnatum, testatur

Papo. lib. 23. tit. 6. arrest. 1. quem refert & sequitur Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. nu. 8. sub fin. vers. posses etiam esse locus.

50 Secundus casus, si quis unicum furtum, & quidem parvum & modicum commisit, tunc videtur dicendum, quod etiam sit suspendendus, *arg. §. gallinarum. inst. de R. D. & A. R. D. l. naturalem. 9. §. gallinarum ff. de A. R. D.* quoniam nullum est discrimen inter furtum magnum, & inter furtum parvum seu modicum, *text. elegans in c. ult. sub fin. caus. 14. quæst. ult.* & quia fur magis est is, qui modicum furatur, quàm qui magnum, quoniam is, qui magna diripit, minima fortasse contemnet, qui verò parva non despicit, nec majora despiciet,

Jodoc. Damboud. in suâ practic. crimin. cap. 110. nu. 60. ibi, utrum fur magn. n. q. ad fin. Ioann. Bajard. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. num. 88. sub fin. Andr. Tiraq. de legib. connubial. l. 2. nu. 12. sub fin. vers. ita & cupidum & seq.

Et ita in specie concludere videntur, *Claud. Bertazol. in addit. ad Patr. Barthol. Bertaz. consil. 198. lit. A. in med. vers. contrariam sententiam & seq. Andr. Tiraq. de judic. in rebus minim. exig. sub fin. col. 26. vers. decimò lex est, fol. mihi. 116. Petr. Gerard. de Petra Sanctâ. singul. 19. incip. quod furtum. num. 1. & seqq. per tot.*

His tamen & similibus non attentis, contrariam sententiam rectiùs amplectuntur, & pro uno modico furto pœnam laquei non posse imponi, sed aliam minorem, puta fustigationem, vel relegationem, vel aliam pecuniariam, defendunt, 51

Damboud. in sua pract. crimin. cap. 110. numer. 18. post princip. & seq. & num. 35 post princip. & numer. seq. Iacob. de Bellovis. in sua practic crimin. cap. 10. nu. 15. vers. si semel commisit, junct. num. 22. vers. si autem sit modicum, & vers. si non intrando violenter. & vers. seq. Angel. tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem. num. 13. post princip. vers. tamen singulariter dixit. & seq. Matth. Coler. decis. 144. num. 4. part. 1. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. num. 7. & numer. 23. (ubi dicit pœnam mitigandam esse) ibi, pariter etiam posset. in princip. & sub fin. vers. licet soleat. Ioann. Bajard. in addit. eod. num. 88. post princip. & num. 96. Barthol. Bertaz. consil. 198. incip. Hieronymum Buzzolium. nu. 1. ante med. vers. nec unquam & seq. vol. 1. Hippol. de Marsil. singul. 378. incip. geminatio actus. num. 5. vers. prædicta tamen omnino. & seq. Bl. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. n. 5 post princ.

Nec movent textus, & DD. in contrarium adducti; Quia in illis solummodò invenitur, quod etiam pro re modicâ & minimâ actio furti competit, quod nos non negamus, an autem actio illa sit criminalis, vel capitalis, ibi non exprimitur; Eadem solutio etiam sufficit ad textum juris canonici, secundo loco adductum; Quia verum est, quod quoad crimen furti, & ejus infamationem nullum sit discrimen, an furtum sit magnum, an verò parvum; Sed quoad impositionem pœnæ, bene differunt, 52

l. 1. §. 2. ff. de abig. l. 4. §. 1. sub fin. ff. de incend. ruin. naufrag.

Quod verò dicitur, illum esse magis furem, qui rem minimam, quàm qui magnam aufert, est tantùm accipiendum, de animi perversitate, non de ipsius facti magnitudine, ita, ut & is, qui rem minimam furatur, majus etiam furtum commisisse censeatur, quàm is, qui rem magnam eripit;

In delictis autem non animi improbitatem, sed factum ipsum consideramus,

l. cogitationis. 18. ff. de pœn.

53 Et hoc in casu relinquitur arbitrio judicis, quodnam sit modicum vel parvum furtum.

54 Hodiè verò in Imperio Romano Germanico ex constitutionibus criminalibus Imperatoris Caroli V. distingvitur inter furtum occultum, seu non manifestum, & inter manifestum, seu apertum furtum,

Vult. in §. 1. inst. de obligat. quæ ex delict. nascunt. num. 5. sub fin. vers. quam approbavit.

55 Priori casu, si furtum modicum fuerit, occultum, seu non manifestum, puta si fur super furto non acclamatur, diffamatur, vel deprehenditur, antequam in ædes suas, vel alium locum destinatum cum illo pervenerit, Wird nicht beschrien/ berüchtiget oder betreten/ ehe er damit in sein gewarsam kömpt/ & tunc rem furto sublatam unà cum duplo restituere tenetur, Peinliche Halßgerichts Ordnung. *art. 157. in princip. & vers.* so sol jhn der Richter.

56 Si autem fur quantitatem dupli in bonis non habeat, tunc cum re furtiva simplum exsolvere, vel si & simplum non possit exsolvere, rem tantùm furto ablatam restituere tenetur, & in pœnam deficientis dupli vel simpli etiam aliquandiu in carcere detineri debet,

Peinliche Halßgerichts Ord. *d. art. 157. vers.* wo aber der Dieb keine solche Geldbusse/ *& seq.*

57 Posteriori casu, ubi furtum est manifestum, puta, quando quis super furto vel deprehenditur, vel acclamatur, vel persecutionem patitur, & tunc pro numellis publicè sistitur, virgis cæditur, & postea relegatur,

Peinliche Halßgerichts Ord. *art. 158. in princip. & vers.* daß der Dieb in Pranger/ *& seq.*

58 Et, præter hanc pœnam, rem furtivam, vel ejus æstimationem, si solvendo est, restituere debet, *d. art. 158. vers.* Und vor allen dingen den Beschedigten/ *& seq.*

59 Nisi fur sit nobilis, honesta, vel ejusmodi persona, in qua spes melioris frugis & emendationis superest, tunc is, cum consensu tamen superioris, civiliter, & quidem ita puniri debet, ut tanquam fur manifestus quadruplum exsolvere teneatur, Peinliche Halßgerichts Ordn. *art. 158. sub fin. vers.* Were aber der Dieb.

60 Si verò valorem quadrupli in bonis non habeat, tunc secundum ea, quæ jam de furto nec manifesto dicta sunt, vel duplum, vel simplum, vel rem furtivam tantùm restituere debet, & per aliquod tempus in carcere puniatur, *d. art. 158. sub fin. vers.* vnd sonst allenthalben.

61 Pro parvo autem & modico furto in imperio illud habetur, quod est infra quinque solidos, seu aureos Ungaricos, Der vnter fünff Gülden werth ist/ Peinliche Halßgerichts Ord. *art. 157. in princip. vers.* Hat vnter fünff Gülden / *& art. 158. post princ. vers.* Der vnter fünff Gülden. *& seq.*

62 In Saxonia verò, præsertim in Electoratu, hoc in casu distingvitur inter quantitatem furti parvi, seu modici, aut furtum illud modicum est infra quinq; solidos, vnter fünff Vngerische Gülden/ ita tamen, ut dimidiam partem illorum, puta duos & dimidiatum Ungaricum, excedat, vber den halben werth derselben ist/ Aut furtum illud dimidiam partem illorum quinque solidorum non excedit, ist vnter dritthalb Vngerische Gülden.

Priori casu fur fustigatur, & exilio perpetuo plectitur,

Novell. Elector. Augusti. part. 4. constit. 32. §. Ferner so der erste. *3. vers.* so sol der Dieb. *ubi in comm. Daniel. Moller. num. 11. sub fin.*

Quemadmodum etiam in aliis locis Saxoniæ 63 extra Electoratum ita servatur,

VVesenb. in comm. ff. de furt. num. 15. post princip. vers. nisi quod minora furta. Matth. Coler. decis. 144. (ubi hoc in practicâ bene notandum dicit) num. 19. vers. fin medietatem ejus. part. 1.

Posteriori verò casu criminale judicium locum 64 non habet, sed fur vel carcere, vel relegatione temporali punietur,

Novell. Elector. Augusti. part. 4. constitut. 32. §. 3. vers. ist aber der erste/ *ubi in comm. Daniel. Moller. nu. 11. sub fin.*

Quod etiam in aliis judiciis Saxoniæ extra Ele- 65 ctoratum est receptum,

VVesenb. in comm. ff. de furt. num. 15. post princip. vers. inferiora autem in criminale. & vers. seq. Matth. Coler. d. decis. 144. num. 16. vers. & pronunciatum. & num. seq. part 1.

Cum constitutio Electoralis furem, qui ultra 66 dimidiam partem quinq; solidorum, fustigatione, vel perpetuo exilio, si verò infra dimidietatem quinque solidorum furatur, carcere, vel relegatione temporali puniat, quid erit dicendum, si furtum tantùm dimidietatem quinque solidorum valet, nec plus, nec minus, quomodo tunc debet puniri? Tunc perinde est, ac si esset infra dimidiam partem quinq; solidorum, & ob id non fustigatione, vel perpetuo exilio, sed tantùm carcere, vel temporali relegatione punitur,

elegant. Joann. Ant. de Nigr. in cap. 10. incip. ad hoc. num. 7. sub rubr. de furt. quem sequitur Ioann. Bajard. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. n. 39. ibi, item adde, quod si statutum.

Et hæc procedunt indistinctè, etiamsi furtum 67 de nocte fuerit commissum, ut paulò anteà. *num. 47. & seq.* dixi,

Matth. Coler. decis. 144. num. 10. vers. sed cum veniâ. num. 11. & seqq. n. 18. ibi, itaq; hodie. num. 19. part. 1. Francisc. Roman. in addit. ad Fachs. differ. 58. nu. 7. vers. non habita differentia.

Prout etiam in Saxoniâ distinctio illa inter fur- 68 tum manifestum, & non manifestum non attenditur, ut quotidiana experientia testatur.

Si verò furtum cum effractione, mit einbrechen/ 69 factum fuerit, tunc illud, etiamsi minimum fuerit, nihilominus laqueo punitur, Peinliche Halß gerichts Ord. *cap. 159. vers.* auch der Diebstall groß oder *& seq. per tot.*

Quod etiam in Saxoniâ servatur, *Consult. con-* 70 *stit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 54. incip. respondetur quod sic n. 1. & seq.*

Et ab Augusto Electore Saxoniæ in suis No- 71 vellis est approbatum,

part. 4. constitut. 32. §. Wenn denn auch solche Diebstäle / *ubi in comm. Daniel. Moller. (ubi ita in Scabinatibus observari testatur) numer. 13. vers. porrò*

quod

quod subjicit. & n. 14. & lib. 1. semestr. c. 37. nu. 4. sub fin. vers. nec forsè etc.

Et quamvis dicendum videatur, dictam *constit. 32. §.* Wenn denn auch esse solummodo intelligendam de eo casu, ubi unum furtum ex tribus ad summam quinq; solidorum, de quibus *in §. præcedent.* agitur, non ascendentibus cum effractione factum fuerit; Quia tamen dicta constitutio nominatim se refert ad constitutiones criminales Caroli V. in quibus nullibi dicitur, quod furtum cum effractione laqueo puniatur, quam *in d. art. 159.* ubi de primo saltem furto agitur: Ideoq; quo minus dictam constitutionem Electoralem etiam de primo furto accipiamus, rationem non video, cum referens insit relato cum omnibus qualitatibus, *per vulg.*

72 Veluti etiam interpretes juris communis tradunt, quod propter aperturam vel effracturam furtum aggravetur, & durius puniatur pro arbitrio tamen judicis,

Paul. de Castr. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugitiv. num. 5. vers. sicut effractura. & num. 9. vers. quidam verò sunt improbiores. Alex. consil. 135. numer. ult. sub fin. vers. inspectâ qualitate delicti. usq; ad fin. vol. 1.

73 Quamvis & hoc in caso in foro communi furem propter modicum furtum, violentia & fractura factum, furca suspendendum esse dicit, *per text. in l. capitalium. 28. §. famosos. 15. ff. de pœn. auth. sed novo jure sub fin. C. de serv. fugit. Novell. 134. c. 3. § fures. num. 2. Jacob. de Bellovis. in suâ practic. crimin. cap. 10. numer. 22. vers. si autem sit modicum. & vers. seq. junct. num. 27. vers. si hospitia intrando. & seq. lib. 1.*

74 Idem juris est, si quis non effringendo, sed saltem conscendendo alienas ædes (mit einsteigen) furtum faciat, nam & tunc pœna laquei dictari debet, etiamsi furtum, ut modò dictum, sit modicum,

per text. in constit. crimin. Caroli V. art. 159. post princip. vers. oder steiget. *Daniel. Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 32. num. 13. in fin. vers. vel conscendendo. & lib. 1. semestr. c. 37. n. 4. sub fin. vers. aut conscensit.*

75 Quamvis in aliis regionibus extra Germaniam, & Saxoniam dicendum videatur, quod fur ob ejusmodi conscensionem ædium non pœna mortis afficiatur, quemadmodum quendam, qui per scalas ascendendo ad domum alienam furtum fecit, in regio consilio Cathaloniæ 3. Novembr. 1581. ad servitium Regiarum triremium ad decennium condemnatum fuisse, testatur

Ludov. à Pegver. decis. 26. incip. apud scribentes. n. 2. vers. hoc igitur præsuppofito. num. 3. & seqq. usq; ad fin. part. 1.

76 Quæ tamen rursus sublimitantur, si quis nihil in alicujus ædes furatur, tunc prædicta pœna capitali non afficitur, etiamsi vel maxime alicujus ædes animo furandi effregit, & conscendit,

l. si quis fur fregerit. 22. ff. de furt. Iacob. de Bellovis. (ubi rationem affert) in sua pract. crimin. c. 10. num. 22. vers. si autem sit modicum. & vers. seq. junct. num. 28. vers. si verò nihil furatur. & seq. cui addatur. Angel. tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem. num. 41. Barthol. Bertazol. consil. 274. incip. cum statutum. nu. 8. lib. 2.

Sed quid, si quis pro furto, tanquam minimo, de quo *supra in hoc casu* satis dictum est, est condemnatus, postea autem reperitur, & apparet, furtum non esse modicum, sed magnum, & tale, pro quo pœna laquei imponitur, an condemnatio revocari, & is laqueo puniri possit? 77

Quod negamus, *elegant. Paul. de Castr. in consil. 18. incip. non video quomodo illa verba num. 1. & seqq. per tot. vol. 1. Ioan. Bajard. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. num. 48.*

Quid verò an fur, qui in parvo furto, pro quo saltem fustigatio vel relegatio imponitur, deprehenditur, possit torqueri ad hoc, ut ex ejus ore haberi possit, an præter id etiam furtum magnum, vel plura furta fecerit, pro quibus suspendium dictatur? 78

Negativè concludit *Ludov. à Pegver. decis. 16. incip. dubitatum fuit, n. 1. & seqq. per tot. part. 1.*

Tertius casus, si quis duo furta commisit, & tunc si ea sint magna & enormia, dubium non est, quin pœna laquei locum habeat, 79

August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. etiam vestem cœlestem. num. 12 vers. si autem bis. & seq. cum enim quis ob unum furtum magnum suspendi possit, ut supra. *numer. 18. & seqq.* dixi, multo justiùs ob duo furta suspendendus erit; veluti ita manifestis verbis ab Imperatore Carolo V. est sancitum in constitutionibus criminalibus, *art. 161. vers.* Wo aber solche zweene Diebstäle. *& seq.*

Si verò duo illa furta sint modica & vilia, & tunc nonnulli sunt, qui statuunt, quod fur laqueo suspendi debeat, & ita generali consuetudine observari, refert 80

Fulgos. consil. 157. num. 1. quem sequitur Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. numer. 8. in med. vers. quinimò videtur, & seq. Alex. in l. 1. C. de superexaction. in suis apostill. quem sequitur Hippol. de Marsil. (ubi numer. 5. limitat, singul. 378. incip. geminatio actûs. num. 3. post princ. vers. & dicit dominus. & num. 4. Bl. in l. apud antiquos. 21. C. de furt. & serv. corrupt. num. 9. vers. sed tamen dic contrarium, usq. ad fin. Matth. de Afflict. in c. 1. §. si quis quinq; s. tit. de pace tenend. num. 4. sub fin. vers. & dicit ibi, & num. 5.

Propterea, quod fur ille, qui secundò furti reus deprehenditur, vocatur in jure fur consuetus, seu consuetudinarius, & famosus, 81

Pulchrè Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. cap. 110. num. 30. post princip. vers. fur autem ille. & seq. Famosum autem & consuetum furem posse suspendi, dubium non est, *per text in l. capitalium, 28. §. famosos. 15. ff. de pœn.*

Deindè, quia licet ex forma legis vel statuti pro aliquo crimine esset imponenda pœna pecuniaria, tamen si accusatus de tali delicto convincitur, quod illud bis commisit, debet puniri capitaliter pœna ultimi supplicii, 82

Br. Angel. Odofr. & Ioann. de Plat. in l. 1. C. de superexaction. Bl. eod. numer. 4. Hippol. de Marsil. d. singul. 378. numer. 1. vers. videtur quod licet. & seq. & geminatio actus facit, ut peccata venialia fiant mortalia,

Grebald. tract. de homicid. c. 4. num. 61. Hippol. de Marsil. d. singul. 378. n. 3. in fin.

Alii, & quidem æquiùs, sentiunt, quod fur ob 83
ejus-

ejusmodi bina furta parva non suspendatur, sed alia pœna corporali pro arbitrio judicis puniatur,

Jodoc. Damhoud. (ubi ex recepta consuetudine de alterius auris, vel manus abscissione testatur) in sua pract. crim. c. 110. num. 21. vers. si secundo commiserit, & nu. seq. Iacob. de Bellovis. (ubi etiam de auris vel manus amputatione dicit) in sua pract. crimin. cap. 10. num. 5. post princip. vers. pro secundo aufertur. & numero 22. vers. si vero sit modicum junct. vers. pro secundo furto. & vers. seq.

84 Hodiè verò in Imperio Romano Germanico est constitutum, ut quis ob duo furta modica, quinq; solidos non excedentia, ad numellas ponatur, & relegatus territorium ejuret,

Peinliche Halßgerichts Ord. *art. 161. vers.* auch dieselbe kleine Diebstäle. *& seq.*

85 Quod ampliatur procedere, etiamsi fur super illis duobus furtis non fuerit acclamatus & deprehensus,

d. art. 161. vers. vnd mag den Dieb in diesem fall.

86 In Saxonia, præsertim in Electoratu, distinguitur: aut bina illa furta excedunt dimidiam partem quinque solidorum, aut non excedunt: priori casu virgis cæsus perpetuo exilio punitur; posteriori verò vel carcere, vel relegatione temporali pro conditione personæ plectitur, perinde ut in præcedenti casu dixi,

Novell. Elector. Augusti. part. 4. constit. 32. §. ferner do der erste oder ander. *3. & seq. ubi in comm. Dan. Moller. num. 11. sub fin.*

87 Ideoq; omnia, quæ in præcedenti casu *n. 66. & seqq.* dicta sunt, hic repeti debent.

88 Quartus casus, si quis tria vel plura furta commisit, & tunc si sint magna, & enormia, ea etiam pœna furcæ esse punienda, omninò extra controversiam est,

Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. num. 8. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 110. num. 18. vers. si autem ita hu. & seq. Gloss. in auth. sed novo jure. C. serv. fugit. verb. castigabitur, sub fin. Bl. eod. num. 5. vers. sed pro tertio furto, & in l. nemo. C. de Episc. audient. nu. 6. ibi, unde pro tertio. Iacob. de Bellovis. in sua practic. crim. c. 10. num. 5. vers. & quod pro tertio furto. lib. 1.

89 Si verò sint modica & parva, tunc unanimiter DD. concludunt, quod etiam capitaliter laqueo puniantur,

Jacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. c. 10. num. 22. vers. si autem sit modicum. junct. vers. pro tertio. numer. 23. & seq. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæst. 25. incip. de ista plura. num. 4. Ioseph. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 839. incip. geminatio actus. num. 6. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. num. 5. verb. pro prima vice. num. 17. vers. limita ultimo. fol. 19. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 295. num. 17. ibi, declaratur quartò. & nu. seq. Iodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. cap. 110. nu. 28. post princ. num. 31. & seq. Ludov. à Peguer. decis. 2?. incip. jure cautum est num. 3. & seq. Bl. in d. auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. num. 5. vers. & quod pro tertio, & seq. Paul. de Castr. eod. num. 6. post princip. vers. si vero pluries, & vers. seq. Matth. Coler. decis. 144. num. 5. ibi, talis in furtis, & seq. part. 1. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. num. 8. & ibid. in addit. Joann. Bajard. num. 2?. Anton. Gomez. in §. ex maleficiis. instit. de action. num. ?2. Matth. de Afflict. in cap. 1. §. si quis qui 9. tit. de pace tenend. num. 5. Didac. Covarr. lib. 2. var. resolut. cap. 9. num. 7. vers. ex quo fecit pro tertio & vers. seq. Hippol. de Marsil. singul. ??. incip. geminatio actus. num. 2. sub fin. & num. 3. Daniel. Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 32. num. 7. & num. 8. Barthol. Cæpoll. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. num. 2.

Exceptò unicò *Alex. in consil. 1?0. incip. stante statuto civitatis Parmæ. num. 6. ibi, videretur etiam quod nemo & num. seq. lib. 4. quem sequitur Jason. in l. cum servus. 15. ff. de condit. causa data causa non secut. num. 5. in princ. & vers. istud mihi placet, & numer. seq.* qui contrarium, quod fur etiam pro tribus furtis suspendi non debeat, statuit, movetur *per text. in l. capitalium. 28. §. grassatores. 10. & §. famosos. 15. ff. de pœn.* ubi tantum de grassatoribus, qui in via publicà cum armis bona diripiunt, & de famosis latronibus, qui in publicis stratis non solùm bona diripiunt, sed etiam homines occidunt, dicitur, ad alios igitur fures prædicti textus non sunt extendendi, cum in criminalibus debeat sumi mitior pars, *Jason. d. l. cum servus. 15. n. 6.* 90

Cujus assertionem tamen parum curamus, 91 quoniam pœna suspendii potius ex legum interpretatione, & ex consuetudine, publicæ tranquillitatis conservandæ gratia, observata, quàm ex illa certa & constituta in jure lege est inducta,

Joann. Berber. in suo enchirid. tubr. de furto. num. 2. Iodoc. Damhoud. in sua practic. crimin. cap. 110. num. 29. & seq.

Et prædictam opinionem, quod pro tribus furtis vir suspendi, fœmina verò aquâ suffocari debeat, etiam approbavit Imperator Carolus V. *in constitut. crimin. art. 162. ibi,* von Stelen zum dritten mahl. 92

Et quamvis Imperator ibidem simpliciter tan- 93 tùm de tribus furtis dicat, nec exprimat, an ea sint magna vel modica, & parva, qui tamen *d. art. 162.* etiam de furtis parvis & levibus sit accipiendus, dubium non est, non tam ideo, quod lex vel constitutio generaliter loquens, etiam generaliter intelligi debeat, *l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem act.* quàm quod Imperator in præcedentibus articulis semper, ubi aliud in furtis parvis, quam magnis, servari voluit, accuratè inter furta magna & parva distinxit, hoc igitur cum *in d. art. 162.* omisit, firmiter concludendum erit, quod etiam pro tribus furtis parvis pœna furcæ dictari debeat, propterea, quod ratio illa, quam Imperator ibi assignat, quod scilicet quis tertiò furtum committens, sit fur famosus, obtineat etiam in parvis furtis: Utrobiq; igitur idem jus statui debet, *l. illud. 32. ff. de l. Aquil.*

In foro vero Saxonico hic casus non ita erat ex- 94 peditus; VVittenbergensibus enim placuit, quod pro tribus vel pluribus furtis modicis, etiamsi simul putata & juncta æstimationem & quantitatem quinq; solidorum æquarent, vel etiam superent, pœna furcæ non habeat locum,

teste Matth. VVesenb. in comm. ff. de furt. num. 15. in med. vers. non etiam in furtis pluribus modicis. & seq.

E contra Lipsenses, referentibus *Consult. constit.* 95 *Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 27. incip.* von den straffen. *num. 3. ibi,* für das dritte.

Et Jenenses teste *Matth. Coler. decis. 144. incip.*

pro

pro furto. nu. 5. ibi salvit in furtis. & seq. part. 1. pronunciarunt, pœnam suspendii pro tribus vel pluribus furtis debere imponi.

96 Quam posteriorem sententiam, utpote interpretibus juris communem, & constitutioni Carolinæ conformem, etiam approbavit, & confirmavit August. Elector Saxoniæ *in suis Novell. part. 4. constit. 32. §.* wenn denn einer zum dritten.

97 Cum hac tamen declaratione, ut pro tribus vel pluribus furtis, tum demum pœna furcarum infligatur, si omnia computata & juncta summam quinque solidorum exæquent, vel superent; Secus si eam summam non excedant, sed infra eam sint, tunc pœna fustigationis cum perpetuâ relegatione duntaxat imponi debet,

Novell. Elector. Augusti. part. 4. constitut. 32. d. §. 4. vers. Da aber einer zum dritten mal. *Consult. const. Saxon. tom. 2. part. 4. d. quæst. 27. n. 4.*

98 Nisi omnia hæc furta, summam quinque solidorum non ascendentia, vel aliqua saltem ex illis, cum effractione fuerint facta, tunc laqueo meritò puniantur,

Novell. Elect. Augusti. part. 4. constit. 32. §. wenn denn auch solche Diebstäle. *Consult. constit. Sax. tom. 2. part. 4. d. quæst. 27. numer. 4. vers.* Da aber solche Diebstäle alle.

99 Ad hoc autem, ut furta pro tribus habeantur, requiritur, ut illa distinctis temporibus & locis fuerint facta,

Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. simplex furtum. numer. 9. ibi, quæro quando dicatur. & seq. fol. 182. & verb. quod si recidat. num. 1. & seq. fol. 205. Cæpoll. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. nu. 105. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. (ubi communem dicit) num. 14. ibi, unum tamen nota. ubi in addit. Joann. Bajard. num. 66. Daniel. Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 32. num. 13. Anton. Gomez. in §. ex maleficiis. inst. de action. num. 12. post princip. vers. & hoc intelligendum est, Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 295. incip. magna fuit. num. 20. & seq. Bl. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. n. 8. ibi. ulterius quære, & seq. & consil. 48. incip. stante statuto. n. 1. & seq. vol. 3.

Quemadmodum etiam ita in specie est sancitum ab Augusto Electore Saxoniæ in ejus Novel. *part. 4. constit. 32. §.* Wenn denn einer/ *5. vers.* auff unterschiedliche zeit unnd örter / *ubi in comm. Daniel. Moller. num. 12. sub fin. & n. seq.*

100 Unde si quis uno loco, tempore, vel nocte plures res furatus fuerit, non nisi unum furtum commisisse censetur,

Joann. Andr. in addit. ad Specul. lib. 4. part. 4. tit. de furt. in ult. addit. vers. nota quod furans. Angel. tract. malefic. verb. etiam cœlestem cœlestem. nu. 13. vers. respondeo unum. Ioann. Harpprecht. in §. pœna manifesti. 5. instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. num. 57. vers. unde si quis, & seq. Bl. consil. 247. incip. ad evidentiam, num. 1. post princip. & seq. per tot. fol. 5.

101 Quod procedit etiam, si quis a pluribus, & in pluribus domibus quasdam res surriperet, & ideò, si quis unâ nocte iret ad domum unius, & subtraheret aliquid: posteà eâdem nocte in alterius domo furaretur: & deniq; in tertii alicujus ædibus rursus eâdem illa nocte aliquid diriperet, non nisi de uno furto teneretur,

Capoll. (ubi ita Veronæ judicatum fuisse refert) in d. auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. col. 15. num. 105. vers. sed dubitari potest, quem sequitur Anton. Gomez. in d. §. ex maleficiis. inst. de action. num. 12. vers. unde si quis & seq. Nicol. Boer. (ubi ita in curia Burdegalensi servatum testatur) decis. 219. num. 2. ibid. in contrarium facit, & seq. per tot. Joann. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. n. 66. Bl. consil. 247. incip. ad evidentiam præmittendum est. num. 1. & seq. vol. 5. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. simplex furtum. num. 10. vers. item adde. quod etiam dicitur. fol. 182.

Idem est, si quis unam rem contrectavit in diversis territoriis, licet in quolibet deprehensus possit puniri, tamen non sunt plura furta, sed unum, & idem sæpius repetitum, 102

Bl. in auth. sed novo jure. C. de servis fugit. num. 8. vers. idem si unam rem.

Sed, an hæc duo, diversis locis & temporibus, copulativè, ita ut utrumque necessarium sit, an verò alternativè, ut alterutrum horum sufficiat, requirantur? 103

Breviter dico, quod alternativè requirantur, & alterutrum sufficiat; quod exinde probo, quia quando absurdum, iniquitas & intellectus incongruus resultat, tunc dictio ET suam propriam naturam non retinet, sed in disjunctivam resolvitur, & non copulativa, sed alternativa dispositio præsumitur, 104

Br. in l. Gallus. 20. §. etiamsi parente. ff. de liber. & posthum. Alex. consil. 64. incip. in causâ & lite. num. 6. ubi, fortificantur prædicta. & vers. seq. vol. 7.

Sed si prædicta duo copulativè starent, absurdum, & magna iniquitas resultaret, sequeretur enim exinde, si quis in unâ domo, civitate & pago aliquid furatur, & post aliquod longum tempus in eadem domo, civitate, & pago iterum, atq; iterum, & ita tribus vel pluribus vicibus & temporibus furaretur, quod is pœnâ laquei non posset affici, propterea, quod licet diversis temporibus furta facta fuerint, ea tamen non diversis locis essent facta, quod tamen magnum foret absurdum, & summa iniquitas, contrariumque aliquoties de facto servarum scio. 105

Quapropter ex his concludendum erit, si quis in una eademq; nocte in tribus vel pluribus civitatibus, pagis, vel aliis distinctis locis furatur, quod is pœnæ laquei meritò subdatur, quoniam diversis locis furta sunt facta, licet uno eodemq; tempore fuerint commissa; veluti ita Anno 1608. quendam opilionem, qui unâ eademq; nocte ex diversis & distinctis ovilibus oves abegerat, suspensum fuisse recordor. 106

Et hoc in casu quis pro tribus furtis suspenditur, etiamsi in tertio furto demum fuerit deprehensus, & pro duobus præcedentibus non condemnatus vel punitus, 107

Ioann. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum, num. 60. vers. sed ego arbitror. & seq. Bl. consil. 247. num. 1. vers. considerandum est ergo. vol. 2.

Quamvis contrarium, quod quis pro tertio furto non possit suspendi, velit, nisi pro primo vel secundo fuerit condemnatus, & pœnâ affectus, *per text. in l. capitalium. 28. §. solent. 3. ff. de pœn. Decian. consil. 24. num. 16. & seqq. vol 5. Joann. Harp-*

Harppre ht. in §. pœna manifesti 6. instit. de obligat. quæ ex delict. num. 61. vers. cæterum ego puto. & seq. Chassan. ad consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. verb. quod si recidat. num. 1. vers. credo tamen quod, & seq.

108 In numerum autem horum trium vel plurium furtorum computantur etiam illa furta præcedentia, pro quibus jam antea quis punitus fuit,

Jul. Clar. (ubi ita in Ducatu Mediolanensi servari testatur) lib. 5. sent. § furtum. num. 12. ibi, quæro etiam. Angel. tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem. num. 14. ibi; quæro, si alias fur. pag. mihi. 352. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 110. num. 28. vers. si autem ita bis correptus. & seq. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 295. num. 19. Paul. de Castr. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. numer. 8. ibi, sed quid si de primo. Bl. eod. num. 7. vers. contrarium videtur. Covarr. lib. 2. var. resolut. cap. 9. nu. 7. post princ. vers. nihil refert, sint priora furta. Anton. Faber. (ubi ita 3. Non. Iun. Anno 1595. in Senatu Subaudiæ judicatum refert) in suo Codic. lib. 9. tit. de pœn. 25. definit. 18.

Non attento, quod contrarium consuluit *Bl. consil. 348. incip. viso themate. nu. 1. vers. his præmissis junct. vers. quia pro eo, & seq. vol. 5.*

109 Quemadmodum etiam, si quis pro dictis, primo & secundo, furtis per gratiam Principis, vel aliter fuerit absolutus, nihilominus pro tertio furto potest suspendi,

Jul. Clar. (ubi communem dicit) lib. 5. sent. §. furtum. num. 13. & ibid. in addit. Ioann. Bajard. num. 63. & num. seq. Angel. (ubi rationem affert) de malefic. verb. etiam vestem cœlestem. num. 14. vers. idem crederem si de dictu. & seq. Didac. Covarr. lib. 2. var. resolut. c. 10. n. 2. sub fin. vers. cæterum præmissa lege.

Licet contrarium defendat *Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5 ubi, simplex furtum. numer. 17. vers. quid autem si fuerit. & num. 18. 19. & num. 20. & seqq. fol. 185. & seq.*

110 Idem est, si primum vel secundum furtum tempore, vel præscriptione sit abolitum & sublatum, ita ut de eo quis conveniri non possit,

Angel. in tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem. (ubi rationes affert) num. 24. ibi, nunquid quæro. pag. 359. Ioann. Bajard. (ubi communiter ita per judices servari dicit) in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. n. 62. ibi, item adde, quod etiam furta. Bl. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. numer. 6. ibi, sed dubitatur nunquid. junct. num. 7. vers. in contrarium videtur. & seq. Nell. de S. Gemin. (ubi ampliat) tract. de bannit. part. 2. tempor. 1. incip. primo ergo generaliter num. 6. ibi, sed quæritur sexto Iason in l. si idem cum eodem. 11. ff. de jurisd. n. 5. vers. imo fortiu tenet

111 Similiter si quis alibi, quam in loco, ubi in tertio furto deprehenditur, duo furta commisit, hæc duo furta, alibi commissa, etiam in numerum furtorum computantur, & furtum tertium aggravant, ut laqueo puniatur,

Br. in l. cor. 7. §. cum sacrilegium. ff. de accusat. nu. ult. ibi, quæro si unus. Bl. in auth sed novo jure. C. de serv. fugit. num. 6. post princ. vers. aut quia extra territorium Angel. tractat. malefic. verb. existens Florentiæ, numer. 1. vers. sed delicta alibi, & seq. & Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. simplex furtum. num. 10. vers. sed pone aliquis commisit. fol. 182. & nu. 15. ibi. quantum vero ad secundum, & seq. fol. 184. verb. etiam vestem cœlestem. num. 14. post med. vers. sed contrarium tenet, ubi in addit. August. Bonfrancisc. vers. subdit illam aliam quæstionem, & numer. 24. vers. vel quia extra territorium, & seq. Nell. de S. Gemin. tract. de bannit. part. 2. tempor. 1. quæst. 6. numer 6. vers. vel diversitate loci. Iul. Clar. lib. 5. sent. § furtum, num. 10. ibi, sed pone ita statutum. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. quæst. 295. num 15. Paul. de Castr. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. num. 7. ibi, quid autem si primum. Matth. Coler. (ubi ita de consuetudine observari testatur) decis. 144. numer. 6. ibi, sed quid si furta, & seq. part. 1. Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 5. numer. 8. vers. quæro tamen circa prædicta. Didac. Covarr. lib. 2 var. resolut. cap. 9. num. 7. post princ. vers. idem erit dicendum. Jason. in l. si idem cum eodem. 11. ff. de jurisd. num. 5. vers. imo stante statuto. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. libro quarto part. 4. tit. de furt. in proœm. in med. vers. famosa est alia ipsius quæstio, & vers seq. Barthol. Bertazol. consil. 39 num. 18. sub fin. vers. nec obstat unum. num. 19. & seqq. vol. 1. Cardinal. Tusch. tom. 2. pract. conclus. lit. D. verb. delicta. conclus. 163. incip. committens tertium. numer. 1. & seqq.

Quod procedit etiamsi in uno loco, ubi priora furta extra territorium sunt commissa, consuetudo furandi vigeat, & furta non puniantur,

Jul. Clar. lib 5. sent §. furtum. num. 10. sub fin. vers. neq; in hoc sit illa & seq.

Non obstante, quod contrarium velit *Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. quod si recidat. num. 12.*

Restringitur tamen, dummodò fur ille, qui tertium furtum commisit, sit subditus ratione originis vel domicilii illius judicis, in cujus territorio tertium furtum commisit, aliàs priora furta, alibi commissa, tertium furtum ad pœnam laquei non aggravant,

elegant. Bl. consil. 348. incip. viso themate prædicto. num. 1. vers. secundò quia furtum commisit. & seq. circa fin. vol. 5. quem, suppresso ejus nomine, sequitur Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. simplex furtum. num. 12. vers. sed quid in non subdito. & num. 13. Angel. tract. malefic. verb. existens Florentiæ. num. 1. vers. quod est verum nisi sit. Iul. Clar. d. §. furtum. n. 10. vers. dummodo fur, de quo agitur, & seq.

Quod tamen in usu non servatur, & ego aliquoties contrarium in his terris observari vidi.

Sed quid, an hæc, quæ hactenus dicta sunt, extendantur etiam ad furta impropria, puta ad actionem rerum amotarum, crimen expilatæ hereditatis. ita, ut quis, si ter res alicujus amovit, vel hereditatem expilavit, & tertio demùm furtum propriè ita dictum commisit, laqueo puniri possit? Affirmativè concludit 112

Bl. in l. de his qua. 11. C. de furt. & serv. corrupt. n. 3. ibi, quæro numquid crimen. Ægid. Boss. (ubi ita Senatum Mediolanensem judicasse testatur) in sua pract. crimin. tit. de furt. ibi, & an statutum. & seq. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. in princ. num. 7. & seq. fol. 184.

Quamvis contrarium concludere velit, *Barthol. Capoll. consil. 71. n 8. & seqq. per tot.*

Quid autem si fur confiteatur se furtum fecisse pluribus vicibus, vel diversis temporibus, utrum intelligatur continuatis, ita, ut unum furtum, vel diversa sint & plura furta? Hæc verba, 113

cum

cum sint admodum obscura, & possint intelligi de continuatis vicibus, & temporibus, ideoq; interpretari debemus in mitiorem partem pro confitente, ut unum tantùm sit furtum, nisi dicatur ex temporis intervallo,

Bl. in auth sed novo jure. C. sed serv. fugit. numer. 9. vers. sed pone quod quis, & seq. Iason. in l. fructus 7. ff. solut. matrim. numer. 9. ibi, quartò adde illud, & seq. Angel. tract. malefic. verb. etiam vestem cælestem. nu. 15. vers. & eodem modo. pag. 390. Chassan. ad consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. quod si recidat. numer. 1. vers. quid autem si fur, & vers. seq. Ioann. Francisc. Ponzinib. tract. de Lamiis. num. 71. ibi, secundò declaratur, post princ.

Quamvis contrarium statuere videatur, sibi contrarius,

Bl. consil. 247. incip. ad evidentiam præmittendum. n. 1. vers. si verò intervallo. & seq. vol. 5.

Quintus casus, si duo vel plures furtum commiserint, & tunc si civiliter agitur, omnes in solidum tenentur, in tantum, ut etiamsi unus solidū solverit, alii non liberentur, quo minus etiam solidum solvere teneantur,

l. 1. C. de condict. furtiv. l. vulgaris. 21. §. si duo. 6. ff. de furt. l. si plures. 6. ff. arbor. furt. cæsar. l. 34. l. 35. §. 1. ff de furt. ratio est, quia civilis actio furti est pœnalis, *§. in duplum. 23. §. quadrupli. 25. institut. de action. §. pœna. 5. & §. ult. instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.*

In pœnis autem, quod alius præstitit, alium non relevat, *l. item Mela. 11. §. si plures. & §. seq. ff. ad l. Aquil. l. si plures. 34. ff. de injur. l. semper 15. §. si in sepulchro. 2. in med. ff. quod vi aut clam.* quoniam singuli suam tenentur pœnam solvere, & quidem in solidum, cum tot sint commissæ pœnæ, quot delicta perpetrata, & singuli propter delictum suum sint corrigendi, aliis ut sint exemplo, *l. si quis. 7. §. ult. in fin. & l. seq. ff. de iurisd. l. pœn. §. 3. & l. ult. ff. ne quis eum qui in jus vocand.*

116 Si verò unus non fuerit solvendo, reliqui, qui solvendo sunt, pro eo solvere debent, *per text. in l. tres tutores. 55. ff. de administ. tutor.* veluti ita Senatum Pedemontanum 1585. censuisse testatur *Anton. Tessaur. decis. 264. incip. furtum factum. numer. 1. n. 2. & n. 4.* & ante hunc *Alber. in l. si quis id. 7. ff. de jurisd. n. 9. vers. si autem obligati sunt, & vers. seq. quos novissimè sequitur Ioann. Aloys. Riccius. part. 2. collect. decis. 241. vers. sed dicendum, & seq.*

Si verò criminaliter ad pœnam suspendii agitur, & tunc, si furtum fuerit magnum, ita ut uniuscujuslibet portio, quæ ex re furtivâ ad eum pervenit, ad aliquam magnam summam ascendat, dubium non est, quin omnes suspendantur, veluti experientia quotidiana testatur, & in specie tradit

Anton. Tessaur. d. decis. 264. nu. 3. in med. vers. sed si tractaretur de pœnâ criminis, & seq. per text. *in l. si quis id. 7. §. ult. & l. seq. ff. de jurisd.* ubi, si plures deliquerunt, omnes tenentur, nec sufficit, unum eorum pœnam luere;

Ratio est, quia si unusquisq; per se furtum magnum fecisset, proculdubio suspendio puniretur, *ut supra dixi,* Ergò multò magis omnes sunt suspendendi, si tantum furtum fecerunt, ut uniuscujuslibet portio magnum furtum exæquet, quoniam tantò majus est delictum, quantò à pluribus fuit admissum,

text. elegant. in l. si plures. 34. ff. de injur.

Quod etiam approbavit Augustus, Elector. Saxoniæ in suis Novell. *part. 4. constit. 32.* vnnd wo ihr viel. *6. vers.* es were aber doch gleichwol. argumento à contrario sensu sumpto. 117

E contra verò, si plures rem modicam & parvam furati sunt, nullus eorum pœna suspendii puniri potest, sed aliâ mitiori pro arbitrio judicis, quoniam supra diximus, si unus solus furtum modicum commisit, quod is suspendi non debeat; Ergo multo minus suspendi possunt plures, quoniam admodum crudele foret, si plures homines pro modicâ re occiderentur, cum ne unus quidem solus pro eadem mori deberet. 118

Si verò plures furtum quidem magnum, quod in his terris quinq; solidos, fünff der besten Vngerischen Gülden/exæquat, vel excedit, fecerunt, sed res furtiva inter eos divisa non magnum, sed modicum furtum, facit, pro quo alias unus solus suspendi non possit, major solet esse controversia, quomodo illi sint puniendi? 119

Videtur dicendum, quod omnes & singuli sint suspendendi, ut in terminis terminantibus tradit, 120

Andr. de Isern. in cap. 1. §. si quis quinq; 5. tit. de pace tenend. & ejus violator. num. 6. post princip. vers. nam & si plures in simul furentur. & vers. secus si a principio duo sol. mihi. 66. quem sequitur Matth. VVesenb. in comm. ff. de furt. numer. 11. post med. vers. plures autem qui simul, & vers. etiam ubi ex statuto. Ioann. Anton. de Nigr. in cap. 10. incip. ad hoc. numer. 60. rubr. de furt. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furt. numer. 38. quia quilibet in solidum tenetur, *text. in l. 1. in princip. C. de condict. furt. l. vulgaris. 21. §. si duo 9. ff. de furt. Andr. de Isern. Ioann. Anton. de Nigr. & Bajard. d. loco.* propterea, quod regula generalis sit, si plures idem commiserunt delictum, omnes & singulos in solidum obligari ad pœnam, nec unius solutionem solidi alteri prodesse, *DD. in l. si quis id. 7. ff. de jurisd. Iason. eod. num. 29. Didac. Covarr. in Clem. si furiosus. tit. de homicid. part. 2 §. 2. numer. 3.* Ideoque, si plures eidem eandem injuriam inferant, *l. si plures. 34. ff. de injur.* Si plures arborem furtim cedant, *l. si plures. 6. ff. arbor. furt. cæs.* Si plures unum tignum furati sunt, quod singuli tollere non potuerunt, *l. vulgaris. 21. §. si duo. 9. ff. de furt.* Si plures unum hominem mortiferè vulnerarunt, vel occiderunt, aut alter vulneraverit, & alter occiderit dolo malo, *l. item. Mela. 11. §. sed si plures. 2. l. ita vulneratus. 51. in princ. & §. 1. ff. ad l. Aquil.* Si plures album prætoris corruperunt, *l. si quis id. 7. §. ult. sub fin. & l. seq. ff. de jurisd.* omnes & singuli in solidum tenentur.

Ratio est, quia tot sunt delicta, quot sunt delinquentium personæ, *Hottom. lib. 1. illustr. quæst 33. vers. sed refragatur regula. & seq. pag. mihi. 194. per l. semper. 15. §. si in sepulchro. 2. post princ. ff. quod vi aut clam l. si plures. 34. in fin. ff. de injur.*

Tot autem oriuntur obligationes, & debentur pœnæ, quod sunt delicta commissa, cum quis ex suo facto obligatur, *l. si duo. 5. ff. si quis caution. in judic. sist. causa fact. Hottom. d. quæst. 33. post princ. col. 2. vers. totidemq; pœnæ deberi, & seq.*

Cum igitur hodiè generali consuetudine pœna suspendii sit surrogata in locum illius pœnæ antiquæ dupli vel quadrupli secundum qualitatem furti, meritò concludendum videtur, quod omnes & singuli suspendi debeant, quoniam surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatum est, *l. 1 §. hæc actio. ff. si quis testamento liber esse juss. fuer. Everh. in topic. in loco à vi surrogationum. 122. n. 1. & seq.*

121 Verùm, cùm prædicti textus omnes loquantur tantùm de illis actionibus pœnalibus, ubi quidem ad meram pœnam, sed pecuniariam saltem & interesse agitur, ut fit in actione injuriarum, arborum furtim cæsarum, furti dupli vel quadrupli, legis Aquiliæ, albi corrupti, & similium, secus autem fit in actionibus criminalibus, ubi non ad pœnam pecuniariam, sed ad corporis afflictivam, & capitalem proceditur, & non quilibet in solidum tenetur, sed uniuscujusque factum, & quantum quisque in delicto fecit, consideratur, *text. eleg. in l. 1. in fin. ff. ad l. Cornel. de sicar.* proptereà, quod pœnæ sint commensurandæ delictis, *cap. facilis. §. illud autem de pæn. in 6. Cravett. consil. 46. num. 15. Menoch. libr. 1. arbitr. judic. quæst. 90. numer. 38.* potiusq; molliendæ, quàm exasperandæ, *l. sanctio. 41. & l. interpretatione. 42. ff. de pœn.* præsertim in hoc casu, ubi ex dispositione juris divini, & communis pœna mortis in fures non est statuta, ut suprà vidimus,

122 Ideoq; Scabini harum terrarum à prædictâ opinione meritò secessum fecerunt, & pronunciarunt, ut quilibet furum cum fustigatione in perpetuum relegetur, testibus

Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 27. incip. Von den Straffen/ *n. 5. in princ. & vers.* So haben doch die Schöppenstül. *& seq.*

123 Quorum sententiam etiam approbavit & confirmavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis,

part. 4. constitut. 32. §. Und wie jhr viel zugleich/ *6. vers.* so soll auff solchem fall / *ubi in comm. Daniel. Moller. n. 15. vers. Electori tamen nostro. & seq.*

124 Quod procedit, etiamsi plures rem indivisam, puta trabem, vel tignum animo furandi abstulerunt; quoniam Elector Saxoniæ hoc in casu non tàm ad rem ipsam furto subtractam, quam ad lucrum, ex eâ furibus proveniens, respectum habet, *d. constit. 32. §.* Und wo jhr viel. *6. in verb.* oder den werth. *& seq.*

Quamvis de jure communi aliud dicendum videatur, *per text. in l. vulgaris. 21. § si duo 9. ff. de furt. l. ita vulneratus. 51. §. ult. in fin. ff. de l. Aquil. Anton. Tessaur. decis. 254. incip. furtum factum. num. 3. sub fin. & numer. 4. Hottom. illustr. quæst. 31. post med. lib. 5.*

125 Si verò ejusmodi furtum à pluribus cum effractione ædium vel tabernarum, mit einbrechung/ factum fuerit, tunc secundum constitutionem Criminalem Caroli V. Peinliche Halßgerichts Ord. *art. 159.* rectè omnes & singuli laqueo puniri debent, *Novell. Elector. Augusti part. 4. constit. 32. §.* unnd wo jhr viel *6. sub fin. vers.* Jedoch wenn ein solcher Diebstall. *Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 27. n. 6. ibi.* wenn aber solcher.

126 Illud autem observandum est, cum prædicta constitutio Electoralis generaliter loquatur, & velit, fures, qui pro sua quota minus, quàm quinque solidos ex re furto subtractâ acceperunt, cum fustigatione in perpetuum relegandos esse, quod illa constitutio etiam generaliter & indistinctè sit accipienda, & fures fustigandi, & in exilium mittendi, etiamsi eorum portio sit infra dimidiam partem quinque solidorum, id unter dritthalb Ungerische Gülden / *arg. l. de pretio. ff. de public. in rem act.* propterea, quia si Augustus Elector Saxoniæ etiam hoc in casu voluisset distinguere, an portio singulorum sit ultra vel infra dimidiam partem quinque solidorum, id procul dubio expressisset, quemadmodum fecit in eo casu, ubi unus solus rem modicam furatur, *d. constit. 32. §.* ferner da der erste. *3. & seq.*

Ratio differentiæ, cur aliud sit in hoc casu, ubi plures furtum commiserunt, & aliud in illo, ubi unus solus est furatus, in promptu est, quia ex multitudine personarum delictum aggravatur, & tanto majus est delictum, quantò à pluribus fuit admissum, *text. in l. si plures. 34. in med. ff. de injur.* Ideoq; meritò etiam hoc in casu major pœna debet imponi.

Quid verò dicendum, si plures furtum commiserunt, ex quo uniuscujusq; portio, si divisio æqualiter fieret, summam quinq; solidorum non attingeret, divisio autem inæqualiter facta est, & unus minus quàm alter accepit, ita ut illorum portiones, qui plus reliquis acceperunt, summam quinq; solidorum exæquent, vel excedant, an laqueo pœnâ laquei sunt puniendi? 127

Quod negamus, quia hic non inspicimus, quantum quisque accepit, sed quantum ex divisione æqualiter, & proportione arithmeticâ facta secundùm numerum personarum percipere potuisset,

Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 27. n. 5. vers. oder aber hette nach der ausrechnunge. *& seq.*

Deindè quia is, qui minus accipit, illud quod remittit, reliquis donare censetur; Nemo autem ex donato, etiam improbè à donante acquisito, pœnam, vel augmentum pœnæ pati debet, præsertim hoc in casu, cùm etiam is, qui minus lucratur, suam pœnam ordinariam, & statutam luere debeat, aliàs enim sequeretur, quod quis eandem pœnam pro eodem delicto, quam alius sustinuit, perferre teneatur, quod tamen est admodum iniquum,

Card. Tusch. tom. 6. concl. practicab. verb. pœna. conclus. 208. n. 5. & seq.

XLIV.

Quinam ulteriùs pœnâ furti teneantur, & qui non; & quid de iis, qui pœnitentiâ ducti rem furto ablatam, vel ejus æstimationem domino restituunt, an & quatenùs illi sunt puniendi.

SUMMARIA.

1. *Qui rem in viâ publicâ, vel alio loco invenit, etiam fur est.*
2. *Quomodo punitur, & num. 3.*

4. Qui

4. *Qui scienter rem furtivam à fure emit, etiam fur dicitur, & quomodo punitur, num. 5. 6.*
7. *Quid de eo, qui rem furtivam in solutum accipit.*
8. *Qui unam rem pro pignore constituit, & posteà aliam submittit, etiam pro fure habetur.*
9. *Re commodatâ qui ad alium usum utitur, etiam fur est, n. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. ubi limitationes recensentur.*
19. *Creditor, & depositarius si debitoris pignore, vel deponentis re depositâ utitur, etiam fur dicitur.*
20. *Qui rem communem, vel partem consocii in utilitatem propriam convertit, etiam fur dicitur. 21.*
22. *Falsus procurator, qui sine mandato pecuniam exigit, etiam fur est.*
23. *Creditor, qui rem sibi debitam à debitore aufert, etiam furtum committit. numero 24.*
25. *Item qui rem alienam scienter vendit, & tradit.*
26. *Item qui gabellam ultra debitum modum exigit.*
27. *Mutus & surdus etiam pœnâ ordinariâ afficiuntur.*
28. *Vel qui scienter pecuniam à servo vel filio ludendo vincit. 29. 30.*
31. *Validi mendicantes etiam fures dicuntur.*
32. *Furti pœna ordinaria locum habet, etiamsi quis dicit, se jocose furtum fecisse.*
33. *Nobiles à pœnâ furti ignominiosâ excusantur.*
34. *Item impuberes, & minores. num. 35. 36. 37. 38.*
39. *Ubi minor dolus est, ibi etiam delictum mitius puniri debet.*
40. *Pœna furti cessat, si quis ex simplicitate furatur.*
41. *Vel tempore famis, & necessitatis, num. 42. 43. 44. 45. 46. 47. ubi ampliationes & limitationes.*
48. *Pœna furti ordinaria cessat, si quis nullum lucrum inde percipit.*
49. *Famuli suis dominis, malitiosè solarium solvere recusantibus, impunè aliquid auferre possunt.*
50. *Res Turcarum, & aliorum barbarorum etiam quis impune furari potest.*
51. *Item res aleatorum tempore ludi.*
52. *Furtum etiam est impunitum, si inde commodum Reipubl. eveniat. n. 53.*
54. *Partiarius animalium etiam est immunis à pœna furti.*
55. *Item filius & uxor patri vel marito furantes.*
56. *Item si quis quidem animo furandi aufert, sed voluntate domini.*
57. *Item si quis credit dominum permissurum.*
58. *In dubio autem non creditur dicenti, se credidisse dominum permissurum.*
59. *An & quando dominus comparere, & dicendo furtum suâ voluntate factum furem à pœna liberare possit. num. 60. 61. 62. 63. 64. 65.*
66. *Clerici à pœnâ furti ordinaria etiam sunt exempti.*
67. *Item si fur in torturâ constans persistit in negatione.*
68. *Item si furtum sit saltem attentatum.*
69. *Quid juris si fur pœnitentiâ ductus res furtivas vel earum æstimationem restituit. 70. 71. 72. 73. 74. 75.*

IN præcedenti conclusione satis dilucidè pœnas furtorum declaravimus, nunc in hac conclusione quasdam extensiones & restrictiones subjiciemus; 1

Nov. Elect. Aug. par 4. const. 11. § und nach dem dem rechten ult.

Et quidem, quod is etiam fur sit, & pro fure habeatur, qui rem in viâ publicâ, vel alio loco inventam retinet, inficiatur, & vero domino non restituit, dubitare non debemus,

ut supra conclus. 66. num. 26. & seqq. part. 2. dixi. §. alia sane. 48. inst. de R. D. & A. R. D. l. 43. ff. 11. ff. de furt. l. 3. ff. de incend. ruin. naufr. Zandr. lib. 2. art. 57. post princ. pulchrè Matth. Coler. decis. 149. incip. jure civili si quis. numer. 2. & numer. seq. part. 1. latè Iacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. cap. 10. de furtis. num. 54. ibi, juxta præmissa quæritur. & numer. seq. Covarr. in cap. peccatum. de R. I. in 6. part. 3. §. 1. num. 1. vers. nam & qui rem. Guid. Pap. sing. 127. incip. furtum committit. Zobel. part. 2. differ. 61. num. 1. & seq. Sachs. differ. 59. Reinh. part. 5. differ. 13. & part. 6. differ. 30.

Pœna tamen hujus furti non est capitalis, puta laquei, sed arbitraria, pro religione judicis infligenda, 2

l. de submersis. sub fin. C. de Naufrag. Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. iudic. quæst. cent. 3. cas. 297. incip. qui à naufragio, n. 1. & seq. Ioann. Bajard. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. num 40.

In Saxonia verò servatur, ut hoc in casu quis rem inventam in duplum solvere teneatur, daß derselbe ein Dieb / vnnd zu recht schuldig sey / dem rechten Herrn solchen verlust zweyfach zu erstatten / si verò non habet tantum, puniri debeat in corpore cum fustigatione & relegatione, veluti ita Lipsenses quæstori in Torgaw respondisse, testatur *Matth. Coler. decis. 149. num. 6. ibi, quod si ad requisitionem, & seq. part. 1.* 3

Furti etiam tenetur is, qui scienter rem furtivam à fure emit, 4

l. incivilem. 2. sub fin. & l. 5. C. de furt. Angel. Aretin. tract. malefic. verb. etiam vestem cæ(l)estem. n. 19. Cæsar.

F 3 Ursill.

Ursil. in addit. ad Matth. de Afflict. decis. 369. num. 1. vers. [illegible] & seq. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. [illegible] in princ. num. 15. ibi, item adde quod vendens, & seq.

5 Punitur tamen pœnâ extraordinariâ tantùm, puta fustigatione vel relegatione,

Hippol. de Marsil. consil. 32. 33. & 35. Cæsar. Ursil. (ubi ita in facto in magnâ curia Vicariæ in personâ cujusdam Ioannis Baptistæ de Cuffo Anno 1553. servatum fuisse testatur) in addit. ad Matth. de Afflict. decis. 369. num. 3. vers. sed contrarium, nu. 4. & num. seq. Joann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. num. 117.

6 Quamvis in his terris aliquoties contrarium servatum, & pœnam laquei impositam fuisse scio, propterea, quod is, qui pro pecunia accipit rem, ex delicto perventam, censeatur approbare delictum,

Aret. consil. 163. incip. sicut Ioannes Collio. sub fin. vers. secundò principaliter, & col. seq. Aym. Gravett. consil. 237. incip. frater dum in communione. n. 2. ante med. vers. sed fortius facit & seq.

7 Idem est in eo, qui scienter rem furto subtractam in solutum accipit; nam & is etiam furti tenetur,

Joann. Bajard. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. num. 116. vers. sed mihi videtur, & seq. quoniam datio in solutum est emptio & venditio, *l. litis. ff. pro empt. l. ult. ff. ex quib. caus. in possess. eat. Matth. de Afflict. decis. 369. num. 1. & seq.* & eadem militat ratio in accipiente in solutum, quæ militat in emptore, *Bajard. d. num. 116. in fin.* Non attento, quod contrarium consuluit, *Iacob. Philip. Bors. consil. 206. n. 1. & seqq. per tot.*

8 Is etiam, qui mihi unam rem pro pignore constituit, si postea eandem aufert, & aliam submittit, pro fure rectè habetur,

Angel. Aret. tract. malefic. verb. etiam vestem cælestem. n. 20. ibi, quid autem si quis pag. mihi. 388.

9 Qui re commodatâ ad alium usum utitur, furti etiam tenetur,

§. placuit. 7. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. l. si ut certo. 5. §. quin imo & qui 8. in fin. ff. commod. l. qui furtum. 16. ff. de condict. furt. Angel. in tract. malefic. verb. & vestem cœlestem. num. 32. Menoch. lib. 2. arbit. judic. quæst. cent. 3. cas. 298. Joann. Harpprecht. in d. §. placuit. 7. & seq. inst. de obligat. quæ ex delict. num. 2. & seq. Barthol. Bertazol. consil. 412. incip. victoria excellentis. num. 4. & seq.

10 Nisi crediderit, dominum esse permissurum, *§. placuit. 7. in med. inst. de oblig. quæ ex delict. l. inter omnes. 46. §. rectè. 7. ff. de furt. Menoch. d. cas. 298. num. 1. vers. verum hoc ita, & seq. August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. etiam vestem cœlestem. nu. 32. post princ. vers. nisi ille qui utitur. Barthol. Bertaz. consil. 90. incip. nullo modo. num. 1. in med. & n. seq.*

11 An autem commodatarius verisimiliter crediderit dominum permissurum, vel non, relinquitur arbitrio judicis,

August. Bonfrancisc. ad Angel. d. num. 32. vers. tamen Angelus ibi dicit. Menoch. d. cas. 298. num. 2. ibi, dubitari ergo contingit, & num. 3. Bertazol. d. consil. 90. n. 2. vers. quod judicis arbitrio. Hippol. de Marsil. in l. quæstionis modum ff. de quæst. n. 54.

Si tamen [illegible] res est commodata, præsumptio est pro commodatario, quod facilè credere potuerit dominum permissurum, *Br. in d. l. inter omnes 46. § rectè. ff. de furt. num. 2. Menoch. d. cas. 298. num. 5. August. Bonfranc. ad Angel. d. verb. etiam vestem cœlestem. num. 32. vers. [illegible]. Angel. Aret. eod. verb. comparent dict. [illegible] num. [illegible] vers. [illegible] quia dominus.* 12

Quamvis contrarium velit Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. [illegible] in princ. n. 15. vers. item [illegible] ducens longius equum. & seq. fol. mihi. 79.

Nisi verisimilis conjectura sit in contrarium; 13 Nempe dominus commodavit equum alicui, ut vaderet ad villam, sed is ivit ad bellum,

Angel. in d. l. inter omnes. 46. §. rectè. ff. de furt. sub fin. August. Bonfranc. ad Angel. de malefic. d. verb. etiam cœlestem. num. 32. sub fin. vers. dicit tamen Angelus, ibi unum & vers. seq.

Item præsumptio est pro commodatario, si est 14 dives, opulentus, bonæ conditionis, & famæ,

Barthol. Bertazol. d. consil. 90. nu. 2. sub fin. vers. undè cum hic versemur. & seq.

Vel commodantis consanguineus, vel magnus 15 amicus,

Menoch. d. cas. 298. num. 3. vers. prudens ergo judex, & seq. lib. 2. cent. 3.

Item, si quis rem pro mercede locatam [illegible] 16 fuit, tunc pro conductore vel commodatario etiam præsumptio est, quod crediderit dominum permissurum re locatâ pro eadem mercede ulterius, & ad alium usum uti,

Br. in l. item quæritur. 14. §. qui impleto. ff. locati. num. 11. Bl. eod. n. 6. sub fin. vers. quæro quid in re mobili. & n. 7. Barthol. Bertazol. d. consil. 90. n. 2. in fin. vers. & cum versemur, & n. 3.

Et hæc procedunt, etiamsi commodator vel 17 locator dictionem taxativam adjecerit, se ad certum tempus vel locum duntaxat, & tantùm equum vel aliam rem commodare, vel locare, nihilominus tamen commodatarius vel conductor in verisimili credulitate versatur, se permissu domini re ad alium locum, vel longius tempus uti,

pulchrè Barthol. Bertazol. consil. 90. incip. nullo modo. n. 4. ibi, nec obstat ut dicitur. & seq. usq; ad fin.

Si verò hinc inde sint verisimiles conjecturæ, 18 ut religio judicis in dubium vocetur, an commodatarius vel conductor verisimiliter crediderit, domino permittente se rem commodatam vel locatam ad alium usum transferre, tunc statur juramento commodatarii vel conductoris,

Barthol. Berthazol. d. consil. 90. n. 3. vers. quod procul dubio procedit.

Creditor, & depositarius, si debitoris pignore, 19 vel deponentis re deposita, utitur, etiam furtum committit,

l. si pignore. 54. ff. de furt. §. furtum autem inst. de oblig. quæ ex delict. Damboud. in suâ pract. crimin. c. 110. num. 14.

Veluti etiam socius, si rem communem vel 20 partem consocii in propriam utilitatem convertit, vel ad usum destinatum non usurpat, furti pœnâ etiam tenetur,

l. rei communis. ff. pro soc. Br. in l. si socius. ff. de furt. Bertazol. consil. 279. incip. pro dissolutione. num. 1. vers.

vers. & tenetur pœna. numer. 2. & numer. seq. Andr. Alciat. de præsumt. reg. 3 præsumpt. 1. incip. ex hac regula. num. 1. elegant. Petr. Paul. Paris. consil. 88. incip. ad veritatem. n. 7. ibi, ulterius advertendum est, nu. 8. & seq. vol. 1.

21 In dubio tamen socius, ne furtum commisisse dicatur, præsumitur pecuniam communem usurpasse, & negociasse jure communi, & non jure propriô,

Aym. Gravett. consil. 286. incip. Ludovicus & Marbiotus. n. 1. vers. tertiò nisi dicamus, & seq. Ioan. Bajard. ad Iul. Clar. §. furtum. n. 3.

22 Idem juris est, & furti pœnâ plectitur etiam is, qui sine mandato alterius nomine pecuniam à debitore exigit,

l. si procuratori. 14. in fin. ff. de condict. caus. dat. l. falsus. 43. §. falsus. 1. ff. de furt. l. falsus. 19. C. eod. Bl. in c. 1. §. injuria, tit. de pace juram. firm. Angel. tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem. nu 42. pag. 497. Iason. in l. si procuratori. 14. ff. de condict. caus. dat. nu. 2. Chassan. ad consuetud. Burgund rubr. 1. §. 5. num. 8. vers. quod si procuratori. fol. mihi. 175. & num. 14. fol. 178.

23 Quemadmodum etiam creditor, qui rem liquidò sibi debitam, vel aliam æquivalentem, clam à debitore aufert, furti tenetur,

elegant. Ioann. Harppreche. in §. placuit. 7. instit. de oblig. quæ ex delict. n. 8. ibi, quæri hic. & n. seq.

Contrarium tamen statuit, *Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum, (ubi communem dicit) num. 19. sub fin. vers. excusatur autem fur. & n 20. Francisc. Vir. lib. 2. comm. conclus. verb. fur. num. 4. Svaretz. in suo thesaur. lit. F. num. 399. Didac. Covarr. (ubi communem testatur) lib. 1. var. resolut. c. 2. incip. adeò proterve. numer. 15. vers. quartò eodem jure, & seq.*

24 Nisi quis speret, se rem apud alium constitutam per viam juris convincere non posse,

Gloss. in c. jus gentium. dist. 1. Chassanæus ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. num. 32. ibi, secundus verò casus, & seq. fol. 216. Hippol. de Marsil. singul. 177. numer. 6. ibi, ubi dixit, & seq.

25 Item is, qui rem alienam scienter vendit, & tradit, etiam de furto puniendus erit,

Gloss. in l. item si res ff. de alienat. judic. mutand. caus. facta. in 1. gl. mag. vers. sic ergo videtur, & seq. Joan. Bajard. ad Iul. Clar. §. furtum. numer. 8. Andr. Tiraq. tract. de iure constituti possess. part. 3. limit. 26. num. 31. ibi, item cum scienter. & seq.

26 Similiter furti tenetur, qui gabellam vel tributum ultra debitum modum exigit,

Joann. Bajard. ad Clar. d. §. furtum, num. 9. Francisc. Marc. decis. 421. incip. quæritur quando pedagiator, n. 1. & seq. part. 2.

27 Mutus item, & surdus, mitigationem pœnæ non merentur, sed nihilominus pœnâ ordinariâ laquei puniantur,

Petr. à Plac. in epitom. delict. c. 32. nu. 17. vers. proxime tractavimus. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 31. incip. da ein Dieb. *n. 1. & per tot.*

Veluti etiam ita Scabini Lipsenses *Mense Septembr. Anno 1569.* pronunciarunt: Do Hans Pfüß das Pferdt davon bracht / so möchte er ungeachtet / daß er taub vnd stumb: so ferne er an der Vernunfft nicht brechlich / nach scherffe der Rechte mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft werden. V. R. W.

Idem ad requisitionem Der Rathmanne Meister / der Innungen vnd Gemeinheit zu Halla / *Anno 1574.* responderunt, Ist vor wenig Tagen ein stummer Mensch / der auch taub ist / seines alters vngefehr 26. Jahr / einer Bürgerin der Johan Lugin Apoteckerin bey Nechtlicher weile eingestiegen / vnd in der Stuben die Schlüssel genommen / vnnd mit denselben die Apotecken vnter dem Rathhause auffgeschlossen / vnd darinnen aus einen verschlossenen Tischlein 26. gr. am Gelde / desgleichen auch Corallen / Paternoster mit silbern Steinen / Rieme Knöpffen vnd andern Silberwerck so viel gestolen / daß es die Goldschmiede auff 18. th. werdig taxirt / do er nun an seiner Vernunfft keinen mangel hette / so möchte er nach scherffe der Rechte mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafft werden V. R. W.

Is etiam, qui scienter in ludo pecuniam à servo, quæ erat ejus domini, vel à filiof quæ erat patris, vincit, committit furtum, & eam non lucratur, 28

Roland. à Valle. consil. 45. incip. visâ inquisitione. num. 3. sub fin. vers. pro qua opinione etiam facit, n. 4. & num. seq. Bl. in l. advocationis. 11. C. de condict. ob causam, dat. num. 3. vers. vel cum filiof. & seq. Alciat. tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 29. num. 6. ibi, & hoc facit ad quæstionem, & seq.

Et quidem hoc in casu in dubio lusor præsumitur scivisse, pecuniam fuisse domini, vel patris, 29

Andr. Alciat. d. præsumpt. 29. num. 6. vers. nunquid in dubio.

Pœna tamen ordinaria laquei non habet locum, sed saltem extraordinaria, cum lusor non fuerit in dolo, sed saltem in culpa, 30

Alciat. d. præsumpt. 29. n. 6. sub fin. vers. non tamen posset procedi. Ioann. Bajard. ad Iul. Clar. §. furtum. n. 121. vers. non tamen posse, & n. seq.

Porrò validi mendicantes, qui veris pauperibus è faucibus debitas eleemosynas eripiunt, etiam pœnam furti incurrunt, 31

Jodoc. Dambeud. (ubi duo notabilia exempla affert) in sua pract. crimin. c. 110. nu. 55. ibi, ad hoc capitulum. n. 56. & seqq.

Deniq; quis pœnâ furti ordinariâ afficitur, etiamsi postea detectus prætendit, & dicit se jocosè fecisse, nisi probet, 32

c. 1. de præsumpt. Gl. in l. si non convitiis. C. de injur. in princ. vers. & si dicat. Joann. Bajard. ad Clar. §. furtum. num. 13.

Prædicta tamen restringũtur, & pœnâ ordinariâ laquei non puniuntur, primò Nobiles; Hi enim non suspenduntur, sed gladio tantùm puniuntur, 33

Felin. in c. cum quidam. 12. X. de jurejurand. nu. 5. post med. vers. & ideo nobiles. Thom. Gramm. decis 36. incip. Solon ex septem. num. 5. Andr. Tiraq. tractat. de nobilit. cap. 20. num. 110. ibi ex his autem fit. n. 111. & seq. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5 §. furtum. n. 63. & n. seq. Prosper. Farin. consil. 33. incip. in hac causa. num. 16. vers. quia ubi nobiles, & seq. vol. 1. & lib. 3. pr. crimin. quæst. 98. num. 116. & 117. Bl. in l. datâ opera. 3. C. de his qui accus. non poss. nu. 1. in med. vers. vel dic quod inter. Junct. vers. sed nobiles & Barones. & consil. 426. incip. præmittendum est, numer. 1. & seq. vol. 1.

Iul. Clar lib. 5. sent. § ult. quæst. 6. n. 24. vers. & [illegible] de consuetudine. & vers. seq. Jacob. de Neuel. [illegible] tamen de pœna pecuniaria tantum [illegible] in sua pract. crimin. lib. 1. c. 10. num. 15. sub fin. vers. si nobilis. nu. 16. & n. 22. post princ.

Quamvis *Paris de Puteo. tract. de Syndic. in verb. pœna. vers. an se statutum. num. 6. junct. num. 7. vers. ideo suspendi feci. & seq. pag. mihi 726.* dicit, se suspendi fecisse quendam armigerum ex nobili progenie, qui furto subtraxerat crucem argenteam, & calices Saræ Ecclesiæ, qui non erat dignus pœna nobilium puniri, cùm non sit ignoscendum militi, cui oporret obviare, ut latroni. Et generaliter quod in crimine furti non debeat fieri distinctio personarum inter nobilem & ignobilem, tradit

Matth. de Afflict. in constit. term. vitæ. nu. 45. vers. benè tamen pro furto. & seq. per text. in c. 1. §. si quis quinq; 5. tit. de pace tenend.

34 Item impuberes, qui etiam pœnâ laquei non afficiuntur, sed alia extraordinaria plectuntur,

§. in summa. 18. inst. de oblig. quæ ex delict. ubi Ioann. Harpprecht. num. 1. & seq.

Concordat constitutio criminalis Caroli V. in der Peinlichen Halßgerichts Ord. *art. 164. in princ.*

Dummodò non sint doli capaces, tunc licet de jure civili, ubi pœna nondum erat capitalis, furtum facere possint,

text. in l. impuberem. 23. ff. de furt. Ioann. Schneid. ad §. in summa. 18. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. num. 1. & seq.

35 Hodiè tamen, ubi fures capitaliter puniuntur, impuberes doli capaces pœna furcæ non afficiuntur, sed vel verberibus, vel alia pœna arbitraria, puniuntur,

Peinliche Halßgerichts Ord. *Caroli V. d. art. 164. post princ. vers.* Wo aber der Dieb. *Ioann. Harpprecht. in d. §. in summa. 18. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. num. 5. ibi, sed hodiè quia furtis, & seq.*

36 Nisi furtum fuerit magnum, vel præter doli capacitatem, etiam aliæ circumstantiæ accedant, tunc rectè etiam suspendiò puniri possunt,

Peinliche Halßgerichts Ord. *Caroli V. d. art. 164. in med. vers.* vnd der Diebstall groß. *& seq.*

37 De minoribus dubitari solet, an illi pro furtis pœna ordinaria possint affici? Affirmativè concludit, *Anton. Tessaur. (ubi ita 4. Febr. & 22. Martii Anno 1589. in senatu Pedemontano judicatum, & quosdam minores furtâ suspensos fuisse testatur) decis. 161. incip. minorem in delictis. numer. 3. post med. vers. unde cum fuisset & vers. seq. Gloss. in l. ferè in med. ff. de R. I. Bl. in l. & si severior. C. ex quib. caus. [illegible] n. 4. post princ.*

Quæ assertio præter textum expressum [illegible] 9. §. nunc videndum. 2. vers. nam & [illegible] probatur etiam per tritam juris regulam, quod minoribus in delictis non subvenitur, *d. l. si ex causa. §. nunc videndum vers. & placet. de minor. l. excipiuntur. sub fin. ff. ad SC. Sylan. l. si minor. 36. ff. ad l. Jul. de adult.* & minor ex omni delicto obligetur, *§. in summa. 18. inst. de obligat. quæ ex delict. l. pupillum. ff. de R. I.*

38 Alii verò, & quidem, meo judicio, rectiùs negant, & dicunt, quod minores pœna pro arbitrio judicis puniri debeant,

[illegible] in c. 1. X. de [illegible] post vers. [illegible] in med. vers. jus [illegible] & seq. [illegible] judicantem oportet. n. 39. vers. [illegible] num. 40. 41. & num. seq. vol. 1. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. § [illegible] ad arbitrium judicis. num. 29. vers. ex quibus cum evenisset. & n. seq. fol. 2 [illegible] Thom. Gramm. decis. 48. num. 11. sub fin. vers. [illegible] quo, & nu. 12. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæst. cent. 4. cas. 329. incip. regula juris est. num. 11. nu. 12. & num. seq. Ludov. à Pegver. decis. 24. incip. cum sacrilegii. num. 21. post med. vers. quarto considerandum est. & seq. Nicol. Boer. (ubi ita in curiâ Burdegalensi 12. Maii Anno 1528. judicatum refert) decis. 254. incip. & præsuppono. n. 20. ibi, quia, quandoq;. & seq.

Tùm *per text. in l. auxilium. 37. §. 1. vers. in delictis. ff. de minor.* 39

Tùm, quia ubi minor dolus est, ibi etiam delictum mitiùs punitur; In minore autem non est tantus dolus, quantus in majore,

August. Bonfrancisc. in addit. ad Argel. de mal. in verb. scienter dolosè. nu. 12. vers. nam quoties in delicto est. & seq. pag. 240. Thom. Gramm. decis. 23. n. 13. in fin. vers. quia quando in delicto est, & seq. Anton. Tessaur. d. decis. 161. n. 4. in med.

Tùm quia regula universalis est, quod minor in delictis mitiùs puniatur,

Jacob. Menoch. d. cas. 329. n. 11. & seqq. Angel. de malefic. verb. scienter dolosè. n. 12. Consult. [illegible] Tom. 1. part. 4. quæst. 55. & tom. 2. part. 4. quæst. [illegible] Gramm. d. decis. 23. n. 11. & seq. Tessaur. d. decis. [illegible] n. 4. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 60. n. 2. & num. seq. Tiraq. de pœn. temper. causa. 7. per tot.

Nihil movent textus in contrarium adducti; Quia ad eos benè respondet, *Menoch. d. cas. 329. n. 11. vers. verum facilè, & seq.* quod in delictis quidem non succurratur minoribus, ad hoc, ut in integrum restituantur, benè tamen ad hoc ut mitiùs puniantur, *d. l. auxilium. 37. §. in delictis. 1.*

Præterea pœna furti ordinaria cessat, si quis non ex malitiâ, proposito & consuetudine, sed ex simplicitate fuerit furatus,

Jodoc. Damboud. in sua pract. crimin. c. 110. n. 30. ibi, deinde observent.

Item si quis necessitatis causâ esculenta & poculenta furatur, 41

c. si quis. 3. X. de furt. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. d. c. 110. n. 4. ibi, deinde res observent. & seq. Bl. in l. si laboraverit. 2. §. cum in eâdem. ff. ad l. Rhod. de jact. n. 2. ibi, nota ultimò, & seq.

Concordat constitutio criminalis Caroli V. *art.* [illegible] stelen in rechter Hungersnoth. *& seq.*

[illegible] modum etiam in curiis Saxoniæ ex benigna interpretatione receptum esse testatur

Matth. VVesenb. in comm. ff. de furt. n. 15. ante med. vers. ex benigna tamen interpretatione. & seq.

Quod procedit non solum in esculentis & poculentis, sed etiam in aliis rebus, quas quis non animo fraudulenter lucrandi, sed ex necessitate famis, vel nuditatis, ad se suosq; sustentandos, aufert, 42

d. cap. si quis. 3. X. de furt. ibi Marian. Socin. num. 12. post princip. Petr. Gerard. de Perra sancta singul. [illegible] o. incip. necessitas non habet, n. 11. & n. seq. late Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. nisi habeat [illegible] num. 15. ibi, primus ergò casus. & seq. fol. [illegible]

Ægid.

Aegid. Bossi. in pract. crimin. rubr. de furtis. nu. 21. ibi, propter necessitatem. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 110. n. 5 vers. si enim ex necessitate famis. & n. 40 vers. ad hoc observent. Jul. Clar. (ubi communem dicit) lib. 5. sent. §. furtum. nu. 24. ibi, quandoq; etiam excusatur. Ripa de peste t. 4. de remed. praeservat. contra pestem. n. 197. Joann. Harpprecht. in §. furtum. 1. inst. de obligat. quae ex delict. nasc. nu. 14. ibi, hinc cum necessitatis tempore. n. 15. 16. & seq. Andr. Gail. lib. 1. obser. 142. n. 8. vers. & inter caetera commoda. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quaest. cent. 2. cas. 182. n. 27.

43 Quando autem quis in extrema necessitate constitutus censeatur, relinquitur arbitrio judicis,

Joann. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. furtum. nu. 98. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. n. 29. vers. sed quomodo. fol. 215.

44 Quae restrictio tamen declaratur, nisi furtum tempore famis & necessitatis sit insigne, & magnum: tunc enim pœna ordinaria sibi rectè locum vendicare potest,

Jodoc. Damhoud. d. c. 110. nu. 37. vers. si non sit insigne. & seq.

45 Quod etiam approbavit Imperator Carolus V. in constitutionibus criminalibus, *artic. 166. vers.* Wo denn derselbe Diebstall tapffer. *& seq.*

46 Vel nisi fuerit factum alii, in simili necessitate existenti,

Chassan. in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. num. 27. fol. 215. Joann. Bajard. ad Jul. Clar. lib. 5 sent. §. furtum. nu. 97. ibi, adde quod hoc fallit.

47 Hoc tamen in casu quis tenetur illud, quod tempore necessitatis furatus est, restituere, si postea ad pingviorem fortunam pervenerit,

pulchrè Didac. Covarr. (ubi rationem affert & contraria solvit) in c. peccatum de R. J. in 6. part. 2. §. 1. n. 4. ibi, quid tamen erit agendum. & seq. Joann. Harpprecht. in d. §. furtum. 1 inst. de obligat. quae ex delict. n. 18. ibi, eo quod verbis. & seq. Petr. Rayzius. decis. Lituanica. 3. num. 209. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. d. verb. nisi habeat abolitionem. n. 18.

Quamvis à contraria opinione in foro contentioso non esse recedendum. dicit

Jul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. n. 24. vers. sed vidi dubitari. & n. 25. sub fin.

48 Similiter autem à pœnâ ordinariâ furti excusatur, qui nullum lucrum inde percepit,

Hippol. de Marsil. consil. 25. num. 30. & consil. 77. nu. 9. Barthol. Bertazol. consil. 191. incip. Hieronymum Buzzolinum. n. 1. sub fin. vers. quo sit cum nullum lucrum. & n. 2. & seq. lib. 1.

49 Quemadmodum famuli & ministri, si dominis, sufficienter interpellatis, sed malitiosè salarium solvere recusantibus, aliquid subtrahunt, & auferunt, in crimen furti etiam non incidunt, maximè si aequivalens salario contrectant,

arg. c. un. in fin. tit. de milite vasall. qui contum. Jacob de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 10. n. 19. vers. certò quia grationes furantes. & vers. seq. Joann. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. § furtum nu. 36. Alex. consil. 131. incip. circa primum. nu. 1. n. 2. vers. circa tertium & ultimum. n. 3. & seqq. per tot. vol. 1. adde infra. conclus. 54. n. 10. & seq. part. 5.

Item si quis res Turcarum, vel aliorum barbarorum furatur, à pœna furti excusatur, 50

l. non solum. C. de commerc. & mercator. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crim. c. 110. n. 54. vers. item excusatur si quis.

Vel si astans abripiat res depositas aleatorum, 51

l. 1. ff. de alea lusu & aleator. Damhoud. d. c. 110. n. 54. vers. item excusatur, & impunitus habetur. Joann. Bajard. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. n. 100. & seq. Angel. tract. malefic. verb. mettù dore de mali dadi. n. 6. vers. item patitur alias pœnas. Prosper. Farinac. in sua praxi crimin. lib. 3. quaest. 109. part. 4. n. 141. ibi, amplia secundò, ut furtum. & n. seq.

Eodem modò quis à pœnâ furti immunis erit, 52 si ex eo aliquod bonum Reipubl. subsequatur, puta, si quis scrinium, putans illud esse plenum pecuniâ, surripuerit, sed in eo non nisi literae proditionis civitatis, vel tractatûs contra principem inveniantur,

Bl. in l. 2. § deinde ex his legibus. ff. de orig. juris. nu. 4. vers. nota ob maleficium. Petr. Heig. quaest. 32. n. 40. vers. affinis superioribus. & num. seq. part. 2. Ludov. Carrer. in pract. crimin. tract. de homicid. §. circa itaq; secundum. nu. 12. Paris de Puteo. tract. Syndic. verb. pœna vers. an si judex. num. 1. vers. & vide pulchram quaestionem. pag. mihi 689.

Non obstante, quod contrarium statuit 53

Petr. Anchar. in c. 1. x. de constit. num. 7. onit Senera. Guilhel. de Benedict. in c. Raynaldus. in quaest. an liceat occidere peccat. x. de testam. n. 39. Joan. Bajard. ad Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. furtum. num. 103. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. nu. 4. fol. 220.

Partiarius item animalium, qui ea accepit ad 54 medium lucrum, si vendit fœtus animalium inde provenientes, non committit furtum, sed partem domino ad medium lucrum tantùm reddere tenetur. Secùs est in Gasajario, qualis est is, qui animalia accipit ad capitale,

elegant. Jacob de Bellovis. in sua pract. crimin. c. 10. nu. 19. ibi, secundo quod partiarius. & seq.

Item filius & uxor, si aliquid patri vel marito 55 subtrahunt, pœnâ furti etiam non tenentur, sed tantùm actione rerum amotarum,

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 110. n. 41. vers. porro filius. n. 43. & seq. Jacob de Bellovis. d. c. 10. num. 32. Harpprecht. in §. qui in parentum, 12. instit. de oblig. quae ex delict. nu. 1. & seq. n. 7. & seqq. Angel. in tract. malefic. verb. etiam vestem coelestem. num. 44. Chassan. ad consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. n. 33. & seq.

Ulteriùs, si quis quidem animo furandi ali- 56 quid aufert, & putat se hoc invitô dominô facere, sed dominus erat volens, & consentiens,

l. inter. §. pen. ff. de furt. Angel. tract. malefic. verb. etiam vestem coelestem. n. 30. ibi, sed quid si aliquis. & seq. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 110. n. 16. ibi, dictum est. & n. seq.

Idem si credit, se voluntate & permissu domi- 57 ni rem contrectare,

Jodoc. Damhoud. c. d. 110. n. 10. ibi, diximus autem. & n. seq. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. n. 21.

In dubio autem alicui dicenti, se putasse sibi 58 dominum permissurum, non creditur, nisi expressè probetur,

l. qui vas §. vetare ff. de furt. Angel. tract. malefic. verb. comparent, dicti inquisiti. nu 11. ibi, quid si fur dicat pag. 503. Ioann. Bayard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. §. furtum. n. 80. post princ.

59 Imo quamvis dominus ipse postea compareat, & dicat, furtum factum esse suâ voluntate, tamen per hoc vindictæ publicæ non præjudicatur, quò minus reus pœnâ ordinariâ afficiatur,

Angel. tract. malefic. verb. comparent. dicti inquisiti. n. 12. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. nu. 21. vers. sed certè hæc excusatio. & seq. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. nu. 38. 39. vers. contrarium tenet. fol. 218. Iason. in l. transigere. 18. C. de transactioni. n. 17. sub fin. vers. ex his apparet non esse verum. & in l. 1. C. de furt. n. 7. vers. comparet dominus rei. Felin. in c. 1. x. de præsumpt. nu. 19. ibi, in contrarium adduci potest. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 298. nu. 4 ibi, quo loci infert. & seq. Hippol. de Marsil. singul. 22. incip. confessio offensi. nu. 1. & seq. Petr. Gerard. de Petra sanct. singul. 55. incip. nota bene. num. 2. in fin. vers. tu adde ultra. & n. 3. Marc. de Mantuâ sing. 602. incip. judex inquirit. nu. 1. n. 2. ibi, quibus tamen non obstantibus. & n. seq.

60 Nisi adsint quædam conjecturæ, & indicia,

Br. in l. inter omnes. §. rectè. num. 1. sub fin. ff. de furt. Menoch. d. cas. 298. num. 4. vers. nisi conjectura. Petr. Gerard. de Petra sanct. d. sing. 55. nu. ult. vers. & istud dicerem. Angel. de malef. d. verb. comparent dicti inquisiti. n. 12. vers. nisi appareant. Iul. Clar. d. §. furtum. n. 21. vers. nisi tamen, & seq.

61 Puta, quia dominus est furis consanguineus,

Angel. d. verb. comparent dicti inquisiti. num. 12. vers. ut quia erat. Iul. Clar. d. §. furtum. n. 21. vers. qui esset eius. Marc. de Mantuâ. d. singul. 602. num. 2. vers secundo quia speciale.

62 Vel eius amicus, *Angel. d. verb. n. 12. vers. vel amicus. Clar. d. §. furtum. nu. 21. vers. vel amicus Marc de Mantua. (ubi tamen magnam amicitiam exigit) d. sing. 602. n. 2. vers. vel etiam amicus. & seq.*

63 Vel solitus talia donare, *Iul. Clar. d. § furtum. nu. 21. vers. vel solitus. Angel. d. verb. n. 12. vers. vel erat consuetus.*

64 Vel erat res modici & parvi valoris, *Angel. d. verb. nu. 12. vers. & erat res parva. Iul. Clar. d. §. furtum. n. 21. vers. vel quod res esset.*

65 Vel præter assertionem domini juramentum etiam accedat,

Bl. in l. falsum. 19. C de furt. nu. 7. vers. si autem non apparet. & seq. August. Bonfranc. in addit. ad Angel de malefic. verb. comparent dicti inquisiti. n. 12. vers. tamen limitat hoc. & seq.

66 Ulteriùs à pœnâ furcæ sunt exempti clerici, & personæ Ecclesiasticæ,

late Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem, num. 44. & seqq. fol. 220. & seq.

67 Similiter & fur, qui torturæ subjectus constans steterit in tortura, & nihil fatetur, debet absolvi, etiamsi vel maximè furtum ex aliis indiciis plenè fuerit probatum,

Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. nu. 93. ibi, undecimus casus, & num. seq. fol. 238.

68 Vel si furtum saltem attentavit, sed non consummavit,

Angel. tract. malefic. verb. etiam vestem cælestem n. 41. ibi, præterea aliquis accepit. pag. 407. latè Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem, num. 123. ibi, vicesimus primus casus est. & seq. fol. 249. Iodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 110. n. 9. Bertaz. consil. 274. n. 8. vol. 1.

Sed quid juris de illis furibus, qui pœnitentiâ ducti res furtivas restituunt, vel illarum nomine domino satisfaciunt, quo modo hi puniri debent? 69

Videtur dicendum, quod nihilominus pœnâ ordinariâ puniri debeant,

per text. expr. in l. qui ea mente. 65. ff. de furt. l. si pignore. 54. §. 3. ff. eod. l. 1. § si rem. 25. ff. deposit. l. quid sit. 17. §. Cælius. 1 ff. de ædilit. edict. l. non prodest. 5. ff. vi bonor. raptor. Angel. tract. malefic. verb. etiam vestem cælestem. num. 39. ibi, sed quid si aliquis. pag. 396. Firma. in tract. gabell. part. 4. n. 13. Hier. de Monte. quæst. 16. nu. 4. Cephal. consil. 57. num. 8. vol. 1. Farinac. (ubi communem dicit) in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 4. quæst. 31. num. 66. ibi, per id quod in simili. & seq. & lib. 3. tit. 14. quæst. 124. n. 172. ibi, amplia primo, & quidem illative. & num. seq. Heig. quæst. 32. n. 43. part. 2.

Verùm cum prædicti textus loquantur saltem de jure civili, ubi pro furtis pœna mortis non imponitur, & ob id ratiocinatio ab obligatione, actione, & judicio civili, ad criminalia & capitalia hoc in casu non admittatur, 70

Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 56. n. 4. & seq. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. nu. 123. post pr. August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel tract. malefic. verb. dicto maleficio semper assiit. n. 17. in fin.

Clarúmque juris sit, quod illi, qui pœnitentiâ ductus se ipsum offert, vel à dicto desistit, quod fur res furtivas restituendo facere videtur, pœna ordinaria mitigari debeat,

l. quamvis. 11. ff. de in jus voc. l. non omnes. 5. §. qui in desertione. 4. ff. de re milit.

regulaque universalis sit, quod pœnitentia post delictum, seu commutatio generis vitæ in melius in multis delictis non atrocioribus mitiget pœnam,

Andr. Tiraq. tractat. de pœn. temper. aut remitt. caus. 28 n. 1. & seqq. & quæst. 60. num. 1. per tot. Iason. in l. in arenam. C. de inoffic. testam. nu. 5. & nu. seq. Prosper. Farinac. in suâ practic. crimin. libr. 3. tit. 14. quæst. 124. num. 168.

Præsertim in illis delictis, ubi res in integrum statum post consummationem restitui potest, quod in furto fieri videmus,

Br. in l. qui ea mente. 66. ff. de furt. nu. 2. vers. præterea debes scire. Bl. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episc. & cleric. num. 9. vers. melius tamen dici potest. Farinac. in sua pract. crimin. d. quæst. 124. n. 176.

Ideoque meritò concludimus, quod fures pœnitentes non sint suspendendi, & pœna ordinaria afficiendi, sed alia pœna arbitraria, puta vel carceratione, vel relegatione temporali, vel pro qualitate rei fustigatione puniendi, 71

Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 26. incip. si quis furtum. nu. 2. & n. seq. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. nu. 21. & seq. fol. 216.

Quam posteriorem sententiam etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novell. 72

part. 4. constit. 32. §. Unnd nach dem den Rechten ge-

ten gewest ist. *ult. [illegible] Daniel M[illegible]r.num.16. & seq.*

73 Quæ allegatio tamen vera est, si fur ante inquisitionem & incarcerationem pœnitendo res furtivas restituit, secus si post illam; tunc enim pœnitentia & restitutio non relevat,

Novell. Elector. August. d.constit.32.§.ult.vers. ehe sie zum Gefängniß gezogen.

Quoniam regulare est, quod pœnitentia & confessio delicti neminem excuset, si jam in carcerem est conjectus,

Petr. Heig. quæst.32. & seq. part.2.

74 Quamvis in foro communi aliud dicendum videatur, ut tradit

Felin. in c. cum te. 23. x. de sent & re judic. n.4. sub fin. vers. & si statutum vult. Bl. in l. si rem 73. ff. de procur. n.5. vers. verbi gratia dicit statutum. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr.1.§.5. verb. simplex furtum. nu.17. ibi, pone quod fur. fol.138.

75 Quid vero dicendum, si non ipse fur pœnitentia ductus res furtivas, vel earum æstimationem domino restituerit, sed illæ alias ad dominum redierint, an & tunc fur mitiùs puniri debeat? Quod affirmatur,

eleganti Consult. constit. Saxon. tom. 1. (ubi rationes afferunt.) part. 4. quæst.56. incip. wir halten. *quod sic, n.1. & seq. per tot.*

Quamvis contrarium velit *Ludov. vir. decis.146. quem refert & sequitur Ioann. Aloys. Riccius, part.2. collect. decis.282. in princ.*

XLV.

Alia quædam in materia furtorum notabilia, & scitu admodum necessaria.

S U M M A R I A.

1. *An fur præter pœnam mortis teneatur etiam ad restitutionem rerum furto ablatarum, num. 2.3.4.5.6.7.8 9.10.11.12.13. 14.15.*
16. *In foro Saxonico quid juris.*
17. *Dominus rem sibi furto subtractam potest vindicare, etiam nullo precio refuso. nu. 19.20 23.*
21. *Si valor rerum furtivarum jam consumptarum non sciatur, admittitur dominus ad juramentum in litem.*
22. *Si quis rem furtivam alteri tertio vendit, an is nihilominus de precio, ex re furtivâ redacto, conveniri possit.*
24. *An pro rebus furto sublatis liceat in vicinorum ædibus inquirere. 25.*
26. *An res furtivas magistratus sibi applicare possit. 27 28.29 30.31.32.*
33. *An fur puellæ, in matrimonium eum petenti, sit tradendus. 34.35.*
36. *Si fur rupto laqueo in terram incolumis decidit, an iterum possit suspendi. num.37. 38.39.*
40. *Judæi quomodo suspenduntur. 41.*
42. *Si quis in aliquo loco furtum commiserit, an in alio loco capi & suspendi possit. nu.43. 44. 45 46.47 48.49 50 51.52.53.54.55.*
56. *Si in loco furti commissi alia & quidem mitior pœna servatur, quam in loco, ubi fur capitur, secundum quamnam pœnam puniri possit.*
57. *Furcarum erectio an & quatenus permittatur. n 58.*

IN præcedentibus duabus conclusionibus sufficienter diximus de pœnis furtorum, & quinam illis afficiantur, vel non. 1

Nunc alia quædam in materia furtorum, non admodum injucunda, tractabimus, inter quæ pulcher ille casus se offert, an fur præter pœnam mortis teneatur etiam ad restitutionem rerum furto ablatarum?

Negativè concludit *Bl. consil.192. incip. præsupposito statuto, nu.4. ibi, sed posito, quod anima. & num. seq. usq. ad fin. lib.1 Roffred. in tract. libellor part.1. ibi, sed illud quæritur. & quæst. seq. fol. mihi.22. Francisc. Marc. decis. 191. incip. an in causa criminali. num.2. part.2. per text. in l. interdum. 56. §. qui furem, 1 sub fin. ff. de furt.* 2

Propterea, quod propter unum delictum quis pluries puniri non possit. *Heig. quæst.23. n.19 part 2.* & contentus esse debet damnum passus, ex quo fur luit in corpus, & pœnam mortis sustinet, *d.l. interdum. 56.§ qui furem. 1. sub fin.*

cum satisfactum ei videatur in corpore furis loco pecuniæ, *text. in l. sed si unius. 17. §. si ante, 6. vers. postea actor. ff. de injur. Bl. d. consil. 203. n.4. post pr.*

& reus, si criminaliter punitur, in totum absolvatur, *l. Divus. 9. §. ult. in fin. ff. de jure patron.*

Affirmativè verò concludit, ita tamen ut actio criminalis, ad pœnam mortis instituatur principaliter, petitio verò rerum ablatarum incidenter officio judicis, 3

Br. in l. interdum. 56. §. qui furem. 1. ff. de furt. num.4. Bl. in l. quod evitandi. C. de condict. ob turp. caus. num.3. vers. e contra autem à criminali, & nu.4. Roland. à Vall. consil.30. incip. viso processu inquisitionis. num.1. & seqq. fol.2. August. Bonfrancisc (ubi ita practicari testatur) in addit. ad Angel. de malefic. verb. etiam vestem cœlestem, n.11. vers. sed vide ibi. & seq. Ludov. à Pegver. decis.27. in addit. nu. ult. ibi, ultra scire oportet, & seq. Petr. Heig. quæst.23. (ubi communem dicit) nu.17. & seqq. nu.21. ibi, at interpretes communiter, & nu. seq. part.2. Ioann. Baiard. ad Iul. Clar §. furtum, nu.31. & seqq. Andr. Rauchb. quæst.10. incip. in hac postrema, n.11. & seqq. part.2. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. lib.1. tit.1. quæst.1. nu. 64. ibi, & propterea potest, & nu. seq. Ægid. Boss. in practic. crimin. tit. de furtu, nu.46. Ioann. Harpprecht. in §. ult. inst. de obligat. quæ ex delict. nascunt. num.14 Aym. Cravett. consil.14. incip. procurator fisci. nu.1. vers. secundo admitti debet, nu.2 & seq. vol.1. Carol. Ruin. consil.4. incip. circa dubium, nu.3. vers. & prædicta confirmantur, & consil.87. incip. super eo, num.2. ibi, quia quamvis judex, & seq. vol.2. & consil.35. incip. quod sententia, nu.1. & seq. vol.5. Pract. Papiens. in forma inquisitionis, gloss. hæc est quædam, nu. 1. nu.10. vers aliquando criminalis proponitur principaliter, & seq. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst.2. nu.2. vers. sed si actor intentaret, & seq. Cart.

Ian.

Iun.in l.edita C.de edend. nu.198. Roman.cod. num. 143. vers.non obstat sua ratio. & seq. Iac. Menoch.lib.1.arbitr. judic.quæst.quæst.91.(ubi rationes.)n.6.sub n.vers.confirmatur ex egregia.nu.7.& nu.seq.Barthol.Bertaz.consil.232.incip.non possum.num.1.& seq.vol 1.Ioann.Alois. Riccius part.2. collect. decis.241. post med. vers.& in hoc advertendum.& seq.

4 Unde fit, si publicanus, pedagiator, vel gabellarius exigit pedagium, vel gabellam injustè, & ultra modum, quod is non solùm injustè exacta transeuntibus restituere debeat, sed etiam communitati ad interesse lucri cessantis teneatur, quod illi inde contingit, quod mercatores recusent ita facile transire per talem regionem, propter exactiones factas per pedagiatorem,

Francisc. Marc.decis.Delphin.421.incip.quando pedagiator.n.1.vers.& ibi,quod talu.usq; ad fin.part.2.

5 Et hoc ampliant procedere, sive per viam accusationis, sive etiam inquisitionis officio judicis contra fures procedatur, veluti ita pluries in regio Consilio Carthaloniæ contra fures servatum, & practicatum testatur

Ludov.à Peguer.decis.27.in addit. in med.vers.& hæc ampliantur. & seq.

6 Item ampliant in heredibus, nam etiam heredibus, & contra heredes furis, ultimo supplicio affecti, & laqueo suffocati, ejusmodi actionem ad restitutionem rerum furtivarum concedunt,

late Virgil. Pingiz. quæst.49. incip.non tantum inter. n.39.ibi, quartus casus est, n.40. & seqq. usq; ad n.55.

7 Quod etiam in foro Saxonico obtinere testatur idem,

Virgil.Pingiz.d.quæst.46.n.42.ibi, de jure Saxonico, n.52.vers. denique jus Saxonicum,& n.53.

8 Et quidem hoc non solum procedit, si fur ultimo supplicio est affectus, sed etiam si ante condemnationem moritur,

Angel.tract.malefic.verb.etiam vestem cœlestem, nu. 18.ibi, quid si fur. Joann. Andr in addit.ad Specul.lib.4. part. 4. tit. de furt. in addit. ult. sub fin.vers.nota quod si fur.

9 Ita tamen, ut confessio furis, ante condemnationem mortui, si contra eum per viam accusationis ad instantiam Titii procedatur, eius heredibus solummodo, quoad Titium, noceat: non item, si contra eum ex officio per inquisitionis viam proceditur: tunc heredibus indistinctè, quoad omnes, præjudicat ejusmodi confessio,

August.Bonfrancisc.in addit.ad Angel.de malefic.verb. etiam vestem cœlestem.nu.18.vers. nam dicit, quod si judex.pag.388.

10 Nisi heredes furis mortui contra eius confessionem probare velint contrarium; tunc hæredibus nullo modo nocet,

Bl.in l.un.c.ex delict. defunct.n.10.ibi, modo dubitatur,& seq.August.Bonfranc.ad Angel.d.num.18 sub fin. vers.& limita prædicta.

11 Limitant vero, si reus in totum venit absolvendus, tunc enim nec civiliter condemnari potest ad restitutionem rerum,

Riminal.d.consil.Arimin.decis 106.nu.8.vol.1.Anton. Natta.consil.407.incip.pro defensione. n.13.sub fin.vers. quarto principaliter dicitur. nu.14. & n.seq.vol.2.Barthol. Bertazol. consil.232. (ubi quinq; elegantes rationes affert) incip. non possum.nu.1.vers.illud tamen procedit, & n.seq.vol.1. Farinac.(ubi etiam publicas rationes affert) in suo pract. crimin.lib.1.tit.1.quæst.1.n.6.ad ultimatum primo.& seq.

Vel, si de delicto furti non ex propria furis confessione, sed aliter, puta ex contumacia, 12

Bl.in l.qui crimen.C.qui accus.non poss.n.23.ibi item in criminali, Bertaz.d.consil.232.n.7 vers.secus si ex contumacia. & seq.vol.1.Jul. Clar.lib.5.sent.§ ult.quæst.2. nu.2.vers.secus autem, si illum. Prosper. Farinac.d.quæst. 1.nu.66.ibi, limita secundo, & nu. seq. Carol. Ruin.consil.35.n 4.& seq. vol.5. Roland. à Valle consil.30. incip. viso processu inquisitionis, nu.18.ibi, secundo pro ista, & n.seq. vol 2.

Vel per testes constet, Felin. in c. cum oporteat. x. de accusat.nu. ult.sub fin. vers. secus si ex contumacia vel per testes, & seq. 13

Contrarium tamen in hoc posteriori casu, quoad testes, rectius tradunt, 14

Carol.Ruin.consil.4.incip. circa dubium,num.4.vers. quia in hoc,& nu.5.vol.4. August. Bonfranc.in addit. ad Angel.de malefic. verb. per judicem maleficiorum,num.1. vers. secus si per alias, & seq. Jul. Clar. lib.5 sent. §.ult. quæst. 2.num.2.post med. vers.subdens quod licet,& seq. Farinac.d. quæst. in 66. vers sed quoad testem Roland.à Valle.d.consil.30.n.19.vers. & quamvis.vol.2.

Vel si id à parte non fuit petitum, nec officium judicis imploratum, 15

late Roland. à Valle.d. consil.30 num.11.vers.quibus non obstantibus,n.12.n.13.& seq.vol.2.Farinac.d.quæst. 1.n.67.

Quicquid sit de jure civili in aliis judiciis; in foro Saxonico hæc non observantur, & fur, vel eius hæredes, ad restitutionem rerum non tenentur, 16

ut supra.conclus.19.n.37.& seq.part.4.latius dixi.

Benè tamen verum est, quod quis suas res, furto sibi subtractas, ab eo, qui eas à fure etiam ignoranter emit, etiam nullo pretio refuso, vindicare non prohibeatur, 17

l.incivilem.2. C.de furt. l.si mancipium 23. C.d.R.V. l.super empt. 16. C. evict. elegant.Virgil.Pingiz.(ubi sex limitationes affert) quæst.49. nu.1.& seq.usq; ad nu 24. Jul.Clar. lib.5.sent. §.furtum, nu 26 Ioann.Koppen.decis.8.incip.hæc quæst.n.12.Ioann.Harppr.in §.furtorum, 3.instit.de obligat. quæ ex delict. nu.48.vers. etiam pretio non refuso.& in § ult.inst.eod. n.12.ibi, tandem pro complement.num. 13. & seq. Hostiens. in summ.tit.de pœnit. & remiss.§.quid de præda.(ubi limitat) num.61.in med. Alciat. (ubi etiam limitat) de præsumpt. regul.3. præsumpt.29.nu.3.& seqq.Natta.consil.436.incip.iste Marcellus.n.1.& seq.VVurmbs.lib.1. obser.tit.31.obser.1.n.1. Daniel Moller. lib.4. semestr.5.10. per tot. Menoch. (ubi ampliat & limitat) lib.5 præsumpt.29.incip.illa ipsa,n.9. & seqq.Roland.à Vall.consil.6 . num.15.vers.per quem textum dixit. & seq.vol.2. late (ubi limitat) in l.singularia.15 ff.de reb credit.n.14.

Etiamsi emptor in ipso contractu protestatus fuerit, quod eo casu, quo sit aliena, intendat eam emisse nomine domini, 18

elegant Marc.Anton.Natt.consil 436.incip.iste Marcellus.n.1.ibi,quia respondetur,num.3.& seqq.vol.2. Alciat.de præsumpt.reg.3.præsumpt 29. num.2.vers.sed ... & seq. Virgil.Pingiz.d.quæst.49.nu.2.post pr. & vers.sed istam opinionem, nu.3. & seq. Daniel Moller. lib.3.semestr.d.c.10. Menoch.lib.5.præsumpt.29.num.13. & seq.

& seq. Ægid. Boss. (ubi pulchras rationes affert) in suâ pract. crimin. tit. de furtu. num. 50. vers. sed eam non puto veram. Jul. Clar. lib. 5. sent. § furtum. d. n. 26. vers. & reperio. & seq.

19 Non obstante, quod contrarium velit

Hostiens. in summ. x. de pœnitent. & remission. n. 61 §. quid de prædam emmentibus, vers. quid si quis emat rem. Barthol. Capoll. caut. 19. Jason. in l. si pretium. C. de procurat. n. 2. vers. tu potes secundò.

20 Et non solùm res ipsas, si adhuc extant, repetere potest, sed etiam rerum æstimationem, si consumptæ fuerint; quod benè notandum est adversus eos, qui boves, vaccas, oves, porcos, & similia pecora emunt, & mactant,

Virgil. Pingiz. d. quæst. 49. [illegible] in princ. & nu. 24. & nu. seq. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. n. 26. sub fin. vers. si verò bona fide. Didac. Covarr. in c. peccatum de R. J. in 6. part. 2. §. 6. n. 1. & seqq. Menoch. lib. 5. d. præsumpt. 29. n. 18. & n. seq.

21 Et quidem si rei furtivæ, jam consumptæ, quantitas & valor sciri & probari non possit, defertur domino contra furem, vel alium emptorem, juramentum in litem,

Ludov. à Pegrer. decis. 23. incip. solent judices nu. 9. & seqq. Jul. Clar. (ubi ita quotidiè practicari dicit) lib. 5. sent. §. furtum. n. 18. & ibid. in addit. Joann. Bajard. n. 75. Prosper. Farinac. lib. 1. quæst. 24. num. 216. Daniel Moller. lib. 1. semestr. (ubi ita in judicando observatum testatur) c. 37. n. 14.

22 Imò emptor, si posteà eandem rem furtivam etiam ignoranter alteri vendit, nihilominus à domino eiusdem conveniri potest ad precium restituendum, quod exinde consecutus est,

latè Virgil. Pingiz. d. quæst. 49. n. 25. vers. tertius casus est. nu. 26. & seqq. n. 33. vers. sed & si hac specloré. & seqq. usq. ad n. 39.

Quamvis contrarium velit *Anton. Ursill. in §. sic. itaq. discretis. 14. instit. de action. n. 14. n. 15. 16. & n. seq. Virgil. Pingiz. (sibi contrarius) quæst. 19. incip. inter alia. n. 37. & seq. n. 39. & seqq. usq. ad fin.*

23 Plures ampliationes & limitationes ad hunc casum, an quis rem furtivam nullo precio refuso restituere teneatur, vel non, vide latè

apud Menoch. lib. 5. præsumpt. 29. incip. ille ipse. n. 11. & seqq. usq. ad fin. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 20. num. 2. & seqq. Virgil. Pingiz. quæst. 49. num. 1. & seqq.

24 Amplius quæritur, an pro rebus, furto subtractis, inveniendis liceat ædes vicinorum perquirere? Quod affirmatur, præsertim si quædam appareant indicia,

Angel. tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem. nu. 43. Jul. Clar. lib. 5 sent. §. furtum. nu. 3. Schneid. ad §. conceptum. inst. de obligat. quæ ex delict. nu. 2. Joann. Andr. in addit. ad Specul. lib. 4. part. 4. tit. de furt. in ult. addit. vers. pone suspicor. Joann. Harppretcht. in §. furtorum. 3. inst. de obligat. quæ ex delict. n. 2. vers. Nicol. Boër. decis. 174 incip. & videtur. nu. 1. & seq. nu. 4. vers. sed intellige. & nu. seq. J[illegible] Köppen (ubi declarat) decis. 8. incip. hæc quæstio. num. 1. & seq. nu. 5. & seqq. per tot. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. §. 5. verb. pro primâ vice, num. 18.

25 Imò vicini, si sint malæ famæ & conditionis, & contra eos est suspicio, etiam torqueri possunt,

Jason. in l. in actionibus. ff. de in lit. jurand. nu. 4[illegible]. sub fin. vers. bene facit illud. nu. 42. & nu. seq. Ægid. Boss. in sua pract. crimin. tit. de furtis. n. 44.

Ex his resultat alia quæstio: si res furtivæ apud furem, vel alium inveniuntur, an eas magistratus, vel judex loci sibi attribuere & applicare possit? 26

Quod negamus, sed vero domino sunt restituendæ,

elegant. Joann. Harppretcht. (ubi pulchras rationes affert) in §. furtorum. 3. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. n. 17. ibi, vicina superiori, & num. seqq. Joann. Bajard. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. § furtum. nu. 73. pulchrè Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 110. nu. 51. ibi, cum autem habentur, num. 52. & n. seq. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. nu. 133. vers. ad primum videlicet. fol. 257. Schneid. ad §. ult. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. num. 8. Andr. Knich. de jure Saxon. non provocandi verb. durum Saxoniæ. c. 5. de regalib. n. 148.

Quod etiam approbavit Imperator Carolus V. in der peinlichen HalsgerichtsOrdn. *art. 207.* von gestolner oder geraubter Haabe / so in die Gerichte kömpt *in princ.* 27

Et jamdudum in jure Saxonico decisum, 28 *Landr. lib. 2. art. 31. vers.* Dieberey oder Raub. *Zobel. in gloss. lat. ad text. germ. Landr. lib. [illegible] art. 25. lit. C. vers.* Darumb sol der Richter. *& in gloss. lat. ad d. art. 31. lit. B. & part. 4. differ. 36. nu. 11. Fachs. differ. 58. sub fin. vers. nota res furtiva. Matth. Coler. decis. 146. incip. quemadmodum, nu. 4. ibi, verum hic in genere. & nu. seq. part. 1. Schneid. ad d. §. ult. inst. de oblig. quæ ex delict. nu. 8. vers. de jure Saxonico.*

Hodiè ab Augusto Electore Saxoniæ repetitum est in eius Novellis, 29

part. 4. constit. 33. § ult. ubi in comm. Daniel Moller. n. 8. vers. porrò quod subjicit. & seq.

In tantum, ut nec consuetudo vel statutum in contrarium admittatur, 30

latè Virgil. Pingiz. (ubi rationes affert. contraria solvit, & ita à Scabinis Jenensibus pronunciatum testatur) quæst. 19. incip. inter alia. nu. 1. & seqq. nu. 7. vers. verum hisce omnibus. num. 8. & seqq. Zobel. in gloss. lat. ad text. german. Landr. lib. 1. art. 31. lit. B. vers. quæ tamen fieri subi est. Andr. Gail. (ubi contra hujusmodi consuetudines mandata sine clausulâ in causâ Consulum civitatis Hamburgensis, contra Duces Holsatiæ decreta esse testatur) lib. 1. obser. 18. incip. in quibusdam, nu. 2. vers. accedat pro confirmatione, n. 3. & seqq per tot.

Quæ assertio præter rationes à *Virgil. Pingiz. & Gail.* allatas manifestis verbis probatur in recessibus Imperii, sub Imperatore Ferdinando zu Augspurg *Anno 1559. §.* vnd nach dem an etlichen Orten / *fol. mihi. 523.* & in constitutionibus criminalibus Caroli V. *d. art. 207. post princ. vers.* ob es gleich an etlichen Orten *& seq.* 31

Sed quid, an res apud furem inventæ vero domino ita sunt restituendæ, ut ille nec impensas in capturam, torturam, custodiam, executionemq; furis factas magistratui refundere teneatur? 32

Negativè *Mense Junio, Anno 1619. ad consultationem M. Caspari Höfleri* Pfarrherrns zu langen Leibe JCti Facultatis Juridicæ Lipsensis pronunciarunt. Ob nun wol der Dieb erwer gefangener nicht gewesen / sondern auff Fürstlichen Befelich vom

Rath

Rath zu Schmöln eingezogen worden sonsten auch ohne das der Obrigkeit auff solche vnd dergleichen Verbrechere ein wachendes Auge zu haben obliget/ Dennoch aber vnd dieweil ihr selbst nicht in Abrede/ daß ihr erstlich auff den Thäter gerüget vnd denselben bey der Fürstlichen Regierung namhafftig gemacht/ auff welche ewre beschehene rüge dem Rath zu Schmöln zu inquiriren anbefohlen/ vnd derentwegen jhme Vnkosten verursachet worden: So seyd jhr neben den andern/ denen solche inquisition mit zu gute kommen/ die nothwendige Gerichtskosten vff vorhergehende liquidation vnd darauff erfolgte moderation dem Rath hinwieder abzutragen schuldig/ es were denn zu Schmöln durch eine beständige Gewonheit hergebracht/ daß der Rath daselbsten in solchen vnnd dergleichen fällen ohne Entgelt die Vnkosten alleine getragen/vnd vber sich geben lassen/ So werdet jhr/als der vnter jhnen mit Gütern gesessen/ mit denselben billich verschonet. V.R.W.

Contrarium tamen Scabini Lipsenses ad requisitionem eiusdem *Mense Octobr. Anno 1610.* rectius responderunt. Ob nun wol/ als jhr das jenige/ so man an Baarschafft vnd andern bey vorbemeltem Diebe funden/vnd euch zugestanden/ vom gedachten Rathe abgefordert/ man euch dagegen angemuthet/ die Vnkosten so auff diesen peinlichen Proceß gewandt/ abzutragen/ vnd wann solches erfolget/ ewerm suchen alsdenn raum gegeben werden sol. Do aber dennoch der Gefangene ewern fernern Bericht nach auff der Fürstlichen Regierung zu Aldenburg Befehl/ vnd demnach nicht auff ewer begehren/ Gefahr vnd Vnkosten eingezogen worden/ So weret jr angeregte Vnkosten zu erstatten nicht schuldig/ sondern es ist der Rath zu Schmöln euch das gestolene Geld neben andern Stücken/ so man bey dem Diebe funden/ vnd sie zu sich auffs Rathhauß in Verwahrung genommen/ ohne Entgelt vnd Beschwerung wiederumb folgen zu lassen schuldig/ V. R.W.

Per textum expr. in constitutione criminali Caroli V. *art. 213. incip.* vnd so sich *in princ.* ubi dicitur, do sich nun angezeigter peinlicher Handlung/ gestolene vnd geraubte fahrende Güter in einem Gerichtszwang erfunden/ dieselben dem/ der sie also verlohren hette/ vnd daß jhme solche gestolene vnd geraubte Haab zustendig/ abermals ohne Beschwerung wieder verschafft werden/ id est, quod res furtivæ in aliqua jurisdictione inventæ absq; ulla refusione impensarum & sumptuum vero domino debeant restitui; Et quidem in *d. art. 213.* illi duntaxat sumptus excipiuntur, qui in sustentationem pecorum sunt facti, unde patet, quod dominus rerum furtivarum reliquas impensas omnes refundere non cogitur; Id quod etiam aliquantò clariùs *in art. 214.* P. H. O. statuitur, ubi dicitur, daß der jenige/ der das seine wieder erlanget/ niemand nichts schuldig seyn sol/ auch zu klagen nicht genötiget werden/ sondern sol die Obrigkeit den Thäter nichts desto weniger von Amptswegen rechtfertigen/ vnd nach gelegenheit der Person vnd vberfahrung straffen lassen/ id est, quod dominus, qui res furtivas recepit, nulli aliquid refundere teneatur, nec ad agendum, vel accusandum cogi possit, sed judex ex officio inquirere, & reum debito supplicio afficere debeat. Nec est, quod quispiam opinari possit, hos textus loqui saltem de casu, ubi magistratus ex officio contra fures procedit: Quoniam ex constitutione criminali Caroli V. *art. 211. vers.* vnd der Ankläger gegen dem oder denselben. *& vers. seq. junct. art. 213. in pr. vers.* also nun angezeiget. *& art 214. per tot.* manifesto constat, quod in *d. art. 211.* non solùm de inquisitione judicis, sed etiam de accusatione & denunciatione domini agatur, ita ut is, denunciatione præmissa, juxta *art. 213.* res suas absq; ulla diminutione & onere recipiat, nec *juxta art. 214.* ad accusandum cogatur, sed judex ex officio reum condigno supplicio subjicere teneatur, Quod etiam vivam habet rationem, quia bono & gravi judici & magistratui incumbit, ut ex officio latrones, plagiarios, & fures conquirat, &, prout quisq; deliquerit, in eum animadvertat,

text. expr. in l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.

Quod autem ex officio judicis fieri debet, id absque ullo alicujus privati adminiculo expediri debet,

l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est jurisd.

Alias sequeretur, quod privatus eiusmodi sumptus sustinendo merum imperium exercere posset, quod tamen valde absurdum est, cum nullus privatus gladii potestatem habeat, & merum imperium exercere non possit,

l. ea quæ. 26. ff. ad municip. l. nemo. 70. ff. de R. I. l. solent. 6. vers. nec enim potest quis. ff. de offic. procons. ul.

Accedit & illud, quod hereditates caducæ, & vacantes ideo judici & magistratui conceduntur, & deferantur, ut is officium suum gratis administret, & inde cippos, numellas, compedes, patibola, & quæcunq; alia, quibus facinorosi pro merito castigentur, & ultimo supplicio afficiuntur, comparet,

Zobel. in gl. lat. ad text. german. Land R. *lib. 1. art. 28. lit. B. post princ. Gl. ordin.* im Weichb. *art. 59. nu. 3. vers.* vnd das ist das minist. *& nu. 4. Ioann. Schneid. instit. de heredit. quæ ab intest. defer. rubr. de success. fisci. n. 17. in med. Andr. Goldb. tract. de gerad. tit. de tertio ordine succedendi, nu. 9. & nu. seq. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 3. constit. ult. n 9.*

Unde etiam fit, quod magistratus expensas executionum criminalium a subditis regulariter exigere non possit.

Petr. Heig. quæst. 23. incip. nullum dubium. num. 1. & seqq part. 2.

Amplius quæritur, an fur puellæ, in matrimonium eum petenti, sit tradendus? 33

Affirmat *Paris de Puteo. (ubi Hispanos ita practicare testatur) tract. de Syndic. verb. pœna. vers. an si judex. n. 2. sub fin. vers. & alia, quæ nunc omitto. & nu. seq. pag. mihi. 690. Emanuel. Soarez. in thesaur. recept. sent. verb. meretricium. n. 133. Neviz in Sylv. nuptial. lib. 1. n. 62. Fulv. Pacian. lib. 2. de probat. c. 3 n. 52. vers. hinc etiam forsitan. nu. 53. & seq. Tiraq. de pœna temper. aut remittend. caus. 56. incip. quinquagesimo sexto supra omnes causas. nu. 1. & seq per tot. Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. de delict. nu. 13. nu. 17. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nun habeat abolitionem. nu. 96. & seq. fol. 239. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 98. nu. 6. ibi, quare etiam, & seq.*

Contra verò negat *Ioann. Schneid. ad princ. instit. de obligat.* 34

obligat. quæ ex delict. num. 2. vers. hinc etiam dicunt. & seqq. Joann. Harpprecht. in §. pœna manifesti. 5. ubi pulchras rationes affert) inst. eod. n. 71 ibi, illud denique n. 72. & n. 73. Matth. Coler. (ubi ita Jenenses Mense Martio, Anno 1601 quæstori Wimariensi respondisse testatur) decis. 237 incip. quærebatur, n. 3. & per tot. part. 2. Jacob de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 9. de lenonibus. nu. 33. vers. ex qua lege evidenter. & n. 34.

35 Alii hoc arbitrio judicis relinquunt, quod etiam mihi placet,

Virgil. Pingiz. (ubi ita in Scabinatu Jenensi pronunciatum refert, & aliquot casus, secundum quos judex suum arbitrium regulare debet, recenset) d. quæst. 8. incip. controversum & hoc est, nu. 3. vers. tertia est quorundam n. 4. & seq. per tot.

36 Præterea quæritur, si fur rupto laqueo vivus & incolumis in terram decidit, an iterum strangulari debeat?

Affirmant Hieron. Mustorn. tract. de jurisd. nu. 93. vers. sed meo quidem judicio. pag. 89. Cagnol. in l. favorabiliores. ff. de R. J. nu. 11. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 98. n. 9. ibi, ultimò quæro. usque ad fin. late. Joann. Harpprecht. in §. pœna manifesti. 5. instit. de obligat. quæ ex delict. n. 65. ibi, sed & hoc. non. nu. 66. & seqq.

37 Quod ampliant, etiamsi judex reum simpliciter ad furcam, seu ad suspendendum condemnaverit, nec in sententia expresserit, quod ibidem mori debeat,

latiss. Jacob de Bellovis. (ubi in utramque partem rationes pulchras affert) in sua pract. crimin. lib. 2. c. 14. incip. id est sciendum n. 4. vers. sed nunquid si judex. n. 5. & seqq. n. 10. in fin. vers. contrarium credo verius. n. 11. & seqq.

38 Econtra verò negat *Lucas de Penna in l. 1. C. de desert. & occult. col. 9. quem referendo sequitur Paris de Puteo tract. Syndic. verb. pœna vers. an si judex. n. 2. vers. si tamen iste damnatus. pag. 690. Anton. Gomez. tom. 2. var. resolut. c. 13. nu. 37. circa med. Virgil. Pingiz. (ubi ita Jenenses Mense Januar. Anno 1591. pronunciasse testatur) quæst. 7. incip. difficilis est controversia. num. 1. & seq. nu. 3. vers. veruntamen, si æquitatem. n. 4. & seq. per tot. Dec. in l. favorabiliores. 125 ff. de R. J. n. 8. Ægid. Boss. in sua practic. crimin. tit. de execut. sent. n. 25. P. Vesenb. in comm. ff. de pœn. nu 9. ante med. vers. ut si verbi gratia, & seq. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 44. n. 6. ibi, tertio adde, pag. mihi. 574. Andr. Tiraq. de pœn. temper. & remitt. caus. 64. incip. si damnatus ad mortem. num. 1. & per tot. Barth. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verbo vitam amittet. nu. 1 sub fin. vers. & etiam ponit de quæstione. fol. 208. & in d. rubr. 1. § 5. verb. nisi habeat abolitionem, n. 124. vers. addo & alium. fol. mihi. 251.*

39 Etiamsi in sententia dicatur, quod fur moriatur, *Lucas de Penn. in d. l. 1. C. de desert. & occult. col. 9. Chassan. ad consuetud. Burgund. d. rubr. 1. §. 5. verb. vitam amittit. n. 1. in fin. vers. etiam si ponatur.*

40 De Judæis etiam dubitari solet, quomodo isti pro furtis sint suspendendi, utrum instar Christianorum à collis, an verò à pedibus? Prius verius est, nisi aliud in quibusdam locis consuetudine sit receptum, propterea, quod Judæi jure communi Romano utuntur, & secundùm leges Romanas judicantur, & actionem excipere debent,

text. in l. Judæi communi. 8. C. de Judæis. Alex. consil. 13. nu. 3 ibi, & primo. & n. seq. vol. 7. Landr. lib. 3. artic. 7. vers. man richtet uber jhn/ sunt, *de populo Romano, & corpore civitatis illius, in qua degunt,*

Alex. consil. 99. nu. 3. ibi, sed Judæi, & seq. vol. 6. & d. consil. 13. n. 10. vol. 7.

Nullibi autem in universo jure Romano, vel apud quemvis populum de Romano Imperio invenitur, quod fur à pedibus suspendi debeat.

Ulteriùs, quia nullibi aliud sancitum est in Judæis furibus; ubi autem lex civilis non distinguit, tunc inter Judæum & Christianum servatur lex Christiana, *Alex. consil. 6. n. 3. vers. & dicit non obstare. vol. 6.*

41 Denique quod etiam Judæi pro furtis perindè ut Christiani puniantur, nec aliquâ pœna duriori afficiantur, tradit

Ludov. Roman. consil. 203. incip. quod primum. num. 9. & seq.

Atque ita sæpius inprimis verò ante trienniuin in civitate Numburgensi observatum scio.

Magna etiam inter interpretes juris solet esse controversia, si quis in alio loco furtum commisit, & posteà se cum re furtivâ ad hanc civitatem Lipsensem confert, & deprehenditur, an in hac civitate pro furto, alibi commisso, suspendi possit?

42 Affirmativè concludit *Bart. in l. si dominium. 47. per illum text. ff. de furt. nu. 2. ibi, & adverte aliquid facit. & in l. ei qui furti. ff. eod nu. ult ibi ultimo hac lex. & in l. si abducta. 10. C. eod. nu. 1. vers. nam ex mutatione domini. & seq. & in l. sed nec legatarius ff. de condict. furt. quem sequitur Bl. in c. 1. §. furtum. tit. de pace juram. firmand. & in l. cunctos populos. 1. C. de summ. Trinit. col. 14. n. 97. vers. & ponamus quod Perusinus. & seq. & in auth. sed novo jure C. de serv. fugit. num. 8. vers. item si unam rem quis. & in l. si abducta. 10. C. de furt. & serv. corrupt. n. 3. ibi, & prædicta faciunt. num. 4. vers. solutio satis videtur judicium. & num. 5. & in l. 1. C. de confess. (ubi hanc opinionem naturalem & æquam dicit) col. 6. n. 15. vers. quæro de tali quæstione & seq. & in l. qui furere. 20. (ubi hoc notandum dicit) ff. de stat. homin. num. 1 vers. per hoc dicit. & seq. & in l. sed nec legatarius. 11. ff. de condict. furt. num. 1. vers. una ex veteri. & vers. nam istud nota ad quæstionem, & seq. & consil. 471. incip. præsupponitur quod quidam socii. num. 1. & in princ. & vers. solutio aut furtum factum. & seq. vol. 3. Marian. Socin. (ubi hanc opinionem Bartoli decem millia hominum suspendi fecisse testatur) in c. 1. x. de rapt. n. 15. sub fin. Anton. de Butr. in c. ult. x. de furt. n. 6. Pet. de Anchar. eod. Raph. Fulgos. in d. l. si abducta. 10. C. de furt. & in l. sed nec legatarius. 11. ff. de condict. furt. Angel. tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem. num. 15. verb. quæro quid si fur. & vers. & istud est tenendum. & ibid. in add. lit. August. Bonfrancisc. nu. 16. vers. sed puta multoties vidi. & vers. seq. Joann. de Anan. in c. ult. x. de furt. Jacob de Aren. in l. dominium. ff eod. Paul. de Castr. in d. l. sive manifestus. 10. §. tam divi. 2. ff. de condict. furt. (ubi dicit, hanc opinionem practicari per totum mundum, eamque assessores, & judices habere pro Evangelio) col. 3. num. 13. ibi, & per hoc determinat. & seq. Angel. de Castr. (inter consil. patris sui Pauli de Castr.) consil. 458. incip. viso casu proposito. num. 2. ibi, secundo hoc idem probatur. & num. seq. vol. 2. Martin. Laudens. consil. 61. inter consil. crimin. diversor. num. 5. lib. 1. Nicol. Boër. (ubi hanc communiter in praxi servari testatur) decis. 13. incip. pro cujus decisione. nu. 47. ibi, & pro hac parte & vers. sed opinio. & n. seq. Ludov. a Pegver. (ubi ita in consilio regio Cathaloniæ. 6. Julii, Anno 1532. conclusum, & quendam laqueo in altâ furca suspensum*

fuisse refert) decis. 28. incip. Jacob Rome. n. 2. nu. 4. ibi, ego tamen hac in re. & num. seq per tot. part. 1. Mat[illegible] de Afflict. (ubi hanc communem dicit) in c. 1. §. injuria. tit. de pace juram. firm. in 3 notab. nu. 7. ibi, item quaero hic. & seq. fol. 637. Vesenb. in comm. ff. de furt. n. 5. in med. vers. atq; adeo quidem. & seq. Lanfranc. de Orian. in c. quoniam. x. de probat. c. 7. de confessione. n. 13. ibi, quaero Titius commisit. Felin. in c. postulasti. 14. x. de foro compet. n. ult. in fin. vers. & sicut quod Ch[illegible]in. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. simplex furtum. nu. 19. vers. quantum ad primum. & num. 15. fol. 133 & seq. Everh. in topic. in loco à tempore ad locum 75. n. 2. vers. ad decisionem [illegible] quaestionis. & seq. & in loco d. contractibus. ad delicta. 12. n. [illegible] ibi, reperitur quoq;. & seq Andr. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 16 n 30 ibi, observandum quoq;. & n. 31. Ant. Faber. (ubi ita 19. April. anno 1614. in Senatu Subaudiae observatum refert) in suo Codice lib. 9. tit. de poen. 26. defini. 22. n. 3. ibi, nisi tale crimen sit. & per tot. Ioann. Aloysius Riccius part. 2. collect. decis. 253. incip. furtum potest. in pr. Vincent. de Franch. decis. 681. incip. existente controversia. n. 1. in princ. Francisc. Marc. decis. 176. incip. quaeritur quando res furtiva. n. 1. part. 2.

Moventur, Tum (1.) *per text. in l. si dominium. 47. ff. de furt.* ubi mutatò dominiò nova nascitur actio furti: Ergo etiam mutatâ jurisdictione; cum argumentum de dominio ad jurisdictionem valeat, *l. qui furere. ff. de stat. homin.* adeò, ut neutrum praescribatur longo tempore absque titulo; sicut nec servitus, quae se habet ad instar dominii, *l. ult. C. ne de stat. defunct.* & si concedatur territorium, jurisdictio etiam concedi videtur, sicut dominium, cum dari res debet, & quod in eâ reperitur,

Bl. in l. 1. in ult. col. ff. de jurisd. Marc. de Mantua. singul. 603. nu. 1.

Tum (2.) quia prorogatio de loco ad locum valet, *l. si ut proponis. C. quomodo & quand. judex.* Sed exportando rem secum jurisdictionem prorogare videtur de loco ad locum, & est prorogatio juris & de jure, unde non habet locum poenitentia, *Bl. in l. si abducta. 10. C. de furt. n. 5.*

Tùm (3.) quia ex praesenti in praeteritum praesumimus, *l. si ibi qui C. ad l. Jul. de adult. l. quicunq;. 3. C. de apoch. publ.*

Fur autem ab initio ejus animi esse videtur, & ejus propositi, ut in aliud territorium se transferat securitatis causâ.

Tùm (4.) *per text. in l. quo destinaverit. 4. ff. de furt.* ubi fur est quis, si inventus fuerit in loco, quo rem perferre destinaverat.

Tùm (5.) *per text. in l. 1. C. de noxal. action.* ubi actio furti, quae non potest oriri ex prima contrectatione, oritur ex secunda. Sed ex prima contrectatione furis in illo loco facta, ibi actio non potest oriri, nec fur ibi puniri, cum ibi non reperiatur; Ergo orietur in hac civitate Lipsicâ, & consequenter etiam hic puniri potest.

Tùm (6.) *per text. in l. inficiando. §. infans. 2. ff. de furt.* ubi furti actio ratione temporis non tantùm pro infante, sed etiam pro adolescente, si apud furem adoleverit, competit. Ergo etiam actio furti non tantùm ex illo, sed etiam ex hoc loco nascitur, quoniam argumentum à tempore ad locum firmum est, *l. vinum. 22. ff. de reb. credit. Everhard. d. loco. 87. n. 2. in med.*

43 Negativè verò è diametro statuunt *Franc. Tigri. in l. qui ea. §. ult. ff. de furt. Anton. de But. in c. 1. x. de raptor. Cepol. (ubi hanc opinionem contra Bartolum dicit esse veriorem & aquiorem, & hodie magis communem) consil. [illegible] in 59. num. ult. Angel. (ubi Br. opinionem communem et de rigore juris reprobari testatur) in l. si dominium. 47. ff. de furt. n. 1. Iacob. de S. Georg. in l. si abducta. 10. C. de furt. n. 4. Abb. Panorm. (ubi hanc opinionem usque ad tempora Bartoli communem fuisse testatur) in c. 1. x. de raptor. num. 11. Jul. Clar. (ubi contra Bartolum secundum hanc opinionem in Senatu Mediolanensi saepissimè & in specie. 29. Novembr. Anno 1558. judicatum se vidisse testatur) lib. 5. sentent. § ult. quaest. 38. n. 16. vers. sed certè ego. & seq. Alex. in addit. ad Br. in d. l. si dominium. ff. de furt. nu. 2. lit. C. post princ. Pract. Papiens. (ubi dicit, licet Bartoli opinio sit aequa, ut compescat delinquentium maleficia. quod tamen non sit communis, nec per modernos de juris subtilitate approbata) in forma inquisitionis. gloss. contrectanda. nu. 2. ibi, sed nunquid. n. 3. vers. qua opinio licet. & seq. August. Bonfrancisc. (ubi in fine addit. ex suo consilio illustrissimum Herculem Ducem Ferrariae, ita observasse) in addit. ad Angel. de malefic. verb. etiam vestem caelestem. num. 15. nu. 16. vers. tamen reperio quod multi. & seq. usq; ad fin. pag. mihi 386. & seq. Marc. de Mantua singul. 603. incip. aliquis fecit furtum. num. 2. ibi, quibus tamen non obstantibus. num. 3. & seqq. Nellus de S. Gemin. tractat. de bannit. part. 2. tempor. prim. n. 5. vers. sed contra hanc facit. vers. mihi autem licet videantur. & seq. fol. 319. & seq. Joann. Harppecht. in §. poena manifesti. 5. inst. de obligat. quae ex delict. nasc. n. 62. vers. verum contraria sententia. & n. seq. Andr. Fachin. lib. 9. controvers. 1. 19. Ægid. Boss. in tract. crimin. rubr. de furt. num. 18. (ubi hanc communem dicit) vers. veritas tamen est. & seq. Didac. Covarr. lib. 2. var. resolut. c. 26. nu. 15. sub fin. vers. sed quia hac sententia. fol. 180. & pract. quaest. (ubi Bartoli sententiam jure non probari, nec admittendam esse dicit) quaest. 11. nu. 9. vers. verum quia. & seq. Hippol. de Marsil. in l. ult. ff. de jurisd. nu. 212. Pract. Conrad. de furibus. n. 22. Guid. Pap. decis. 202. n. 1. & seq. per tot.*

Rationes horum sunt: quia ex assidua contrectatione non nascitur nova actio furti, *l. ei qui furti. 9. ff. de furt.*

Ergo nec Reipubl. officium aliquod per ea, quae habentur *in l. non solum. §. quanquam. ff. de injur. l. cum lex. ff. de fidejuss. l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. Nell. de Bann. part. 2. tempor. 1. d. n. 5. vers. praeterea ut dictum fol. 320.*

Deindè, quia si per mutationem territorii, & contrectationem continuam committeretur novum furtum ex mutatione locorum, variari posset etiam furti qualitas, & sic ratione unius loci, si ibi esset deprehensus, esset fur manifestus, ratione alterius verò esset nec manifestus. Consequens autem falsum est, *l. fur est. 3. §. sed utrum 2. & l. seq. ff. de furt. Nell. de bannit. d. n. 5. vers. quia si per mutationem. Marc. de Mantua d. singul. 603. nu. 2. vers. quartò, quia si ex variatione. & seq.*

Tertiò, quia ad hoc, ut ex contrectatione nascatur actio furti, necesse est, ut contrectetur invito domino, *l. inter omnes. §. recte. ff. de furt.* Sed in novo territorio non potest fieri contrectatio, nisi invito illo, cui prius furtum fecit in alio territorio, sed illi ex primâ contrectatione nata fuit actio, ergo non potest nasci ex secunda, *l. ei qui furto ff. de furt. Nell. d. n. 5. vers. secundo quod.*

Quartò,

Quartò, quia dispositio *l. si dominium. 47 ff. de furt.* in qua Br. & ejus sequaces maximè se fundant, est facta contra regulam, *d. l. et qui furt. ff. eod.*

Ergo solùm in isto casu servanda est, nec ad consequentiam trahi debet, *l. quod verò. l. in his. l. jus singulare. ff. de legib. Nell. d. n. 5. vers. item dispositio.*

Quintò, quia si contraria Bartoli opinio procederet, sequeretur, quod non deberet fieri remissio ad locum delicti perpetrati;

Posterius falsum est, *Novell. ut nulli judic. 134. §. si verò. 5. l. si cui. 7. §. ult. ff. de accus. auth. si vero C. ad l. Jul. de adult. Nell. d. num. 5. vers. primo quia si id Marcus de Mantua. d. singul. 603. n. 2. post princ.*

Sextò, quia si licitum esset argumentari de dominio ad jurisdictionem, ratio Bartoli retorqueretur contra eum; quia sicut ex novo dominio non oritur condictio furtiva, *l. sed nec legatorius. 11. ff. de cond. furtiv.*

Ergo nec ex mutatione jurisdictionis datur nova accusatio.

Nell. d. n. 5. vers. secundò si licitum est. Bl. in l. si abducta 10. C. de furt. n. 4. ibi, præterea arguo.

Septimò, quia maleficium debet trahi ad suum principium, & illud inspiciendum est potiùs, quàm continuatio,

l. eum qui. §. in popularem. ff. de jurejur. Nell. d. num. 5. vers. tertium maleficium. Marc. de Mantua. d. singul. 603. nu. 2. vers. secundo quia initium.

Octavò, quia aliàs sequeretur, quot tot orirentur accusationes, quot fierent commutationes locorum, quoniam ex diversis commutationibus insurgunt diversa facta, *c. abbate de re judic. in 6.* & sic, si fur per totum mundum vagaretur cum re furtiva, posset à toto mundo puniri, quod esset absurdum,

arg. l. heres absens. 19 ff. de judic. Nell. in d. nu. 5. vers. præterea. & seq. Marc. de Mant. d. singul. 603. nu. 2. vers. tertiò quia si hoc. Bl. in d. l. si abducta. 10. C. de furt. nu. 4. vers. præterea sequeretur.

Nonò, quia de contractibus ad delicta valet argumentum, *l. omnem. ff. de judic. l. si verum ff. de re judic.*

Sed in contractibus attenditur locus contractûs, & isthuc, ubi celebratus est, partes remittuntur.

Novell. ut omnes obed. 69. c. 1. Marc. de Mant. d. singul. 603 n. 2. vers. septimo & ultimo.

44 Quæ tamen rationes parum urgent; Priores enim quinque rationes sufficienter diluit

Angel. tractat. malefic. verb. etiam vestem cœlestem. n. 15. in med. vers. non obstant rationes Doctorum. & seq. pag. 334.

Sextam rationem refutat ipsemet *Bl. in d. l. si abducta. 10. C. de furt. n. 5. vers. non obstat quod dixi.*

Ex septimâ ratione nihil concluditur.

Octava ratio etiam nihil ad rem, concedimus enim, ut jam dicetur, quod fur ubiq; locorum possit deprehendi & puniri.

Nona ratio falsa est, siquidem in contractibus remissio non habet locum,

latè Everb. in topic. in loco à contractib. ad delicta, 42. nu. 5.

Et posito, non tamen concesso, quod in contractibus remissio locum haberet, à contractibus tamen ad delicta tùm demum valet argumentum, quando in utroque est eadem ratio, nec contrarium reperitur expressè decisum, *Everhard. in d. loco. 42. n. 3.*

In furto autem hoc in casu in jure manifestò aliud est decisum, *ut paulò post dicetur.*

Alii dicunt, quod fur in alio loco deprehensus 45
non quidem ordinaria pœna furcæ, sed alia extraordinaria, sit puniendus,

Alex. in l. si dominium 47. ff. de furt. quem refert Boss. tit. de furt. nu. 18. Farinac. quæst. 7. n. 7. vers. sed quid erit faciendum. & seq.

Quicquid sit, cum hodiè, mutata Reipubl. Ro- 46
manæ forma, remissioni locus amplius non sit, nec judex alicujus loci requisitus à judice loci alterius cogatur criminosum remittere, sed contrario usu à constitutione Justiniani *in d. Novell. 134. c. 5.* sit recessum, *teste Hermann. Vultejo. in l. 1. C. ubi de crimin. agi oport. nu. 42. vers. quæ res hodie ita se. & seq.*

Nisi in quibusdam locis, ut in universa Germania, receptum sit, ut criminosus sub antigrapho, sive literis reversalibus (quod ejusmodi remissio nemini in sua jurisdictione præjudicare debeat,) de uno territorio ad aliud remittatur;

Harpprecht. in §. pœna manifesti. 5. instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. nu. 64. sub fin. Vult. d. l. 1. C. ubi de crimin. n. 42. in fin. Andr. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 16. n. 30. sub fin. vers. solent tamen plerumq. & n. 31.

Ideoque Bartoli opinio, quod scilicet fur ad locum furti commissi, nisi ex consuetudine literarum reversalium remissio fieri debeat, non debeat remitti, sed in quocunque loco furcæ pœna puniri possit, mihi verissima videtur, quemadmodum eam non solùm in Germania,

Joh. Harpprecht. d. §. pœna manifesti. 5. n. 64. in princ. sed etiam in universo mundo receptam esse testatur *Paul. de Castr. in l. sive manifestus. 16. §. tamdiu. ff. de condict. furtiv. nu. 13.* non quidem ob illas emendicatas rationes, *quas supra adduxi*, quoniam illæ admodum fragiles sunt, & probabiliter refutantur,

à Marco de Mantu. d. singul. 603. n. 3. usq. ad fin. Nell. de S. Gemin. d. part. 2. temp. 1. nu. 5. post med. vers. ad rationes in contrarium. & seq.

Sed ob alias, quæ solidiori fundamentô in jure nituntur, nempe per textum clarum *in l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.* ubi verbis disertis dicitur, quod quilibet præses vel magistratus in sua provincia sacrilegos, latrones, plagiarios, & fures conquirere, &, prout quisq; deliquerit, in eum animadvertere debet; Ecce textus luce meridiana clarior, qui nullam cavillationem admittit. Et ne quispiam putet, *in d. l. congruit. 13.* agi de illis furibus, qui in ea provincia, in qua conquiruntur, furtum commiserunt, adest alius textus, paulò clarior, *in l. 1. verb. vel ubi reperiuntur. C. ubi de crimin. agi oportet,* ubi generaliter dicitur, quod omnia crimina, quæ legibus vel extra ordinem coercentur, ibi, ubi vel commissa, vel incoata sunt, vel ubi reperiuntur, qui rei esse perhibentur criminis, puniri debeant, quæ verba (*vel ubi reperiuntur*) non de eo, qui & ibi domicilium habet, vel qui vagabundus est, sed generaliter, sive quis vagabundus sit, sive ibi etiam domicilium habeat, sive ibi saltem inveniatur, & alibi domicilium foveat, accipienda sunt,

sint, ut scitè ostendit *Herm. Vult. in d. l. 1. C. ubi de crimin. agi oport. nu. 37. & seq. n. 40. & seq.* Quod etiam evincit ratio *in d. l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.* assignata, ut scil. provincia malis hominibus careat, & ab eis purgetur; Quæ ratio generaliter sibi locum vendicat, etiamsi quis in eo loco, ubi deprehenditur, nihil deliquit, & furatus est. Quæ omnia etiam rationem habent, quia Reipub. interest, ne delicta maneant impunita, & ut malitiis hominum, maximè delinquentium, obvietur,

l. si a reo. 70. §. ult. ff. de fidejuss. Paul. de Castr. consil. 418. n. 2. vers. ad quod etiam. vol. 2.

47 Quæ assertio ampliatur sive per viam accusationis, sive inquisitionis procedatur; nihilominus enim fur alibi, quam in loco delicti, captus, pœnâ ordinariâ affici potest; *per text. elegant. in d. l. congruit. 13. verb. conquirere. ff. de offic. præsid.* qui textus propriè loquitur de inquisitione. Et quidem de eo, qui vel ratione domicilii, vel originis civis vel subditus sit eo in loco, ubi capitur, minus dubium est,

Chassan. (ubi communem, à quâ non sit recedendum, dicit) ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. simplex furtum. nu. 10. vers. limitat illud. & num. 12. per ea, quæ tradit Br. in l. 1. C. de summ. Trinit. n. 48. ibi, mihi autem videtur, & seq.

48 Idem tamen dicendum est de eo, qui neque ratione domicilii, neq; originis est subditus, nam & is in alio quocunq; loco per viam inquisitionis capi & suspendi potest, tùm *per text. generalem. in d. l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.*

Tum *per text. in l. 1. verb. vel ubi reperiantur. C. ubi de crim. agi oport.*

Non attento, quod contrarium statuat, *Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1 §. 5. verb. simplex furtum. num. 12. vers. sed quid in non subdito. & nu. seq. fol. 183. & seq. per text. in Clem. pastoralis. 2. vers. rursus. vers. punitio tamen eorum. tit. de sentent. & re judicat.*

Quæ tamen Clementina parùm urget, quia ea loquitur non solùm de eo, qui Imperatori neque ratione originis neque domicilii, neque feudi, nec alio modo fuit subjectus, sed qui nec in Imperatoris ditione & districtu inveniebatur; Ideoque Imperator contra illum rectè aliquid statuere prohibeatur,

per text. in l. ult. ff. de jurisd.

49 Deindè ampliatur, etiamsi fur in alio loco cum re furtivâ non inveniatur, sed solùm cum precio, quod ex venditione rei furto sublatæ redegit, ut quotidiana experientia docet; propterea, quod hodiè non tam furtum ipsum, quam lucrum ex furto proveniens in consideratione habeamus.

Deindè, quia precium semper succedit loco rei, quando habens precium est in dolo vel malâ fide,

Alex. in l. si eum. ff. de reb. credit. si cert. pet. num. 9. Paul. de Castr. eod. n. 6.

Furem autem esse in dolo, & malâ fide, quis unquam inficiabitur?

50 Quamvis contrarium velit *per text. in l. qui vas, 48. §. ult. ff. de furt. Bl. in l. 1. C. de confess. n. 14. sub fin. vers. sed si vendidisset rem. Angel. tract. malefic. verb. etiam vestem cælestem. nu. 15. sub fin. vers. secus si apportaret. & ibid. in addit. August. Bonfrancisc. nu. 16. post princ. vers. item sexto loco. pag. 184. Marcus de Mantua. singul. 60; incip. aliquis fecit. n. 1. sub fin. vers. sexto quia rei. fol. mihi, 62. Francisc. Marcus decis. 176. incip. quæritur quando res furtiva. n. 1. sub fin. vers. & hoc verum & nu. seq. part. 2. Joann. Aloys. Riccius collect. decis. 283. sub fin. vers. limita tertio.*

Qui tamen textus *in d. l. qui vas. 48. §. ult.* minimè obstat; Quoniam hodiè leges juris civilis quoad pœnam in materiâ furti parum attenduntur, cum hodiè pœna furti sit capitalis, quod olim non erat, *ut in præced. conclus. nu. 70. dixi.*

Imò ex iisdem rationibus statuo, etiamsi fur ne quidem cum precio in alio loco deprehendatur, quod nihilominus propter solum crimen commissum capi & ordinariâ pœnâ affici possit, quemadmodum semel atq; iterum in his terris observatum scio, Parum curans, quod *Bl. consil. 471. incip. præsupponitur quod quidam. n. un. post pr. vers. si verò res non fuerunt. vol. 3* aliud sentire videatur. 51

Tertiò ampliatur ex iisdem fundamentis, etiamsi fur ab initio non fuit eius propositi, ut in aliud territorium securitatis causa se transferret, sed fortuitò in alium locum pervenit; 52

Quamvis contrarium statuere me non lateat

Angel. in l. si dominium. 47. ff. de furt. col. in med. quem refert. August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. Aret. tract. malefic. verb. etiam vestem cælestem. n. 15. sub fin. vers. aliam limitationem dabat. pag. mihi. 384. col. 2.

Quartò ampliatur, etiamsi nonnulli putent, quod fur in alio loco capi & puniri non possit, nisi per spacium unius diei ibi resederit, 53

Bl. in l. qui furere. ff. de stat. homin. n. 1. vers. & intellige residentiam. Nicol. Boër. decis. 13. nu. 48. & seq. August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. etiam vestem cælestem. nu. 16. vers. item septimo intelligas. pag. 185.

Contrarium tamen aliquoties servatum fuisse recordor, idque per text. general. *in d. l. 1. verb. vel ubi reperiuntur. C. ubi de crim. agi oport.* 54

Deindè quia ratio, ut scilicet mali & reprobi tollantur, obtinet etiam si quis in alio loco per momentum saltem commoratus fuerit; Nullibi etiam in universo jure invenitur, quod ad impositionem pœnæ requiratur qualis qualis commoratio, aliàs sequeretur, quod pœnam furti evitare posset, si semper de loco in locum transiret, & nullibi per diem resideret, quod tamen valdè absurdum esset, & directò contrarium statuit

Angel. in l. abdita. 10. C. de furt. Nell. de bannit. part. 2. tempor. 1. n. 5. sub fin.

Quintò ampliatur, etiamsi furtum alibi commissum sit factum bannito, & ob id fur in illo loco puniri non potuit, nihilominus tamen in alio loco deprehensus rectè suspendi potest, per jura & rationes hactenus adductas; Quamvis aliud statuere videatur, 55

Angel. in l. si dominium. 47. ff. de furt. August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. Aretin. tractat. malefic. verb. etiam vestem cælestem. num. 15. sub fin. vers. item quartò addit.

Sciendum autem est, si in loco commissi furti alia & quidem mitior pœna imponatur, quàm in eo loco, ubi fur deprehenditur, quod fur secundum illam pœnam eius loci, ubi capitur, puniri debeat, 56

Chassan.

Chiffan. ad consuetud. Burgund. r... 1. §. 5. verf. simplex furtum. nu. 1 ibi, adamus tamen unum. & seq. per ea quae eleganter tradit, Br. in l. 1. C. de summ. Trinit. n. ... vers. super alio ... puniti. junct. vers. ex diversis. & seq. Bl. eod. n. 93. ... aut est executio judicii. & n. 98. in princ. & sub fin. vers. sin aliter credo. & seq. Angel. tract. malefic. verb. haec est quaedam inquisitio, n. 8. vers. quod tamen non placet.

Non obstante, quod contrarium statuat *Raph. Fulgos. in l. sive manifestus. §. tamdiu. ff. de condict. furt. & in l. si ablacta. 10. C. de furt. quem refert. August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. tract. malefic. vers. etiam vestem coelestem. n. 16. post pr. vers. octavo reperio, & circa med. vers. temperabat tamen hoc verum. pag. 185.*

57 Coronidis loco & illud observandum, quod licet secundùm communem, & in praxi receptam opinionem patibulum seu furcam quis in suo territorio tum demum erigere possit, dummodò vicinum territorium, cum umbra solis est longissima, non attingat, hominesq; spectatores possint circum circa stare super eius territorio, qui illam erexit,

Iohann. Schneid. tractat. feudor. part. 2. tit. qua res in feudum dari poss. nu. 75. Chrystoph. Zobel. in gloss. lat. ad text. germ. Land R. lib. 2. art. 50. lit. A. vers. modus verò erigendi. & seq.

58 Contrarium tamen hodiè servatur, & furcarum erectio toleratur, si distant à finibus vicini per viginti quatuor ulnas, quantumvis umbra projiciatur in fundos vicini, nisi aliter incommodetur vicinus,

teste Matth. Coler. dec. 144. incip. pro furto. num. 31. part. 1.

XLVI.

An is, qui cum rebus furto ablatis deprehensus delictum fatetur, locumq; simul & personas, ubi & cui furatus sit, indicat, sed de facto judex inquirens nihil certi de eo cognoscere possit, mortis supplicio sit afficiendus, & quomodo furtum probetur.

SUMMARIA.

1. *Si quis in genere furtum fateatur, sed nec res furtiva extet, nec de loco & persona, ubi, & cui furtum factum sit, constet, quomodo puniatur. n. 3.*
2. *Confessio simplex, nuda, & causam non habens, etiam in criminalibus confitenti non nocet.*
4. *Si res furto subtractae extant, sed de loco & persona, ubi, & cui factum sit furtum, non apparet, quid juris. numer. 6. 8. 9. 11. 12. 13.*
5. *In criminalibus ad condemnandum sufficit dolus in genere.*
7. *In criminalibus nemo ad mortem condemnari potest, nisi de delicto & corpore manifestò constet.*
10. *Nemo ex indiciis & praesumptionibus, etiam urgentissimis, ad poenam ordinariam condemnari potest.*
14. *Nemo ad poenam laquei condemnari potest, sive furtum in tormentis, sive sponte fateatur. 15.*
16. *Etiamsi furtum, quod confitetur, sit magnum, & quinque solidos excedat.*
17. *Item licet aliquis sit alias diffamatus, malae famae, & conditionis. 18.*
19. *Etiamsi quis se plura furta in diversis locis commisisse fateatur, si de nullo loco, & persona constat. 20.*
21. *Etiamsi quis dicit, se rem furtivam conbussisse, vel in mare projecisse, vel vendidisse, & pretium in suam utilitatem vertisse. 22.*
23. *Etiam si dominus compareat, & dicat sibi rem esse subtractam, nisi furtum sufficienter probetur.*
24. *Si quis plura furta fatetur, etsi saltem unum cum circumstantiis, & qualitatibus fuerit verificatum, poena laquei locum habet. 25. 26.*
27. *Si plures furtum unanimiter factum fatentur, sed de loco, & persona, cui factum sit, constare non possit, quomodo puniuntur. n. 28. 29. 33. 35. 36.*
30. *Conventio inhonestae societatis poenam auget.*
31. *Ex confessione plurium dubium aufertur.*
32. *Si plures hominem occidisse, & in mare projecisse fatentur, ordinaria poena puniuntur. n. 34.*
37. *Non sufficit, ut iudex suos officiales ad inquirendum emiserit, sed insuper etiam requiritur, ut furtum revera commissum probetur.*
38. *Furtum quomodo probatur, remissive.*

SI quis in genere fatetur, se furtum commisisse, 1 sed de re furtiva, loco & personis, ubi, & quibus factum sit, non constet, tunc extra omnem dubitationem est, quod eiusmodi confessioni non stetur, nec is poena mortis puniri possit, *Hippol. de Marsil. pract. crim. §. postquam. (ubi se ita consuluisse, & quendam à poena mortis liberasse dicit) nu. 24. vers. & ex hac doctrina & seq. Bl. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. nu. 9. ibi, sed pone quod quis. Aym. Gravet. consil. 262. incip. praesuppositor. nu. 3. vers. & in eo, qui fatetur furtum, vel 2. Aegid. Boss. in sua pract. crimin. rub. de furtis. n. 15. post pr. Angel. tract. malefic. (ubi dicit, & sic tu judex sis benè cautus, ne damnes animam & corpus tuum, quando fur consititur coram te maria & montes, & plura furta commisisse, quod velis dicta furta hic & alibi commissa verificare, at in destinando nuncium ad habendum informationem pro veritate, & in reperiendo furta, ita, quod appareant, quae distraxerit & quae pignoraverit, & quae penes se vel alium habeat, aliàs saepe innocentem condemnares, qui metu tormentorum, multa, & non vera confitetur) verb. etiam vestem coelestem. n. 15. ibi, quod si quis confitetur.*

Nov. Fact. Aug. par. 4. consil. 11.

pag.390. Barthol. Chas[illegible]an. ad con[illegible]etud. Burgund. rubr. [illegible] § [illegible] verb [illegible] vitam amitt. n.49. ibi, [illegible] ca[illegible] est [illegible] in fin. & seq. Mod. Pist. [illegible] quæst. 11[illegible]. incip. solet [illegible] num.1. in prin. part.3. Paul. de Castr. in d. auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. num.8 vers. si enim captus pro furto. Roland à Valle. consil.51 incip. judicantem oportet. nu.12. ibi, & hoc adeo processit. nu. 3. & 15. vol.1. Angel. Perusin. consil. 4[illegible]3. incip. super prædicto num. 2. ibi. careant igitur judices. & nu ult. in fin. Carol Ruin. consil.80. incip. puto quod omnino. nu.7 ibi, tertio respondetur. vol.4. Gravett. consil.29 incip. pro clariori. n.2 vers. adeo si quis confiteatur. vol.1. Tusch. tom.1. verb. confessio. concl.647. num.6.

Tum, quod eiusmodi confessio sit simplex, nuda, & causam non habeat;

2 Confessio autem nuda & simplex & causam non habens, etiam in criminalibus confitenti non nocet, ut ex ea damnari possit,

elegant. Hippol. de Marsil. in sua pract. crimin. § postquam. nu.20. vers. alium & habes casum, & nu.21. fol. mihi 568.

Tum, quod talis confessio sit nimis generalis & incerta, cum non constet de rebus furto subtractis, & ob id non valet,

arg. l.1. § item illud.24. ff. ad SC. Sillan. Bl. in d. auth. sed novo jure C. de serv. fugit. nu.9. post princ. & in addit. ad Specul. lib.2 part.3. tit. de sentent. & quæ eam sequuntur. in addit. [illegible] vol. pen. vers. item ista confessio. fol 410. Angel. Aret. de malefic. verb. etiam vestem cœlestem, n.25. post princ.

Tum, quod tali confessioni non stetur, cum agitur de pœna mortis vel corporali, cum nemo sit dominus membrorum suorum, & possit ita confiteri, volens mori,

l. non tantum. ff. de appell. Paul. de Castr. in d. auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. nu.8. vers. quia tali confessioni. & seq.

3 Non tamen diffiteor, quin judex aliquam saltem pœnam arbitrariam irrogare possit,

Consult. constit. Saxon. tom.1 part 4 quæst.32. nu.10. ibi, wenn aber die confessio. & seq. Paul. de Castr. in d. auth. sed novo jure. n.8. in fin.

Quoniam quis non facilè crimen confiteri creditur, cujus non sit reus, per ea, quæ tradit

Hippol. de Marsil. in pract. crimin. d. § postquam. nu.5. in [illegible] n.6. & seq.

4 Si verò de rebus furto subtractis appareat, sed de loco, & personis, quibus sunt subtractæ, certò non constet; prout in nundinis & mercatibus fieri consuevit, ubi quis indistinctè in variis tabernis mercatorum furatur, bursas abscindit, & alia surripit, sed captus, & cum rebus deprehensus certas personas, quibus furatus est, indicare nequit, major solet esse controversia, quomodo illi sint puniendi?

Non pauci sunt, qui dicunt, quod nihilominus pœnâ ordinariâ affici debeant,

Bl. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. n.90. ibi, sed quid si apparet. & seq. Angel. Aretin. tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem. nu.26. ibi. quæro quid si. pag.390. & in l.1. (ubi ita practicari se vidisse dicit.) § interdum. circa med. ff. si pars heredit. pet. Felin. in c. audita. 15. x. de præscript. nu. 2[illegible]. vers. item dic quando constat de furto. & seq. Carol. Ruin. d. consil. 80. incip. puto quod omnino, nu.6. vers. quia ad istud primo. & seq. vol.4. quem sequitur [illegible] in addit. ad [illegible] de malefic. (ubi idem refert [illegible] hoc est quod [illegible]. vers. & idem [illegible] in furto. pag. 32. Hippol. de Marsil. (ubi idem [illegible]atur) in sua pract. crimin. § [illegible] 17. post n.ed [illegible] constat furtum esse [illegible] seq. fol. 351. Iul. Clar. (ubi ex Angel. refert [illegible] judicio contradictorio obtentum, & [illegible] fuisse) lib. [illegible] sentent. § ult. quæst 4. num.4 [illegible] illum refert & [illegible] seq. Alex. consil. 23. in [illegible] fu. num.1 sub [illegible] vers. ad idem quod notat & nu. seq per tot. vol.6. Ioann. Bolard. in addit. ad Iul. Clar. lib. [illegible] § furtum num.1[illegible] & num. 76. Roland. à Vall. consil. [illegible]1. incip. Judicantum oportet. num.10. & seq. vol.1. Angel. Perusin. d. consil. 403. incip. super prædicto. nu.1. vers. licet igitur quis. & seq. & in l. falsus. § qui alienum (ubi ita Perusii in judicio contradictorio obtentum, & quendam fuisse suspensum testatur) ff. de furt. nu.3. Modest. Pistor quæst. 117. incip. solet dici. num.2. ibi, ego in contrarium. & seq. part.3. Nicol. Boër. (ubi ita in Gallia 3. Febr. Anno 1519. & Mense Decembri Anno 1529. judicatum refert) decis. 164. incip. videtur quod non. nu.[illegible] in princ. & sub fin.

Moventur, tum per gloss. c. ult. § libellorum. caus. 8. quæst.2. verb. Caio Sejo. vers. [illegible] quid [illegible] ad fin.

ubi gloss. generaliter dicit, si persona, cui crimen illatum est, ignoretur, quod reus nihilominus accusari, & de crimine convictus condemnari possit, *Bl. d. auth. sed novo jure. nu.10. post pr.*

Tum, quia in criminalibus ad condemnationem sufficit dolus in genere, quod ille, qui occupavit vel deliquit, habuerit animum offendendi, & furandi, 5

per text. in l. cum qui. 15. § si injuria.3. ff. de injur. late Alex. d. consil.23. incip. viso processu. nu.1. vers. sufficit ergo dolus. & num. seq. vol. 6. Bl. in l. si quis non dicam. [illegible]. C. de Episcop. & cleric. num.13. vers. adde quod in de[illegible] & seq.

Tum, quia nemini incertum est, quod quis in criminalibus ex apertissimis documentis, & indiciis ad probationem indubitatis ad mortem condemnari possit, *l. ult. C. de probation. c. sciant.3. caus. 8. quæst.2.*

Indiciis autem indubitatis furtum probatum esse præsumitur, si quis non tantùm cum rebus furto ablatis deprehenditur, sed & locum & tempus furti commissi, & dominum, cujus res esset, indicat.

Tum *per text. in l. qui sententiam 16. C. de pœn.* ubi tunc in eum debet ferri sententia capitalis, si vel propria eius confessione de delicto constet, vel tanta contra eum sint indicia, ut vix etiam ipse, quæ commiserat, negare possit; Hoc autem in casu non solùm sufficientia indicia, sed etiam ipsius furis confessio adest, ita ut ille furtum negare non tantùm non possit, sed potiùs constanter fateatur,

Felin. in c. afferte. 3. x. de præsumpt. n.10. & seqq. Nicol. Boer. d. decis. 164. n.5. post pr.

Tum denique *per text. in l. falsus. 43. § qui alienum. 4. ff. de furt.* ubi dicitur, quod ad furtum minuendum nihil facit, quod quis ignoret, cujus sit.

Alii verò econtra negant, & dicunt, quod judex furem non aliter ad furcas condemnare possit, nisi prius officiales & nuncios eò locorum, ubi, & quibus furtum factum esse fur confitetur, miserit, diligenterque inquisiverit, & se informari fecerit, 6

fecerit, an conf[illegible] ita ſe habeat, & revera furtum illis in [illegible] & perſonis factum fuerit, alias ſi ſecus [illegible], judex in Syndicatu tenea tur,

Angel. tract. maleſic. verb. quod fama publica. num. 108. verſ. unde ſi furtum dicitur. & verſ. etiam veſtem cæleſtem. num. 25. poſt prin. Petrus Paulus Pariſ. conſil. 153. incip. in iſta cauſa vertente. num. 8. in prin. & verſ. ubi inter cætera. & ſeq. vol. 3. Auguſt. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. de maleſic. d. verb. quod fama publica. num 115. in med. verſ. & idem dixit. pag. 206. Maſcard. de probat. concluſ. 831. num. 7. in med. vol. 2. Proſper. Farinac. in ſuâ pract. crimin. lib. 1. tit. 1. qu. 2. num. 14. num. 15. verſ. verum ſi ſequatur (ubi ita Romæ Anno 1568. contra quendam Naſum fuiſſe ſervatum dicit) & verſ. & memini me, & ſeq. Daniel. Moller. in comment. ad conſt. Saxon. part. 4. conſt. 2. num. 9. & conſtit. 33. num. 2. & ſeq. Hippol. de Marſil. conſil. 8. num. 1. & ſeq. & conſil. 2. num. 34. & conſil. 14. num. 12. vol. 1. & conſil. 134. num. 1. & num. ſeq. vol. 2. Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verſ. vitam amittet. num. 41. ſub fin. verſ. & ibi dicit. fol. 219. Matth. Coler. deciſ. 108. incip. rei abſentes. numer. 13. ibi, ideoq; & ſeq. part. 1. Paris de Put. tract. Syndic. verb. confeſſio. verſ. quoniam. num. 7. ibi, ſit etiam debet adhiberi. uſque ad fin. pag. mihi. 277. Vincent. de Franch. deciſ. 681. num. un. ſub fin. verſ. quia ex proceſſu. Joann. Aloyſ. Ricc. collect. deciſ. 283. verſ. hanc doctrinam. part. 2. Alex. conſil. 10. incip. circa primum. num. 1. & ſeqq. num. 4. verſ. hoc etiam videtur, & ſeq. vol. 7. Ægid. Boſſ. in ſua practat. crimin. rubr. de delict. num. 15. verſ. ſed quod quando fatetur, & n. ſeq. junct. num. 22. & ſeq.

Tùm (*1.*) *per text. in l. 1. §. item illud. 24. ff. ad SC. Syllan.*

Tùm (2.) quia hoc in caſu ſaltem ſunt præſumptiones furtum eſſe factum. In criminalibus autem nemo ex præſumptionibus, etiam urgentiſſimis, condemnari debet,

Albert. de Gandin. tract. de maleſic. tit. de præſumptionibus & indici. indubi. quæſt. 1. numer. 1. & ſeqq. Matth. ſingul. 288. incip. nota quod præſumptio. num. 2. Bl. in addit. ad Specul. lib. 2. part. 3. tit. de ſent. & quæ eam ſequunt. col. antep. verſ. ad mortem nemo. Felin. in c. auditis. 15. X de præſumpt. col. 16. num. 30. poſt med. verſ. tum quia ex præſumptione. & numer. 31. in princip.

Veluti etiam in individuo, quod in furto nunquam quis ex præſumptionib. condemnari debeat, tradit

Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. vitam amittet. num. 1. verſ. adverte tamen, & verb. niſi habeat abolitionem. numer. 40. ſub fin. verſ. adverte etiam fol. 219.

Tum (3.) quia regula univerſalis eſt in cauſis criminalibus, quod nemo ad mortem condemnari poſſit, niſi liquidò de delicto & corpore, cum omnibus circumſtantiis & qualitatibus conſtet, quoniam multi confeſſi ſunt delictum, qui tamen poſtea, re diligentiùs explorata, innocentes reperti ſunt,

late Proſper. Farinac. in ſua pract. crimin. lib. 1. tit. 1. quæſt. 2. num. 1. & ſeqq. num. 4. & ſeqq. num. 7. & ſeqq. per tot. Jaſon. in l. jusjurandum quod ex conventione. 17. §. ult. num. 20. poſt princ. & ſeq. ff. de jurejur. Joann. Franciſc. Ponzin. tract. de lamiis. num. 70. ſub fin. verſ. & propterea dicunt & num. ſeq. Jul. Clar. lib. 5 ſent. §. ult. quæſt. 4. numer. 1. & ſeq. Ajm. Gravett. conſil. 262. numer. 4. verſ. ſimiliter ſi quis fatetur, & ſeq. vol. 2. Angel. tractat. maleſic. verb. quod fama publica. num. 108. in princ. Boër. deciſ. 164. num. 2. & ſeqq. per tot. Mynſing. cent. 3. obſerv. 81. incip. ſpontanea delicti. num. 1. & ſeqq. Hippol. de Marſil. in ſua practica criminali §. poſtquam. numer. 6. & ſingul. 329. incip. plures ſunt caſus. num. 15. & ſeq. Bl. ad Specul. lib. 2. part. 2. tit. de confeſſion. poſt princip. verſ. Titius confitetur, & part. 3. d. tit. de ſent. & quæ eam ſequuntur. col. antepenult. in fin. verſ. Titius fuit confeſſus, & ſeq.

Tum (4.) quia ubicunque talis interpretatio capi poteſt, quæ in rei favorem & liberationem tendit, eam amplecti debemus, 7

l. Arrianus. 47. ff. de O. & A. l. abſentem. 5. l. interpretatione. 42. ff de pœnis l. rapienda. ff. de P. I Hippol. de Marſil. in ſua pract. crimin. §. poſtquam. n. 14. in fin. & n. ſeq.

Hic autem talis interpretatio haberi poteſt, quoniam fieri poteſt, ut illæ res, quas quis ſe furto ſubtraxiſſe putat, ſi dominus earum non appareat, pro derelictis habitæ fuerint, quarum furtum fieri non poſſe, in confeſſo eſt, §. *hoc amplius. 64. & § ſeq. inſt. de R D. & A. R. D.*

Hâc opinione ſtante, nihil obſtarent rationes in contrarium adductę, ſiquidem primæ, ex gloſſ. deſumptæ; ſufficienter ex tertia ratione hujus aſſertionis ſatis fit. Secunda tùm demum locum habet, ſi alicui ex dolo damnum illatum fuit, qui jam de damno conqueritur, tunc quis meritò ex dolo in genere punitur de delicto aliis, quàm in quem concepit, illato; Secus eſt in caſu noſtro, ubi nullus apparet, qui damnum allegat, & res furtivas repetit. 8

Tertia & quarta ratio ex ſecunda ratione hujus opinionis abundè refutantur.

Deindè ad illas ſufficienter reſpondet, *Maſcard. de probat. concluſ. 831. num. 6. & ſeq. vol. 2.* Textus ultimo loco adductus, etiam ſatis refutatur ex iis, quæ in præcedenti concluſ. *num. 17. dixi.*

Quicquid ſit, ego puto, quod fur hoc in caſu nec in totum abſolvi, nec pœnâ ordinariâ affici, ſed aliâ mitiori pro arbitrio judicis puniri debeat, 9
propterea, quod communis ſit DD. opinio, Si 10
quis ex indiciis, & præſumptionibus vehementiſſimis, & indubitatis condemnandus venit, quod non ordinariâ, ſed arbitraria puniri debeat,

Hippol. de Marſil. in ſua practic. crimin. §. poſtquam num. 50. poſt princip. verſ ſed alia minor, & num. ſeq. & §. quoniam, num. 29. & ſeq. & numer. 31. verſ. ſed contrariam partem, & num. ſeq. Bl. in l. ejus qui. 8. §. 1. ff. de teſtam. num. 6. verſ. ſexto probatur, & in l. ſciant. ult. C. de probat. numer. 16. Alex. conſil. 188. incip. viſo proceſſu, numer. 12. ibi, tamen quia ubi quis. vol. 7. Angel. tractat. maleſic. verb. quod fama publica, num. 13. & ſeqq. junct. 18. ſub fin. & ibid. in addit. Auguſt. Bonfranciſc. num. 21. Philipp. Dec. conſil. 175, num. ult. col. ult. verſ. præterea etiam, vol. 1. Nicol. Boër. deciſ. 164. nu. 6. ibi, quod dicendum. Felin. in cap. tertio loco. 5. X. de probationib. numer. 8. & in cap. auditis. 15. X. de præſumpt. num. 30. in med. Angel. Peruſin. conſil. 178. incip. viſis actis. numer. 2. numer. 3. verſ ſi quam ergo pœnam, & conſil. 298. incip. pro prædictis. numer. 2. & ſeqq.

seqq. usq. ad fin. Gabr. Sarayn. in add. ad Matth. Matthes. singul. 37. n.9. vers. & dato quod, & seq.

11 In foro Saxonico de hac quæstione olim etiam magna erat concertatio, an fur, si de loco & personis, quibus furtum factum esse dicitur, non constet, suspendi debeat, nonnullis affirmativam, aliis negativam amplectentibus, ut videre licet, apud

Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 32. nu. 12. & seqq. Bes. ad l. admonendi. 31. ff. de jurejur. num. 115. Modest. Pistor. quæst. 117. numer. 1. & seq. per tot. part. 3.

12 Frequentius tamen in eam sententiam pronunciabatur, quod fur pœna ordinaria puta laqueo, non sit afficiendus, sed solummodo fustigatione, & perpetuo exilio, Daß er allein mit Staupschlägen ewig zu verweisen / vnd am Leben nicht zu straffen sey, testibus *Consult. const. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 5. n. 14. ibi,* Etliche halten / *& tom. 2. part. 4. quæst. 33. n. 1. & seq.*

13 Quam posteriorem sententiam etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis. *part. 4. constit. 33. post princ. ubi in comm. Daniel Moller. num. 6.*

14 Quæ assertio indistinctè procedit, etiamsi quis in torturâ & tormentis confessus fuerit, & res furtivas indicaverit; tamen si de loco & personis non constet, solummodò pœnâ extraordinaria puniri potest,

Hippol. de Marsil. in sua pract. crimin. §. postquam, num. 5 sub fin. num. 6. & seqq. junct. num. 24. vers. & ex hac doctrina, & seq. quoniam rationes, suprà adductæ, æquè obtinent, si quis in tormentis, quam si sponte, confessus fuerit, *Hippol. de Marsil. singul. 329. incip. plures sunt, n. 9.*

15 Non attento, quod in spontaneâ confessione contrarium velit,

Gaudin. tractat. malefi. rubr. de quæstion. & torment. vers. quis sit effectus quæstionis, & seq. quem sequitur August. Bonfrantiscus, (ubi communem dicit) in addit. ad Angel. de malefi. verb. quod fama publica, nu. 112. sub fin. vers. tandem concludit, & seq. pag. 205. Thomas Gramm. decis. 48. num. 6. vers. tamen hoc, num. seq. & n. 10. Alex. consil. 10. incip. circa primum, nu. 2. vers. tamen fallit, vol. 7.

16 Deinde procedit, etiamsi furtum esset magnum, & quinque solidos excederet,

Novell. Elector. August. part. 4. d. constit. 33. vers. wenn gleich der Diebstal groß / *ubi in comm. Daniel Moller. n. 6. post pr.*

17 Item procedit, etiamsi fur alias sit diffamatus, inculpatus, malæ vitæ & conditionis,

August. Bonfranc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. quod fama publica, num. 114. in princip. & vers. sed dubito de illa decisione. & verb. etiam vestem cœlestem. numer. 26. in med. vers. colligitur ergo junct. vers. sed adverte, quin etiam, pag. 395. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. part. 1. quæst. 2. num. 15. in med. vers. & ibidem fol. 18. post princ.

18 Quamvis contrarium statuat, *Carolus Rum. consil. 50 incip. puto quod omnino, numer. 6. vers. secundò respondetur, vol. 4. per doctrinam Bl. in l. si quis in hoc genus. 10. C. de Episc. & cleric. num. 3. vers. hoc verum sit talis, & seq. Angel. in l. 1. C. de confess. n. 4.*

19 Præterea procedit etiam, si quis plura furta in diversis locis & temporibus se commisisse fateatur, si tamen de nullo loco, & persona constet, pœna ordinaria sibi etiam non vendicat locum, ut quotidiana experientia testatur, quoniam judex non minus certus esse debet de rei veritate, ut omnibus circumstantiis & qualitatibus, si quis plura delicta, quam si unum saltem, fateatur.

Quamvis *Angel. Perusin. consil. 402. incip. super prædicto. n. 2. vers. salvo nisi in accusatione, & seq.* contrarium statuere, me non lateat. 20

Ulterius procedit, etiamsi fur dicat se res furtivas combussisse vel in flumen projecisse, 21

Marian. Socin. in c. qualiter & quomodo. X. de accusat. n. 112. vers. item debet esse prudens, & nu. seq. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 1. quæst. 2. n. 15. sub fin. vers. ad quæ vide omnino. post princ.

Vel aliter consumpsisse & in utilitatem suam convertisse, *Paris. de Put. tract. syndic. verb. confessio vers. quoniam num. 7. pag. 277.* propterea, quod & tunc saltem præsumptiones furti commissi adsint, incertumque sit, si de loco & personis non constet, an furtum vere sit factum, nec ne. 22

Imòquamvis dominus ipse, cui quis furtum fecisse fatetur, compareat & fateatur, rem sibi esse subtractam, tamen si de corpore surrepto aliunde non constet, nec aliter probetur, furtum esse revera commissum, pœna laquei etiam non habet locum, veluti ita Senatum Subaudiæ, 4. Calend. Decembr. Anno 1590. judicasse, testatur 23

Anton. Faber. suo Codice lib. 6. tit. de furtis. 2. def. fin. n. 2. ibi, de quo rursum, & n. seq.

Limitatur notabiliter, si quis plura & ferè infinita furta se commisisse fateatur; tunc enim si saltem unum vel duo verificentur, & de locis & personis, ubi, & quibus facta sunt, constet, is meritò laqueo suspendi debet, etiamsi reliqua non ita sint liquida & verificata, 24

Thom. Gramm. decis. 48. recip. Ioannes de Vicinaucio num. 1. & seqq. per tot. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 1. quæst. 2. numer. 15. sub fin. vers. quod tamen locum non habet. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum, num. 27. vers. item adde.

Quemadmodum & in Saxonia jam olim receptum fuisse apparet ex *Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 32. numer. 17. ubi,* da aber ein solcher Dieb. *& seq.* 25

Non obstante, quod contrarium directò defendere conetur,

Joann. Harpprecht. in §. pœna manifesti. 5. instit. de oblig. quæ ex delict. num. 58. ibi, quid verò dicendum, & numer. seq. Bartbol. Bertazol. consil. 4. incip. dubitationes subtiliter, numer. 18. vers. quod vero attinet, & num. 19. vol. 1.

Quæ limitatio procedit, etiamsi hæc furta, quæ ex circumstantiis locorum, & personarum verificantur, sint levia & tenuia, pro quibus alias pœna non soleat imponi, attamen cum alia etiam furta ex confessione concurrunt, fur meritò suspendatur, etiamsi alia furta, quæ pœnam augent, verificari non possint, 26

Prosper. Farinac. (ubi ita Romæ in judicio contradictorio, Anno 1599. observatum refert) in sua practica crimin. lib. 1. tit. 1. quæst. 2. n. 15. in fin. vers. quem tamen ego apud judicem, & seq.

Sed quid, si plures societatem furandi ineant, & in 27

& in diversis nundinis multa furentur, postea verò deprehensi, & distinctis carcerib. inclusi unanimiter fateantur furtum, mercatorem autem vel dominum, cui furati sunt, indicare non possint, quanam pœna puniri debent?

28 Et quidem, si duo vel plures furtum contra socium fateantur, quod eorum confessio tertio socio, qui factum negat, non noceat, nec aliqua pœna illi imponi possit, tradit

eleganter Bl. consil. 497. (ubi pulchras rationes affert) incip. de accessorio delicto. num. 1. vers. unde si verbi gratia, & num. seq. usq; ad fin. vol. 1. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 21. n. 9.

29 Si verò plures furtum confiteantur, sed vel locum, vel dominum, ubi & cui factum sit, nominare non possint, an contra illos ipsos confitentes pœna ordinaria locum habeat, majus dubium esse potest? Videtur dicendum quod sic, veluti ita VVitebergenses pronunciasse testantur

Consult. const. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 32. num. 7. ibi, in diesem fall *num. 8. num. 9. 10. & 11.* & in specie etiam tenet, *Modest. Pistor. quæst. 117. incip. solet dui, num. 2. & seqq. per tot. part. 3.* Pro quorum assertione facit, *text. in l. qui sententiam, 16. vers. aut certe omnium, C. de pœn.* ubi manifestis verbis dicitur, si plures socii criminis sint capti, & consilio omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerunt dediti, in unum conspirante, concordanteque rei finem, delictum fuerit detectum & probatum, quod tunc rectè pœna ordinaria mortis imponi possit.

30 Deindè quia conventio inhonestæ societatis pœnam auget,

Consult. constit. Saxon. d. tom. 1. part. 4. quæst. 32. num. 9. sub fin.

31 Præterea, quia ex confessione multorum dubium aufertur,

Consult. d. tom. 1. part. 4. quæst. 32. n. 9. & seq.

32 Denique, quia ubique Dd. tradunt, si plures latrones confiteantur, se hominem occidisse & projecisse in mare, posse eos ex tali confessione condemnari, si modò sint malæ famæ, & soliti versari juxta mare, ita ut verisimilis sit eorum confessio, licet aliter de occiso homine non constet,

Modest. Pist. d. quæst. 117. numer. 3. ibi, sic tradunt. part. 3. Angel. in l. 1. C. de confess. in 2. col. quem sequuntur August. Bonfranc. in addit. ad Angel. Aretin. tract. malefic. verb. etiam vestem cœlestem, num. 26. in princ. vers. tu autem in hac materia, & vers. seq. Jason. in l. jusjurandum, quod ex conventione. 17. §. procurator. ult. ff. de jurejur. num. 22. vers. ubi hoc ultimum, & seq. Carol. Ruin. consil. 80. incip. puto quod omninò, col. ult. num. 7. sub fin. vers. & subdit etiam quod alio casu. vol. 4. Alex. consil. 79. num. 3. vers. dicit tamen vidisse. vol. 7.

Eodem igitur modo si plures capti sint malæ famæ, & soliti in nundinis & mercatibus versari, ibique sæpius visi sunt, eorum confessio verisimilis videbitur, ita ut ex eâ meritò pœna laquei dictari possit.

33 Verùm cum textus *in d. l. qui sententiam, 16. C. de pœn.* solummodò intelligi debeat de illis delictis, in quibus signa non remanent, ut sit in adulterio & aliis damnabilibus coitibus,

Mascard. de probat. conclus. 831. numer. 7. Ægid. Boss. in practic. crimin. tit. de delicto. numer. 19. post princip.

Secunda verò & tertia ratio nullo juris textu probetur, & si vel maximè probaretur, tamen non sufficeret ad pœnam ordinariam imponendam.

34 Contra quartum fundamentum etiam expressè sentiat & dicat, quod contra illos, qui se hominem occidisse, & in mare projecisse fatentur, pœna ordinaria locum non habeat,

Ægid. Boss. in sua pract. crimin. tit. de delictis, num. 15. post princip. vers. & hac opinio etiam est vera, pag. mihi. 3. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 1. quæst. 2. num. 10. junct. num. 11. ibi, verum hæc limitatio, & seq.

Et licet vel maximè hoc fundamentum verum esset, illud tamen tantùm obtineret in publicis latronibus & grassatoribus, non item in aliis delinquentibus,

Georg. a Rotschitz in suo processu, part. 2. cap. 11. sect. 5. num. 10. vers. Als erstlich Strassenräuber/ *& seq. pag. 124.*

35 Ideoq; Scabinis meritò aliud placuit, pronunciantibus, hoc in casu non pœnam ordinariam, sed saltem fustigationem cum perpetuâ relegatione, posse imponi, testib.

Consult const. Sax. tom. 2. part. 4. quæst. 93 numer. 2. vers. Und ob jhr gleich viel weren/ *& seq.* quibus addatur *Nicol. Boër. decis. 319. num. ult. sub fin. vers. si clamaret occidere quam post regressum usq; ad fin.* propterea, quod hoc nihil sit aliud, quam confessio socii contra socium facta, quæ per rerum naturam ad condemnationem non sufficit,

Bl. d. consil. 497. num. 1. & seq. lib. 1. Tusch. tom. 2. pract. conclus. verb. confessio, conclus. 654. n. 1. & seqq.

Deindè, quia fieri potest, ut ejusmodi confessio non tàm ex furto, quam ratione alicujus improbi consortii facta fuerit; quoniam non rarò homines leves, & futiles inveniuntur, qui inhonestam aliquam societatem ineunt, eamq; non solum, dum viverent, se servaturos, sed etiam morte confirmaturos, se arctè & mediante juramentô obligant, quod ut eò meliùs procedat, fingere possent aliquod furtum, quod, si postea capti & deprehensi fuerint, fateri velint ad hoc, ut societatem illam una cum vita finiant, quemadmodum ante paucos annos factum recordor, ubi in vicinâ quadam civitate aliquot fures capti, inter quos etiam unus erat innocentissimus, & furti minimè conscius, sed quia antea cum illis ejusmodi impiam societatem contraxerat, eamq; firmiter usque ad mortem servare promiserat, ille miser homo metu perjurii fortuiti, ob quod alii capiebantur, etiam fatebatur, in confessione usq; ad condemnationem furcarum perseverabat, sed ubi ille primùm suspensus & suffocatus erat, ad petitionem aliorum, qui verebantur, ne ille, si ipsi prius strangularentur, confessionem revocaret, & rem, ut per se erat, detegeret, illum exculpabant, eumque innocentissimum esse prædicabant. Quapropter cum ejusmodi confessio in alium sensum accipi possit, meritò à pœnâ ordinaria abstinemus, & propter præsumptum furtum tantùm pœnam fustigationis cum perpetuâ relegatione dictare debemus.

36 Veluti etiam hanc opinionem verbis disertis approbavit, & confirmavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Nov. ll.

part. 4. const. 33. vers. Vnnd ob jhr auch gleich viel weren/ *ubi in comm. Daniel Moll. n. 6.*

37 Notandum autem est in hâc materiâ, quod non sufficiat judicem misisse suos officiales ad illum locum, ubi quis furtum se fecisse fatetur, ad explorandum, an hoc ita in rei veritate se habeat, sed insuper requiritur, ut apertè & manifestò constet, furtum reverà esse commissum & rem furreptam,

elegant. Roland. à Vall. consil. 51. incip. judicantem oportet, num. 14. vers. nec obstare habet, num. 15. & seq. vol. 1. Hippol. de Marsil. in sua pract. crimin. §. diligenter, n. 19. & n. seq.

38 Quomodo autem & quibus conjecturis furtum probetur. vide

latè Mascard. de probat. conclus. 830. 831. 832. 833. & seq. per tot. part. 2. Jacob. Menoch. lib. 6. præsumpt. 61. num. 21. & seqq. usq. ad num. 51. Prosper. Farinac. in sua practica criminal. lib. 1. tit. 1. quæst. 2. numer. 15. 16. & seq. Alciat. de præsumption. reg. 3. præsumpt. 29. Alex. consil. 5. num. 1. & seqq. vol. 3. Jul. Clar. libr. 5. sent. §. furtum, num. 5. & ibid. in addit. Ioann. Bajard. num. 13. 14. num. 26. & seq. num. 205. & seq. Roland. à Vall. d. consil. 85. numer. 16. & seqq. vol. 1. Petr. Paul. Paris. consil. 156. num. 32. & seqq. vol. 4. Br. in l. si quis §. an & heredi ff. de edend. num. 3. & seqq. Angel. tract. malef. verb. etiam vestem cælestem, numer. 28. Joann. Harprecht. in §. furtorum. 3. inst. de oblig. quæ ex delict. num. 14. & num. seq. Bersat. consil. 1. num. 1. 41. consil. 40. numer. 9. & seq. consil. 66. sub lit. A. consil. 112. lit. A. & num. 1. & seq. consil. 213. num. 4. & seq. consil. 336. lit. D. & consil. 434. numer. 27. & seq. Ludov. Gilhaus. in sua arbor. jud. crimin. part. 1. c. 6. §. 30. & §. 31. num. 1. & seqq. per tot. Matth. de Afflict. in c. 1. verb. furtum incip. 3. nota ex textu ibi, furtum de pace juramenti. firmand. n. 15. & seqq.

XLVII.

De Sepulchro violato, & pœnâ illorum, qui cadavera sepultorum effodiunt & spoliant.

SUMMARIA.

1. *Quomodo puniuntur, qui cadavera defunctorum effodiunt & spoliant, si civiliter agitur, num. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*
8. *Si criminaliter proceditur, quomodo puniantur, tam de jure communi, quam Saxonico, num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. ubi ampliationes & limitationes.*
15. *Quomodo quis cadavera defunctorum spoliare dicitur.*
24. *Quomodo & quibus casibus pœna violati sepulchri vel cadaveris non habet locum. vel alia mitior imponitur, nu. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.*
37. *Quomodo punitur, qui cadaver defuncti non spoliat, sed tantum violat, puta vulnerat vel caput abscindit, n. 38. 39*
40. *Injuriam cadaveribus defunctorum illatam lex ipsa ad animum revocat pro reliquiis defunctorum.*
41. *Quomodo puniatur, qui tantum sepulchrorum violat epitaphia, imagines, statuas, & alia monumenta frangit & aufert. 42. 43.*
44. *Spoliatus, cadavere non sepulto, an sit restituendus, maximè in casu turbatæ jurisdictionis.*
45. *Quomodo punitur qui cadaver defuncti sequestrat & sepeliri impedit, donec de credito suo satisfiat.*

POstquam Elector Saxoniæ Augustus in genere plenè tractavit, quânam pœnâ fures sint afficiendi; nunc peculiares quasdam species furtorum aggreditur, & initium facit ab illis, qui sepulchra violant, cadavera sepultorum effodiunt, & spoliant, quomodonam sint puniendi? 1 Nov. Elect. Aug. per 4. const. 14. in prin. & §. 1.

Et tunc si civiliter agitur, competit non solùm interdictum quod vi aut clam, 2

text. in l. is qui 11. §. si quis. 2. ff. quod vi aut clam. l. si sepulchrum. 2. ff. de sepulchro violato, ubi gloss. in verb. aut clam. & in l. res religione in verb. crimen, C. eod. Matth. Coler. decis. 147. incip. extat, numer. 6. part. 1.

Sed etiam datur actio in factum, si actor fuerit cognatus & propinquus defuncti, & violator sepulchri pro judicis arbitrio condemnatur, quantum ei æquum videbitur, 3

text. in l. prætor ait 3. in princip. ff. de sepulch. viol. Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 387. incip. sepulchrorum violatores, numer. 6. sub fin. & num. seq. Tiber. Decian. in tractat. crim. tom. 2. lib. 6. c. 41. incip. leges Romanas, num. 8. Farinac. lib. 1. tit. 3. quæst. 20. n. 124.

Quod tamen arbitrium ita moderandum est, ut judex reum nunquam minoris condemnet, quàm condemnaret extraneo agente, 4

d. l. prætor ait. 3. §. qui de sepulchri, 8. ff. de sepulch. viol. Menoch. de cas. 387. n. 7. vers. quod quidem.

Extraneus autem si agit, quod ei tùm demum permittitur, si nullus ex propinquis agere velit, 5

d. l. prætor ait, 3. vers. si nemo erit, ff. de sepulchro violato, quoniam actio hæc est popularis, *d. l. prætor ait. 3. §. ult. ff. de sepulch. viol.* tunc violator in centum aureos condemnatur, *d. l. prætor ait. 3. vers. et centum aureos. ff. de sep. viol. Menoch. d. cas. 387. num. 10. Matth. Coler. decis. 147. incip. extat. num. 5. Tiber. Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 6. d. cap. 41. num. 9. & c. 43. num. 2. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. libr. 1. cap. 10. numer. 42. vers. una est civilis, & seq.*

Si verò quis in loco sepulchri ædificet, vel quid aliud, quàm quod sepulchri causâ factum sit, habeat, is ducentorum aureorum pœnâ mulctabitur, 6

d. l. prætor. ait 3. vers. si quis in sepulchro, ff. eod. Menoch. d. cas. 387. n. 10. sub fin. Matth. Coler. d. decis. 147. n. 7. part. 1. Tiber. Decian. d. c. 41. n. 11. & seq.

Et

7 Et præter hanc pœnam violator sepulchri etiam infamiam incurrit,

text. express. in l. sepulchri, 1. ff. de sepult. Matth. Coler. d. decis. 147. num. 9. Tiber. Decian. in tractat. crimin. tom. 2. lib. 6. c. 43. incip. infamiam, num. 1. & seq. VVesenb. in comm. de sepulchro violato, num. 2. vers. ex hoc edicto, & seq. Schneid. in §. vel gioquin. 9. instit. de R.D. & A.R.D. num. 6. Non attento, quod contrarium velit, *gl. in c. sicut judæi. 9. X. de Judæis & saracen. verb. effodere vers. alii dicunt,*

8 Si verò criminaliter agitur, videtur dicendum, quod omninò nulla pœna, ne quidem civilis in ejusmodi violatores sepulchrorum declarari possit, quoniam hodiè propter multa cæmiteria, apud Ecclesias constructa, crimen hoc in desuetudinem abiisse testatur,

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. cap. 109. incip. est alia insuper num. 7. vers. & ut paucis absolvam. Berber. in suo enchirid. juris rubr. 59. tit. de sepulchro viol. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. num. 43. vers. sed hoc crimen.

9 Sed quoniam hominum audacia, & nequitia & facinorosorum multitudo adeò excrevit, ut, si possent, nedum ad sepulchra & cœmiteria in Ecclesiis posita, sed & ad cœlum manibus pervenire, procul dubio illud spoliarent,

Prosper. Farinac. in sua practic. crimin. libr. 1. tit. 3. quæst. 20. num. 114. post med. vers. quia tamen etiam hodie, & seq.

Ideoque piè me facturum puto, si & hoc crimen percurram, &, quæ sit ejus pœna, ob oculos ponam.

10 Et quidem jure civili contra illos, qui cadavera mortuorum in sepulchris simpliciter absque armis violant, arbitrariè usque ad pœnam metalli proceditur,

text. express. in l. prætor ait. 3. §. adversus eos. 7. in fin. ff. de sepulch. viol. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 387. num. 13. vers. si vero sine armis. Francisc. Ripa tract. de peste, cap. 4. de remed. præservat. contra pestem. num. 115. post princip. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæst. 20. numer. 116. vers. si vero sine armis. Jacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 10. num. 42. post princ. & sub fin. vers. alia est criminalis.

11 Jure Saxonico vero videtur dicendum, quod rotâ puniri debeant,

text. in Landr. *lib. 2. art. 13. ante med. vers.* alle Mörder. *in verb.* oder Kirchhöfe.

12 Verùm, cum textus ille accipi debeat, de illa violatione sepulchrorum, quæ furto seu insigni aliquo sacrilegio contaminata est,

Matth. Coler. d. decis. 147. incip. extat juris, num. 2. ibi, quæ mihi quidem. & n. seq. part. 1.

13 Ideoque alii rectius statuunt, quod hoc in casu pœna etiam sit arbitraria, puta fustigatio, vel similis,

Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 67. n. 1. & seq. Matth. Coler. decis. 147. n. 3. & seq.

14 Quam sententiam etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novell. *part. 4. constit. 34.* ubi verbis disertis constituit: Wo die Todtengräber oder andere die Todten wieder auffgraben / dieselbe berauben / vnd darnach wieder einscharren / so ist die straffe willführlich / als daß sie mit Ruten gesteupt werden / *ubi in comm. Daniel Moller. num. 1. & seq. Matth. Coler. d. decis. num. 147. nu. 4. ibi, nec alienus, part. 1.*

Spoliare autem propriè quis dicitur cadavera 15
defunctorum, si quis illis vestes aufert, ut rectè tradit,

Gl. in l. pergit C. de sepulch. viol. verb. triclinii vers. si autem vestem quam defendit. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 5. quæst. 20. (ubi contraria solvit) n. 117. ibi, sed quando, & n. seq.

Non obstante quod contrarium velit, *Petr. Ioann. Anthon. quæst. 54. incip. quidam pauper, num. 1. vers. cæterum mihi visum fuit, & n. seq. lib. 2.*

Et prædicta assertio vera est, nisi circumstantiæ aliud suadeant & delictum aggravent, 16

Novell. Elect. August. d. part. 4. constit. 34. §. 1. vers. Es weren denn andere Vmbstände / *Coler. d. decis. 147. num. 4. in med.*

Puta, quia ejusmodi violatio cadaverum mortuorum armata manu est facta, tunc enim gladiô puniri debet, 17

d. constit 34. §. 1. vers. Oder aber mit gewapneter Hand / *part. 4.*

Quemadmodum etiam de jure civili est sancitum, quod ejusmodi armati violatores cadaverum capite plectantur, 18

text. in d. l. prætor ait 3. §. adversus eos. 7. vers. ut si armati ff. de sepulch. viol. Menoch. d. cas. 387. num. 12. in princ. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 4. incip. leges Romanas. num 15. in med. & seq. & cap. 43. num. 5. Francisc. Ripa, de peste, cap. 4. de remed. præservat. contra pest. num. 115. post princ. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 109. num. 6. vers. nisi vi. Jacob. de Bellovis. in sua pract. crim. lib. 1. c. 10. num. 42. in princ.

Item pœnâ gladii punitur, qui cadavera spoliata rursus non sepelivit, 19

text. in Novell. Elect. August. part. 4. d. constit. 34. §. 1. vers. Oder da sie die Todten Leichnam vnbegraben lassen / *ubi in comm. Daniel. Moller. n. 1. in med.*

Quod etiam in jure civili est constitutum, *in l. ult. in princ. ff. de sepulch. viol. Jacob. Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. d. cas. 387. num. 14. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæst. 20. num. 115. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 109. numer. 6. ibi, qui vero temerarius. & seq. VVesenb. in comm. ff. de sepulch. viol. nu. 3. vers. illud etiam. Iacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 10. num. 42. vers. si homo vilis.* 20

Quod verum est in humilioribus, secus in nobilibus vel honestioribus; Hi enim solùm relegantur, vel deportantur, 21

d. l. ult. sub fin. ff. de sepulch. viol. Menoch. d. cas. 387. num. 14. post princ. Farin. d. quæst. 20. numer. 115. vers. si honestior. Jodoc. Damhoud. d. c. 109. num. 6. vers. si vero nobilis. Iacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 10. num. 42. vers. si nobilis. Tiber. Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 6. c. 43. n. 9.

Veluti etiam capite puniendus est, qui sæpiùs quàm semel, cadavera defunctorum spoliavit, quamvis eadem rursus sepeliverit, *Novell. Elector. August. part. 4. constit. 34. §. 1. vers.* oder offtmals solche Vbelthat begangen / propterea, quod geminatio delicti pœnam aggravat, *l. nemo deinceps, 3. sub fin. C. de Episc. audiens. ubi Bl. n. 4. & seq.* 22

Et

13 Et hæc omnia etiam procedunt in cadaveribus judæorum; nam nec ea spoliare vel violare licet. Quamvis enim sint hostes fidei, tamen pro hostibus non habentur,

Tiber. Decian. in tract. crim. tom.2. lib.6.c.44.num. 10. ibi, Iudæorum vero, & seq.

24 Sunt tamen etiam nonnulli casus, ubi prædictæ pœnæ omninò cessant, puta si violatores sepulchrorum vel cadaverum defunctorum sint impuberes, furiosi, mente capti, & similes,

l. prætor ait 3. §. prima verba 1. ff. de sepul. viol. Tiber. Decian. tract. crim. tom.2. lib.6.cap.44. incip. excusatur, n.1. & seq. Iacob. Cujac. lib. 6. obser. c. 22. incip. legis, per tot.

25 Vel aliàs sine dolo hoc faciant, *l. prætor ait 3. in princ. & §. 1. ff. de sepulch. viol. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 387. num 23. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib.1. tit. quæst. 20. num.125. Tiber. Decian. tract. crim. d. lib.6. c. 44. num.2.*

26 Unde infertur, si quis volens reficere sepulchrum, & ob id vestes cadaverum, saxa, lapides vel ornamenta ex eo extraxit, pœna violati sepulchri non tenetur,

l. sepulch. 17. ff. de sepulch. viol. Iacob. Menoch. d. cas. 387. num. 28. Farinac. d. quæst. 20. nu. 126. Tiber. Decian. d. c. 44. n. 7.

27 Infertur etiam, si quis jussu superioris cadaver exhumat, quod dicta pœna etiam non obtineat,

l. prætor ait. 3 §. Divus. ff. de sepulch. viol. Farinac. d. quæst. 20 n.127 Decian. d. c. 44. n. 5. & n.14.

28 Item supradicta pœna cessat, si quis mortuum, nondum sepultum, spoliaverit; tunc enim is nec capite, nec relegatione, vel fustigatione, sed aliâ pœna mitiori, pro arbitrio judicis, puta carcere, puniri debet,

Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. libr. 1. tit. 3. quæst. 20. n. 119. ibi, benè fateor. Petr. Ioann. Anchor. quæst. 54. incip. quidam pauper, num. 1. sub fin. vers. & maxime tandem sepultos, & n. seq. l. b. 2.

29 Vel, si sepulturæ non sint perpetuæ, sed corpora, quæ priùs in deposito vel sarcophago erant sepulta, aliò transferri possunt,

d. l. prætor ait 3. §. non perpetua ff. de sepulch. viol. l. sinec dum C. de religios. Decian. d. c. 44 n. 3. Farinac. d. quæst. 20. n. 128. Menoch. d. cas. 387. n. 24.

30 Vel, si quis corpus defuncti in itinere per vicos aut oppida transvexit,

d. l. prætor. ait 3. §. Divus ff. eod. Tiber. Decian. d. c. 44. n. 4. Menoch. d. cas. 387. num. 25. Farinac. d. quæst. 20. n. 128. sub fin.

31 Item prædicta pœna non habet locum in violatoribus sepulchrorum hostium,

per text. in l. Sepulchra hostium 4. ff. de sepulch. viol. Menoch. d. cas. 387. n. 26. Decian. d. c. 44. (ubi limitat) n. 9. ibi, qui etiam Farin. d. quæst. 20. n. 20. Hippol. de Marsil. in l. ult. ff. de quæst. n. 53.

32 Quapropter si quis cadavera bannitorum, qui viventes impunè occidi potuerunt, spoliaverit, à prædicta pœna etiam erit immunis,

Joann. Baptist. Asinius in l. 4. §. ego puto ff. de relig. & sumptib fun. num. 111. Menoch. d. cas. 387. n. 27. Farinac. d. quæst. 20. num. 130. ib., unde etiam infertur, lib. 1. tit 3. quibus ad[…] Ias. in l. 2. C. qui testamenta facere possunt, num. 3. ibi, aliò tamen habet, & seq. Bl. in l. ex hoc jure 5. ff. de I. & I. n. 23. & seq. & in l. sororem. 10. C. de his quibus ut indignis, n. 3. in med. & nu. seq. Decian d. c. 44. n. 16. & seq. Nell. de Sanct. Gem. tract. de bannitis, part. 2. tempor. 3. n. 3.

Præterea prædictæ pœnæ non habent locum in 33
iis, qui violant sepulchra illorum, qui sepulti sunt contra prohibitionem legis,

Fab. a Monteleone, in sua praxi arbitr. part. 4. pag. mihi 305. num. 981 & num. 983. quem sequitur. Farinac. d. quæst. 20. n. 131. Tiberius Decian. d. c. 44. nu. 11. post princ.

Unde infertur, quod is, qui cadavera manife- 34
storum usurariorum, qui debitam pœnitentiam & usurarum restitutionem in vita non fecerunt, nec hæredes facere jusserunt, violat & spoliat, nulla pœnâ teneatur,

Jacob. Menoch. d. cas. 387. n. 29. ibi, declaratur sextò lib. 2. cent. 4. Farinac. d. quæst. 20. n. 132. Thom. Grammat. decis. 82. incip. incidit sermo. n. 5.

Infertur etiam, quod parricidæ sepulchrum & 35
cadaver impunè violari & spoliari possit,

Joann. Baptist. Asin. in l. quod si nulla. 28. ff. de religios. & sumpt. fun. n. 10. Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. d. cas. 387. n. 30.

Idem dicendum est de sepulchris & cadaverib. 36
illorum, qui seipsos interfecerunt,

latè Ioann. Baptist. Asin. in l. minime ff. de religios. & sumpt. funer. num. 20. Menoch. d. cas. 387. num. 31. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæst. 20. num. 133.

Sed quomodo puniatur ille, qui cadaver homi- 37
nis non quidem spoliat, sed tantùm violat, puta vulnerat, vel brachium, vel caput abscindit? Nec de vulnere, nec de homicidio tenetur,

Bl. in l. sororem 10. C. de his quibus ut indig. num. 3. vers. unde qui exanimatum, & in l. 1. C. de his qui accus. non poss. num. 15. post princ. vers. & homo mortuus, & in l. ex hoc jure 5. ff. de I. & I. n. 23. vers. quæritur an occisus & n. 24. Aug. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. etiam vestem cœlestem, n. 9. post med. vers. an corpus mortui, pag. 379. Boer. decis. 316. n. 10. vers. & homo mortuus, & seq.

Imò ne quidem eum injuriarum conveniri 38
posse, tradit

Bl. in d. lex hoc jure 5. ff. de J. & J. nu. 24. vers. & quod corpori mortuo, & seq.

Quod posterius tamen falsum est, & contrari- 39
um rectiùs defendit

Petr. Plac. in epitom. delictor. c. 9. n. 9. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæst. 20. n. 121. in med. Tiber. Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 6. c. 41. num. 24 vers. nam & truncans, & seq. quoniam invadens sepulchra, non solùm dicitur offendere vivos, puta hæredes & agnatos, sed etiam ipsos mortuos, *l. qui sepulchra 4. C. de sepulch. viol.*

Usq; adeo, ut lex ipsa dicatur hanc injuriam 40
revocare ad animum pro reliquiis defunctorum, *Tiber. Decian. tractat. criminal. tom. 2. lib. 6. cap. 40. num. 2. vers. & lex ipsa, & seq. Felin. in c. sicut judæi, 9. extr. de judæis, numer. 1. vers. & licet mortuus hanc injuriam, & seq.*

Ulteriùs quæritur, qua pœnâ affici debeat is, 41
qui non cadavera defunctorum spoliat, sed sepulchra tantum violat, epitaphia, imagines, statuas, columnas & alia monumenta frangit & aufert? Præter restitutionem illarum rerum fractarum,

ctarum, & ablatarum, punitur etiam pœnâ pecuniaria, puta decem pondo auri,

text. expr. in l. qui sepulchra 4. C. de sepulch. viol. Jodoc. Damhoud. in sua practica crimin. cap. 109. num. 1. & seq. Prosper. Farinac. in sua practica crimin. lib. 1. tit. 3. quæst. 2 . num. 120. Petr. Plac. in epit. delict. c. 6. n. 17. sub fin.

Veluti etiam ita Scabini Lipsenses *Mense Junio Anno 1568.* an den von Lempach vnd gantze Freundschafft responderunt: Hat einer von Adel Balthasar von Hiedenberg genandt kurtz verruckter zeit/ aus lauttrem frevel vnnd mutwillen zu Lantz in der Kirchen/ da Georg Pawer ewer Schwester Mann/ begraben liget/ desselben Grabstein/ darauff ewer Adelich Waven vnd Ehrenkleinode zugleich gehawen vnd gebildet/ euch vnd ewerm Geschlecht zu schimpff vnnd nachtheil zerschlagen: So wird er derhalben mit der straffe/ so in ewern Keyserlichen Adelsbriefe/ des Copy ihr vns zugeschickt/ vorleibet/ belegt/ auch deßwegen/ daß er den Grabstein zuschlagen/ vermöge gemeiner beschriebener Keyserrecht/ als ein beschediger des Begräbnis/ vmb 10. Pfund Goldes billich gestrafft/ V. R. W.

42 Et quamvis *Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. qu. cent. 4. cas. 387. num. 15. vers. & hoc etiam casu. & seq.* putet, quod hoc in casu præter pœnam pecuniariam, etiam *ex l. ult. ff. de sepulch. viol.* ultimum supplicium locum habeat, ita ut per *d. l. qui sepulchra. 4. C. de sepulch. viol.* non sit sublatus textus, *in d. l. ult. ff. eodem.*

43 Contrarium tamen longè verius est, ut eleganter ostendit

Idem Jacob Menoch. tract. de recup. possess. remed. 9. n. 375. ibi, solet afferri secundo loco, quem sequitur, Farinac. in pract. crim. lib. 1. tit. 2. d. quæst. 20. num. 120. vers. & licet in isto, & vers. sequent.

44 Non inconcinnè & illud hic quæri potest: sæpissimè contingit, quod Nobilis, Comes vel alius dominus aliquem, in alieno territorio occisum, vel in aqua suffocatum, tollat, & in suo proprio territorio sepeliri curet, alter autem dominus, in cujus territorio occisus est repertus, se per hoc graviter læsum, & in jurisdictione turbatum putans, cadaver occisi reposcit, quæritur an ei sit tradendum? Quod nego, sed potius ei sunt literæ reversales ab illo, qui occisum in suo territorio humavit, dandæ, ad hoc, quod exinde ei in suâ jurisdictione nullum præjudicium, & incommodum illatum esse debeat, quia licet vel maximè quis spoliatus fuerit cadavere aliquo jam sepulto, tamen restitui non debet, ad hoc, ut evitetur vexatio corporis humani,

Innoc. in c. cum liberum ext. de sepulch. Felin. in c. sicut Judæi 9. extr. de judæ. num. 1. vers. & in materia dixit. Tiber. Decian. tract. crimin. tom. 2. lib. 6. c. 40. incip. sepulchra dicuntur, num. 14. & seq. Thomas Grammat. decis. 82. incip. incidit sermo, n. 3.

45 Illud etiam in hoc loco notandum est, de sepulchro violato etiam illos teneri, qui cadaver defuncti arestant, sequestrant, & sepeliri impediunt, donec sibi de credito fuerit satisfactum; quoniam pœnâ sepulchri violati non minùs tenetur is, qui sepulchrum violat, quàm is, qui facit, quo minùs quis sepeliatur, *text. in l. sepulchri. 8. in fin. ff. de sepulch. viol.* Ideoq; illi primò creditum suum amittunt, deinde quinquaginta librarum auri fisco inferre debent, quam summam si persolvere non possunt, judicis arbitrio in corpus luere tenentur,

l. ult. C. de sepulch. viol. Nov. 60. c. 1. Nov. 115. c. 5. Jacob Menoch. (ubi pulchrè ampliat) libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 387. num. 16. ibi, quarta est pœna, num. 17. & seqq. Prosper. Farinac. (ubi etiam elegantes ampliationes refert) in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæst. 20. num. 139. & seqq. usq; ad numer. 145. Francisc. Ripa, tract. de peste, c. 4. de remed. præservat. contra pest. num. 101. ibi, & primò quæro, & num. seq. Tiber. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 40. num. 15. Didac. Covarr. lib. 2. var. resolut. c. 1. n. 10. Gram. decis. 82. n. 2. & seqq. Matth. Coler. de process. exec. part. 1. c. 6. n. 119. & seq. & part. 2. c. 3. num. 430. Schneid. in §. religiosum 9. instit. de R. D. & A. R. D. num. 10. & seq. & in §. summa instit. de interdict. num. 41. & seqq. Gail. de arrest. Imper. c. 11. n. 28. Petr. Peck. de jure sistend. c. 5. incip. quamvis autem regulariter, n. 23. & seqq.

XLVIII.

De cadaveribus punitorum, vel suspensorum, & de pœna illorum, qui ea spoliant vel omninò auferunt.

SUMMARIA.

1. *Cadavera punitorum an possint sepeliri. num. 2.*
2. *Quomodo punitur, qui cadavera punitorum vel suspensorum spoliat & denudat. n. 3. n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 15.*
11. *Locus patibulorum, furcarum & rotarum est publicus.*
14. *Carnifices an possunt cadavera punitorum denudare.*
16. *Si quis non vestes, sed pecuniam, quam damnatus sub vestibus habet, spoliat, quomodo puniatur.*
17. *Quomodo quis punitur, qui cadavera punitorum non spoliat, sed prorsus sepeliendi causâ aufert. n. 18. & n. 19.*
20. *An possint Medici, cum vel sine licentiâ Principis, cadavera suspensorum anatomiæ causâ auferre. n. 24. 25. 26.*
21. *Qui cadavera ad magicos usus vel ex dolo malo aufert, quomodo punitur.*
22. *Qui cadaveri suspenso, ad usum furti vel incantationis, digitum saltem abscindit quomodo punitur.*
23. *Quando is, qui cadavera punitorum, vel eorum carnes aufert, capite puniatur.*

QUamvis pium & religiosum sit, ut cadavera defunctorum non solùm cognatis, sed etiam extraneis, ad sepulturam tradantur, quod tàm in lege divina, 1

Lev. 21. vers. 23. & seq. Josua. 8. v. 29. c. 10 vers 26. & seq. 4. Reg. 9. vers. 34. Matth. 7. vers. 28. Paul.

Nov. allect. Aug. par 4. const. 14. § Die aber

welche den Dieb? 2. & seq. usq; ad fin.

Gal. 3. vers. 13. quàm in jure Romano sancitum invenimus, *l. 1. l. ult. ff. de cadav. punitor.*

Hodie tamen consuetudine ubiq; locorum est inductum, ut omnia cadavera, exceptis illorum, qui gladio feriuntur, ad exemplum aliorum, in
2 sepulta relinquantur,

VVesenb. in comment. ff. de cadav. punit. numer. 1. Petr. Heig. quæst. 37. num. 34. & seqq. part. 2. Iacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 387. nu. 82. Didac. Covarr. lib. 2. var. resol. cap. 1. num. 11. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæst. 20. num. 134. & seq. Claud. Battand. in sua practic. crimin. reg. 126. n. 6. & seqq. per tot. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 109. n. 1.

3 Quæritur igitur nunc, quomodo puniatur is, qui cadavera punitorum vel suspensorum spoliat? Quòd juxta textum *in l. prætor ait 3. §. adversus, 7. l. ult. ff. de sepulch. viol.* severiùs, & interdum capite, si spoliator est humilis, & vilis vel armatus, puniri possit, in individuo tradit *VVesenb. in comm. ff. de sepulch. viol. num. ult. vers. quoad illos quoque & vers. seq.* Quæ tamen opinio non placet, nec valet illatio à spoliatione cadaverum religiosè sepultorum, ad spoliationem cadaverum suspensorum; cùm illic per spoliationem fiat injuria tàm ipsi defuncto, quàm ejus cognatis, ut *in præced. conclus. num. 40. per l. 4. C. de sepulch. violato*, dixi; Hic non item, *ut jam dicetur*; illic cadavera rursus ut plurimùm sepeliantur, hic non item, sed semper denudata & spoliata, in scandalum prætereuntium, relinquantur; illic jus Ecclesiasticum violetur, quod hic etiam non contingit.

4 Econtra verò videtur dicendum, quod omninò non puniatur, per ea, quæ in præced. conclus. *num. 32.* dixi. Quæ tamen etiam ad casum nostrum applicari non possunt; diversa enim sunt sepulchra bannitorum, & punitorum seu suspensorum, cum illi vivi relinquantur, quamvis impunè occidi possint. Hi verò vivi non relinqvuntur, nec à quopiam, nisi à magistratu, occidi possunt.

5 Nonnulli dicunt, quod is saltem injuriarum & furti teneatur,

Jacob. de Bellovis. in sua pract. crim. lib. 1. c. 10. nu. 42. vers. vel suspensos spoliat, fol. 270.

6 Quæ assertio etiam procedere non potest, quia cadaveribus suspensorum injuria inferri non potest,

l. si quis 2. ff. de cadav. punit. Bl. in l. sororem 10. C. de his quibus ut indig. n. 3. vers. quia corpus mortuum, & in l. ex hoc jure ff. de I. & I. n. 24. vers. & quod corpori, & seq. elegant. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 44. n. 20. vers. quibus tamen ego & seq.

Nec illis spolium vel furtum propriè fieri dicitur, cum nihil possideant,

l. 1. §. Scævola 15. ff. si quis testa. liber esse juss. Bl. in d. l. ex hoc jure 5. ff. de I. & I. n. 24. ibi, nec mortuus propriè, & seq. August. Bonfranc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. etiam vestem cœlestem, nu. 9. post med. vers. an corpus mortuum, pag. 379.

Ideoque injuriarum & furti actio competere non potest.

7 Quidam verò statuunt, quod manus amputatione puniatur,

Ludov. Carrer. in sua pract. solemn. rubr. de homicidio, vers. sequitur de aliis pœnis corporalibus, nu. 23. ibi, item spolians, pag. mihi 468. Joan. Bajard. in add. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. n. 41.

Nec hæc assertio universaliter obtinere potest, cum hi DD. loquantur tantum de jure locali, nempe de constitutione regni Neapolitani.

Aliter sentit. *Bl. in l. sororem, 5. C. de his quibus ut indig. numer. 3. vers. quid ergo dices permissum est, & num. 4. quem sequitur Angel. tractat. malefic. verb. etiam vestem cœlestem, num. 3. vers. non licet ex statuto, & seq. Hippol. de Marsil. cons. 110. incip. cordi meo, num. 11. vers. nec etiam dicti inquisiti, & numer. seq.* qui dicunt, quod is, qui bannito post mortem aufert vestem vel pecuniam, teneatur crimine expilatæ hæreditatis. 8

Quæ tamen opinio etiam parùm facit ad casum nostrum; Præterquam enim quod directò contrarium statuit 9

Nell. de S. Gemin. tract. de bannit. part. 2. tempor. 3. n. 3. vers. dic contrarium, junct. vers. si consideres quæstionem, & vers. seq.

Prædicti interpretes loqvuntur etiam solummodò de eo, qui bannitum, quem impunè occidere & offendere statutum permittit, non solùm occidit, sed illi etiam vestes & alia aufert, & spoliat, quod in casu nostro non est, sed nos dicimus de illo, qui cadavera à magistratu punitorum, & suspensorum spoliat.

Ideoq; mirum non est, quod in illo casu quis de crimine expilatæ hæreditatis teneatur, in hoc verò non item, Ratio diversitatis est in promptu, quia ibi statutum solummodò personam banniti offendere permittit, & si is occisus fuerit, ejus bona remanent in hæreditate, & ad ejus filios vel alios hæredes spectant,

Nell. de bannit. d. part. 2. tempor. 3. num. 3. in med. vers. & dicit, & seq.

Hic autem punitorum vestes ad ejus filios & hæredes non redeunt, sed illis in patibulis & rotis relinqvuntur, ut unà cum illis putrescant.

Verùm cum nemo inficiari possit, per ejusmodi spoliationem locum justitiæ & executioni sententiæ capitalis destinatum violari, qui tamen publicus esse censetur, 10

Nicol. Boer. decis. 212. incip. & videtur jus, nu. 24. ibi, quinimò locus & seq. admodumq; scandalosum esset, si puniti & suspensi vestibus exuantur, & ita denudati in locis publicis relinquantur: Ideoq; non immeritò concludo, quod quis, ejusmodi cadavera vestibus spolians, pœnâ aliquâ arbitrariâ, puta carcere, vel etiam, pro qualitate delicti, relegatione, vel fustigatione puniri possit. 11

Jure Saxonico de hâc controversiâ, utpote de quâ nihil certi in jure constitutum habemus, interpretes variè etiam sentiebant, communiter tamen in eo conveniebant, quod pœna fustigationis dictari possit, 12

Consult. const. Sax. tom. 2. part. 4. quæst. 67. nu. 1. sub fin. vers. aber die welche Dieben/ *& n. seq.*

Quam sententiam etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novell. *part. 4. constitut. 34. §. 2.* ubi verbis disertis dicit: Die aber / welche den Dieben/ oder gerechtfertigten Mißthätern/ an den Galgen / oder auff dem Rade die Kleider ausziehen/ sollen mit Staupenschlagen gestrafft 13

R werden/

werden/ *ubi in comment. Daniel Moller. numer. 1. vers. eos vero & seq.*

14 Quod extenditur ad carnifices; nam nec hi cadavera suspensorum & rotæ affixorum denudare possunt,

Joann. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. n. 142. & quæst. 100. n. 6.

15 Deinde procedit etiamsi criminosi alibi, quàm in loco consueto & solito, fuerint suspensi,

Joann. Bajard. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 100. n. 1. vers. sed ego credo & n. seq.

16 Fallit tamen, si quis non vestes, sed saltem pecuniam in vestibus punitorum occultatam, prout non raró à criminosis fieri experimur, aufert; tunc enim, cùm ejusmodi pecunia potius pro derelicto habeatur, prædicta pœna sibi locum non vendicat, quoniam supradictæ rationes hic cessant, scandalum enim deficit, quoniam suspensi non denudantur, sed prout sunt justificati, suis vestibus induti inveniuntur, cessat etiam ratio violati loci publici vel religiosi, locus enim non fit publicus vel religiosus, ubi thesaurus vel pecunia invenitur, cum pecunia mandatis principalibus sepeliri & occultari prohibeatur, *text. expres. in l. lege Julia. 3. §. non fit locus 6. ff. ad l. Jul. pecul. & de sacrileg.*

Facit etiam Novell. Electoris August. *d. part. 4. constit. 34. §. 2. in verb.* Die Kleider außziehen/ quæ proprie respectum habet ad vestes punitorum, ad pecuniam igitur, tanquam odiosa, extendi nequit, veluti ante paucos annos in his terris, in quodam lictore, qui pecuniam sub puniti thorace retentam abstulit, observatum est.

17 Si quis verò cadavera punitorum non spoliat, & denudat, sed prorsus aufert, ad hoc, ut ea sepulturæ mandet, prout sæpe à cognatis clanculum de nocte fieri consuevit, tunc arbitrariè punitur,

Wesenbec. in comment. ff. de cadav. punit. n. un. sub fin. vers. ceterum qui privata.

Quoniam nemo sine permissu & licentia superioris, cadavera a furcis vel rotis tollere & sepelire potest, *l. 1. & l. ult. ff. de cadav. punit.*

Quod etiam confirmavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novell. *part. 4. constit. 34. § 3.* ubi constituit, Daß die jenigen/ so die todten Cörper vom Galgen oder Gericht wegnehmen/ so es verwandte Freunde theten/ sollen gelinder am Gelde/ oder mit Gefengnis/ vnnd nicht am Leibe gestraffet werden/

ubi Daniel Moller. in comm. numer. 2. Consult. constit. Sax. tom. 2. part. 4. quæst. 67. n. 3.

19 Veluti etiam illos, qui consensum duntaxat ad ejusmodi cadaver de furca vel rota auferendum & deponendum, præbent, pœna extraordinariâ, puta vel carcere, vel relegatione temporali afficiendos esse jam olim Scabini Lipsenses *Mense Junii. Anno 1569. ad requisitionem* Rathmannen/ Meister vnd Innungen der Stadt Halla responderunt, Haben Gallen Müllers Haußfraw vnnd sein Sohn bekandt/ daß sie ihren willen darzu gegeben/ daß der Scheferknecht Jacob geiandt/ vnd Peter Neuman/ ihre (des Müllers) beyde Söhne vnnd Brüder/ so am Galgen gehangen/ abgeschnitten/ So werden beyde Personen derwegen wilkührlich mit zeitlichem Gefengnis/ oder verweisung auff ein Jahr 2. oder 3. billich in straff genommen. V. R. W.

Extenditur etiam ad Medicos & Chirurgos, 20
qui sine permissu principis cadavera suspensorum, salutaris Medicinæ & Anatomiæ causa, de patibulis sumunt,

Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 34 nu. 3. ibi, etsi autem constitutio. Consult. const. Sax. tom. 2. part. 4. quæst. 67. nu. 3. vers. vnd Medici. *Tiber. Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 6. c. 44. num. 17. vers. consulo tamen, & seq.*

Non tamen diffiteor illos, qui cadavera punitorum non sepulturæ, vel anatomiæ causa, sed, ut ea aliò transferant, in ædes alienas immittant, vel cum illis sua ludibria exerceant, auferunt, gravius puniendos esse,

arg. l. nemo deinceps 3. vers. qui quiescere. C. de Episc. audient.

Sed quomodo illi puniuntur, qui cadavera de 21
patibulis ad usus magicos, vel ex alio malo proposito, auferunt? Fustigatione vel relegatione vel alia pœna pro arbitrio judicis eos puniri vult Constitutio Electoralis *part. 4. d. constit. 34. §. ult.* ibi, Do es aber andere Leute theten/ Zauberey zu gebrauchen/ oder aus andern bösen Fürsatz/ dieselbe sollen gesteupt/ oder verwiesen/ oder sonsten nach gelegenheit der Person willkührlich gestraffet werden/ *& ibid. in comm. Daniel Moller numer. 2. in med. consultat. constit. Sax. tom. 2. part. 4. quæst. 67. num. 3. vers.* da es aber andere/ *usq. ad fin. quib. addatur Andr. Tiraq. tract. de nobilit. c. 20. n. 114. ibi, at mirum est, & n. seq.*

Quod procedit, non solùm si quis integrum 22
cadaver abstulit, sed etiam partem ejus tantum, puta, digitum ad usum furti, vel incantationis abscidit,

Wesenb. in com. ff. de cadav. punit. nu. un. sub fin. vers. nam verbi gratia, quem sequitur Daniel Moller. in comment. ad constit. Saxon. part. 4. const. 34. num. 2. sub fin. vers. quod ipsum haud dubie.

Et quamvis constitutio Electoralis, relegatio- 23
nis, fustigationis vel alterius pœnæ arbitrariæ tantum faciat mentionem, & alias communiter sit receptum, quod judex pœnam arbitrariam ad mortem usque extendere non possit,

Virgil. Pingiz. quæst. 3. num. 5. & seq. Cassan. (& ibid. adegati) ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. ad arbitrium judicis. numer. 2. vers. tu dic quod illa, & seq.

Attamen si aliæ circumstantiæ & qualitates, delictum aggravantes, concurrunt, dubitare non debemus, quin pœna mortis dictari possit,

Jodoc. Damboud. in pract. crim. quemadmodum Lutetiæ, quendam dulciarium Pistorem, qui è suspensorum carne artocreata fecit, vivum crematum, domum ejus eversam, &, ne in posterum denuò ædificaretur, interdictum fuisse, testatur

Joann. Bod. tract. de Dæmonomia. lib. 5. c. 5. incip. duo sunt omninò modi, post princ. vers. sic Lutetiæ dulciarius Pistor. Pag. mihi. 634.

Sed quid, an cadavera punitorum possint dari 24
Medicis & Chirurgis ad faciendam anatomiam? Hoc in jure non decisum reperiri, testatur

Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 100. nu. 2. vers. ego non reperio, & seq.

Hanc quæstionem etiam quidem movet *Br. in l. ult. ff. de cadav. punit. n. un. vers. sed an possunt dari.* sed non solvit.

25 Quicquid sit, affirmativa ubivis locorum obtinuit, modo consensus magistratus accesserit,

Francis. Curt. in l. imperium, 3 ff. de jurisdict. Dec. eod. numer. 18. Francisc. Ripa. (ubi rationes affert) tract. de peste, cap. 4. de remed. præservat. contra pestem, num. 142. ibi. an autem corpora, num. seq. Nicol. Ever. decis. 287. incip. & in dicto, num. 6. in med. VVesenb. in comm. ff. de cadav. punit. numer. un. post med. vers. ad anatomen. Tiber. Decian. tract. crimin. in tom. 2. lib. 6. c. 44. num. 17. ibi, excusabitur etiam scholaris, Matth. Coler. decis. 147. incip. extat juris, num. 10. part. 1. Ludov. Roman. singul. 709. incip. secundum loquens, num. 4. Daniel Moller. in comm. ad constit. Sax. part. 4. constit. 34 num. 3. sub fin. & numer. 4. Anton. Gomez. (ubi rationes affert) tom 3. var. resolut. c. 14. num. 9. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. d. quæst. 110. num. c. vers. sed de consuetudine, Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 285. numer. 10. ibi, ob publicam etiam, & n. seq.

26 Et quidem solius Principis, non etiam inferioris judicis vel magistratûs, authoritate hoc fieri debet,

Chassan. ad Consuet. Burgund. rubr. 2. §. 1. verb. il confisq. les biens, num. 7. vers. & credo quod VVesenb. in comm. ff. de cadav. punit. d. n. un. post med. vers. ex sola scilicet, & seq.

XLIX.

De pœnis illorum, qui aratra spoliant.

SUMMARIA.

1. *Quomodo punitur, qui aratrum spoliat, furatur, & aufert, numer. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*
9. *Quomodo punitur, qui aratrum non animo furandi aufert, sed ideo in alium locum transfert, ut agricultura impediatur.*
10. *Qui aratrum frangit, corrumpit, vel comminuit, quomodo punitur.*
12. *Complices, auxiliatores, & similes eâdem pœnâ, quâ principales, puniuntur.*
13. *An quis, præter mulctam vel pœnam arbitrariam, teneatur etiam læso ad æstimationem damni ex corruptione vel ablatione aratri dati.*
14. *Si quis pluries hoc delictum commisit & plura aratra abstulit vel fregit, quomodo punitur, num. 15. 16.*
17. *Si quis equos vel boves aratro junctos vi vel sine vi solvit, abigit, & abducit, quomodo punitur, num. 18. 19.*

1 Jure Civili expeditum est, quod is, qui personas boves, & agrorum instrumenta, aut quid aliud, quod ad agrorum rusticam operam pertinet, invadere, aut capere, aut violenter auferre præsumit, in quadruplum ablata restituat, & infamiæ notam ipso jure incurrat, Imperiali animadversione nihilominus puniendus,

Nov. bless. Aug. par. 4. const. 35.

text. expr. in constit. Frideric. quæ extat in auth. agricultores C. quæ res pignori obligari possunt vel non. Petr. Heig. quæst. 30 incip. vulgo existimatum est, numer. 1. part. 2. Zobel. in diff. extra vag. num. 1. Reinhard. part. 3. diff. 22. Matth. Coler. decis. 148 in princip. traduntur num. 1. part. 1.

Quæ tamen constitutio hodie non servatur, 2 siquidem ea olim, ubi pœna furti non erat capitalis, promulgata fuit, ad nostra igitur tempora, ubi furtum pro gravitate delicti capitaliter punitur, non extendenda, aliàs furtum aratri mitius, quàm aliud furtum puniretur, quod tamen dictu absurdum est, quoniam aratrum & alia instrumenta rustica multis privilegiis & immunitatibus, præ reliquis rebus, sunt munita, & ideo potius acriùs & graviùs vindicanda sunt,

Petr. Heig. d. quæst. 30. n. 4. & seqq. part. 2. Daniel Moller. in com. ad const. Sax. part. 4. const. 35. n. 3. sub fin. & n. seq.

Quemadmodum in Gallia & aliis locis receptum esse testatur, 3

Iodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 110. incip. explicatis variis, num. 41. vers. in Francia præterea. & seq. ut fures illi, qui primò ex aratris furantur vomeres aut equos, aut boves, statim suspendantur.

In Saxonia extat quidem etiam textus in Landr. 4 *lib. 2. art. 13. vers.* alle Mörder vnd die/ *qui vult*, daß man alle Mörder / vnd die den Pflug berauben / Radebrechen sol/ quem textum nonnulli simpliciter, secundùm literam intelligebant, & putabant, ejusmodi fures rotâ esse puniendos,

Reinhard. part. 5. differ. 22. sub fin. Zobel. in differ. extravag. num. 3. sub fin. Consult. constitut. Sax. tom. 1. part. 4. quæst. 22. n. 1.

Alii verò illum textum solummodò interpretabantur de illo casu, ubi quis equos ex aratro solvit & violenter abducit, 5

Zobel. in gloss. ad text. germ. Landr. lib. 2. art. 13. lit. l. Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. d. quæst. 22. num. 1. vers. da es doch/ *Petr. Heig. d. quæst. 30. n. 2. part. 2. Matth. Coler. d. decis. 148. num. 2. part. 1. Beust. ad l. admonendi, 31. ff. de jur. 1179. ante med. vers. cæterum & si pag. 741.*

Ubi verò quis aratrum, in agro simpliciter inventum, spoliat, & ex eo vomeres, & alia instrumenta aufert, tunc pronunciabant, eum perinde ut alium furem, de quo suprà conclus. *43. num. 63. & seq. hac part. 5.* dixi, esse arbitrariè, carcere, mulctâ pecuniariâ, vel etiam relegatione temporali puniendum, *Zobel. in d. gloss. landr. l. sub fin. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. const. 54. post princ. vers.* oder den erkendt man. 6

Quam interpretationem etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ *in sua novel. part. 4. constit. 35.* manifestis verbis sanciens, Da jemand einen Pflug / der im Felde ist / heimlicher weise bestielet / oder aber denselben aus Vorsatz wegführet / daß derselbe willkührlich / als am Gelde / oder mit Gefengnis / oder aber nach Gelegenheit mit zeitlicher verweisung / gestrafft werden sol / *ubi in comm. Daniel Moller. num. 1. post princip. Petr. Heig. d. quæst. 30. num. 2. sub fin. part. 2. Beust. ad l. admonendi, 31. ff. de jurejur. numer. 1179. ante med. vers. hinc & ab Electore, pag. 741.* 7

8 Et juxta hanc conſtitutionem, vel potiùs interpretationem juris Saxonici, utpote ex conſilio peritorum factam, etiam extra provinciam Saxoniæ ita pronunciandum eſſe videtur, quemadmodum ita aliquando à Scabinis Lipſenſibus pronunciatum fuiſſe teſtatur

Petr. Heig. d. quæſt. 30. n. 3. verſ. videtur ergo ſecundum hanc, part. 2.

9 Et hæc aſſertio procedit, non ſolùm, ſi quis aratrum ipſum ſpoliat, vomeres vel alia inſtrumenta aufert, ſed etiam ſi quis aratrum non animo furandi, ſed ex petulantiâ quadam, ad hoc, ut inde aratio & agricultura impediatur, aliò transfert; nam & is pro arbitrio judicis, vel pecuniâ mulctari, vel carcere, vel temporali relegatione puniri debet,

Nov. Elect. Auguſt. d. part. 4. conſtit. 35. §. 1. verſ. oder aber denſelben aus fürſatz weg geführet.

10 Unde patet, quòd prædicta pœna etiam locum habeat, etiamſi quis aratrum animò furandi non abſtulit, nec aliò ex propoſito tranſportavit, ſed ſaltem corrupit, fregit & comminuit; tùm, quia per hoc cultura agrorum non minùs, ac ſi aratrum omninò ablatum fuiſſet, impeditur, tùm, quia paria ſunt, rem mihi auferri, vel inutilem redditam relinqui.

Petr. Friſer. Mindan. de proceſ. extrab. lib. 1. c. 36. n. 9. ſub fin. tum. quia res dicitur perempta, deperdita, & furto ſublata, quando uſus ejus haberi non poteſt, *l. ſi is qui 66. §. cum, qui 2. ff. de furt. Gail. de pignorat. c. 9. n. 1. verſ. res dicatur, & ſeq.*

Non obſtante, quod directò contrarium velit *Petr. Heig. d. quæſt. 30. n 10. ubi, ſed finge aliquem, nu. 11. & ſeqq. part. 2. quem ſequitur Reinhard. Roſa in add. ad Daniel Moller. comm. in conſtitut. Saxo. part. 4. conſt. 35. n. 7.*

11 Quemadmodum etiam dicendum eſt, ſi quis aratrum, nec abſtulit, nec fregit, nec comminuit, nec aliò tranſtulit, ſed ſervos & miniſtros in agris arantes vulnerat, lædit, & aliter impedit, quo minus arare, vel agros colere poſſint, veluti ita jamdudum à Scabinis Lipſenſib. reſponſum eſſe, apparet ex ſententiis poſt Weichb. *tit.* von Freyheit der Ackerleut/ und daß jn niemand ſchaden thun ſolle/ *poſt princip. fol. 119. col. 4. Beuſt. ad l. admonendi 31. ff. de jurejur. num. 1179. ante med. verſ. cæterum qui voluerunt, pag. 741. Conſult. Conſt. Saxon. tom. 1. part. 4. quæſt. 22. num. 1. ſub fin. verſ.* Wenn aber jemand *& num. ſeq.* per text. elegantem *in auth. agricultores, in princ. verb. agricultores & verb. & perſonas, C. quæ res pignor. obligari poſſunt, & in conſtitut. reformatoria Friderici tertii in comitiis Francofurtenſib. Anno 1442. rubr.* Wer in offenen Vhäden befreyet ſeyn ſol *poſt princip. fol. mihi. 17.*

12 Et prædictâ pœna tenentur, non ſolùm principales, ſed etiam eorum mandatarii, complices, auxiliatores vel alii, facto & delicto præſentes & aſtantes.

Urthel *poſt* Weichbild. *d. tit.* von Freyheit der Ackerleute *poſt princip. verſ.* und wiewol der eine. *Petr. Heig. d. quæſt. 30. num. 22. ibi, erat etiam hoc loco, & ſeq. part. 2.*

13 Illud autem notandum eſt, quod judex illum, qui vel aratrum abſtulit, vel fregit, vel ſervos vulneravit, extra ordinem ſic arbitrariè puniri poſſit, ut non ſolùm mulctam perſolvat, vel aliam pœnam arbitrariam ſuſtineat, ſed etiam læſo æſtimationem damni, quod ex impedita agrorum cultura inſecutum eſt, præſtare cogatur, *elegant. Petr. Heig. (ubi ita Menſe Febr. Anno 1593. à VVittebergenſibus pronunciatum teſtatur) d. quæſt. 30. nu. 18. ibi, at quærebatur, n. 19. & n. ſeq. part. 2.*

Et hæc vera ſunt, ſi quis ſemel tantùm aratrum abſtulit, vel corrupit, ſi verò pluries id fecerit, vel plura aratra furatus ſit, quorum tamen omnium valor ad ſummam quinq; ſolidorum vel aureorum Ungaricorum non aſcendat, tunc is virgis cæſus in perpetuum relegari debet, *Novell. Elect. part. 4. d. conſt. 35. §. 2.* ubi dicitur: Hette er aber ſolches mehrmal begangen / oder mehr denn einen Pflug geſtohlen/ und ſolche Diebſtäle alle trügen nicht fünff Ungeriſche Gülden aus / ſo ſol er mit Staupenſchlägen ewig verwieſen werden / *& ibid. in comm. Daniel Moller. n. 1. in med. Beuſt. ad l. admonendi 31. ff. de jurejur. n. 1179. ante med. verſ. ſi autem quis ſæpius, pag. 741.* 14

Veluti ita etiam extra Electoratum Saxonicum, à Scabinis Jenenſib. pronunciatum fuiſſe, refert 15

Matth. Coler. deciſ. 148. n. 2. poſt med. verſ. ſin verò ad tantam part. 1. per ea, quæ ſupra concluſ. 43. n. 80. & ſeq. n. 86. & ſeq. & n. 96. dicta ſunt.

Sed ſi quis plura aratra vel inſtrumenta ruſtica furatus eſt, quorum valor & æſtimatio quinq; ſolidos excedit, quomodo is punitur? 16

Conſtitutio quidem Electoralis hujus non facit mentionem, dubium tamen non eſt, quin is furcâ ſit ſuſpendendus, perinde ut alius fur, ut ſuprà *d. concl. 43. num. 85. & ſeqq.* dixi, argumento à contrario ſenſu in *d. conſt. 35. §. 2. part. 4.* ubi dicitur, ſi plurium aratrorum valor quinque ſolidos non aſcendit, quod tunc tantum fuſtigatio cum perpetuâ relegatione imponi debeat; Ergò, ſi valor quinque ſolidos excedit, pœna ordinaria laquei ſibi locum vendicabit, veluti etiam ita in ſpecie tradit

Matth. Coler. in d. deciſ. 148. (ubi ita aliquoties à Jenenſibus pronunciatum fuiſſe teſtatur) n. 2. verſ. ita aliquoties vidi. & verſ. ſeq. part. 1. Daniel Moller. in comment. ad conſtit. Sax. part. 4. d. conſtit. 35. num. 1. ſub fin. verſ. poriò cum eum, & n. ſeq.

Quid de iis dicendum, qui aratra non furantur nec frangunt, aut corrumpunt, ſed ex illis equos vel boves ſolvunt, & abducunt? Et tunc ſi vi adhibitâ quis equos vel boves abducit, & præter vim etiam aliquem occidit, dubium non eſt, quin is pœnam rotæ ſuſtinere debeat, 17

Novell. Elect. Auguſt. part 4. d. conſtit. 35. §. ult. ſub fin. verſ. Unnd wo zu ſolchem Raube/ *ubi in comm. Daniel. Moller. num. 1. ſub fin. Conſult. conſtit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæſt. 54. in med. verſ.* Es bedencket aber/ *per text.* in Landr. *lib. 2. art. 13. verſ.* alle Mörder/ *poſt princip. ubi Zobell. in gloſſ. lat. ad text. germ. ſub lit. I.*

Si verò quis equos ſolummodò violenter abigit & abducit, ſed neminem occidit, vulnerat, vel lædit, tunc vult Auguſtus Elector. Saxo. *in d. conſtit. 35. §. ult. in princ. part. 4.* quod is tanquam prædo gladiò puniatur. 18

Quod alicui mirum videri poteſt, nam ſi is, qui 19

nullâ vi adhibitâ, sed dolo malo tantùm equos vel boves de aratris aufert, & abducit, laqueo sit puniendus, ut rectè animadvertit,

Daniel Moller. in comment. ad const. Sax. part. 4. d. const. 35. num 3. ibi, quemadmodum eodem supplicio, & seq. multò magis is videtur laqueo suspendendus, qui vi adhibita equos abducit, cum furtum per vim adhibitam aggravetur & duriùs puniatur, *ut supra conclus. 34. nu. 72. dixi*, & pœna suspendii sit ignominiosissimum mortis genus, & gladiò longè turpius & fœdius,

Petr. Heig. quæst. 32. nu. 11. vers. alioqui turpiorem. part. 2. Andr. Tiraq. de nobil. c. 20. n. 113.

Verùm, cum verba constitutionis clariora sunt, quam ut ullam dubitationem admittant, nec omnium quæ à legislatoribus constituta sunt, ratio reddi possit,

l. non omnium 20. ff. de legibus. sacrilegiiq; instar sit contra legem scriptam & sancitam multum disputare: *l. sacrilegii 5. C. de divers. rescript. l. disputare 3. C. de crimin. sacrileg.* Ideoque libenter acquiescimus.

L.

De pœnis illorum, qui apes vel favos illarum, itemq; columbas furantur, & capiunt.

SUMMARIA.

1. *Apium natura fera est, & ideò in illis furtum fieri non potest, num. 2.*
2. *An in apibus cicuribus & mansuetis factis furtum fieri possit, & quomodo hoc furtum puniatur, n. 4. 5. 6. 7. 8. 10.*
9. *Furtum fieri etiam potest in apium favis & melle.*
11. *Dominus arboris, in qua apes consederunt, debet in eâ signum facere, ex quo appareт, quod dominium & possessionem apium & mellis acceperit.*
12. *In examine, seu nova apium sobole, quid juris, n. 13. 14.*
15. *Si apes, quas quis alveis inclusas habet, in vicinum hortum vel campum evolant, an quis eas capere possit, n. 17. 18.*
16. *Consuetudinem seu animum redeundi vel revolandi, quando apes deposuisse præsumuntur.*
19. *Columbas alienas an & quatenus quis capere possit, n. 20. 22. 23. 24.*
21. *Animum revertendi quando columba deposuisse censentur.*
25. *Quid is, qui suas columbas ab alio captas dicit, probare debet, ad hoc ut obtinere possit.*

1 Nov. Elect. Aug. par. 4. const. 36.

Apium naturam feram esse, extra controversiam est, *per text. in §. apium 14. inst. de R. D. & A. R. D. l. naturaliter 5. §. apium 2. ff. de A. R. D.*

2 Quod etiam disertis verbis traditur in jure Saxonico, Weichb. *art. 119. in fin. vers.* denn die Bien ist ein wilder Wurm. *Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constitut. 36. numer. 1. post princip. Schneid. in §. apium 14. instit. de R. D. & A. R. D. n. 6. post princip.*

Quare in eis furtum fieri non potest, *l. si apes. 26. ff. de furtis Moller. d. const. 36. num. 4. Schneid. d. §. apium 14. n. 3. post princ.* Quoniam illorum animalium, quorum fera natura est, furtum non committimus, cum in nullius sint dominio, *l. naturalem 5. §. 6. sub fin. ff. de A. R. D.* 3

Nisi apes cicures & mansuetæ factæ sint, & ex diuturnâ consuetudine & assuefactione unius loci avolare & revolare soleant; tunc enim, cum in patrimonio nostro computentur, earum nomine rectè nobis furti actio competit, *text. expr. in l. Pomponius 8. §. Pomponius 1. sub fin. ff. fam. ercisc. VVesenbec. in d. §. apium 14. institut. de R. D. & A. R. D. nu. 4.* Ad hoc ut quis mulctâ arbitraria juxta qualitatem & circumstantiam facti & personæ puniatur, 4

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. cap. 113. incip. alia item, n. 4. Ludov. Gilb. in sua arbor. crim. c. 2. tit. 30. n. 3. sub fin. vers. pariter arbitrariè.

Quin tamen ejusmodi fur apium, quandoque, si vel sæpius apes furatus fuerit, vel furtum sit magni valoris, suspendi possit, dubitare non debemus, per ea quæ tradit, 5

Jacob. de Bellovis. in sua pract. crim. c. 10. n. 52. post med. vers. si modica animalia, & seq.

In Saxoniâ cum inter jus Commune, & jus Saxonicum quoad apes, & illarum favos, omninò nulla sit differentia, 6

Daniel Moller. in comm. ad const. Sax. part. 4. const. 36. num. 2.

Ideoq; indubitanter concludebatur, quod illarum apium, quæ alveis inclusæ ex consuetudine avolare & revolare solent, si quis eas ceperit, etiam furtum committatur,

Gl. ord. in Weichb. art. 119. & seq. n. 11. vers. Wer sie aber in einen Baum / *Schneid. in d. §. apium 14. inst. de R. D. & A. R. D. n. 6. sub fin.*

Non quidem, ut hoc furtum statim capitaliter, sed tantùm arbitrariè, vel carcere, vel relegatione, vel etiam fustigatione, vel denique, si furtum magnum & quinq; solidos excedens fuerit, laqueo, perinde ut aliud furtum, de quo supra *conclus. 43.* latius dixi, puniatur, 7

Consult. const. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 30. von Bienen stehlen / *per tot.*

Quæ sententia etiam placuit Augusto Electori Saxoniæ in suis Novell. 8

part. 4. const. 36. per tot. ubi in comm. Daniel Moll. num. 3.

Et procedit non solùm in ipsis apibus, sed etiam in earum favis & melle, *d. const. 37. vers.* Und Honig begangen. 9

Deindè procedit, etiamsi apes in arbore saltem nostrâ consederint, & à nobis inclusæ fuerint, nisi ab alio, antequam includantur, fuerint apprehensæ, *Schneid. d. §. apium 14. inst. de R. D. & A. R. D. n. 3.* 10

Veluti Scabini Lipsenses ad requisitionem *Hieronymi* von Minckwitz *Mense Junio Anno 1563.* pronunciarunt; Ob gleich gemelter Frantz einen

Schwarm

Schwarm in ewrem Gerichte zu Beieſſen auß einer Eiche hinder dem Pfarrhofe genommen/ vnd weggetragen/ dieweil aber dennoch auß ewer Frage nicht zubefinden / daß jhr ſolche Bienen gefaſt / vnd in ewer Gewehr bracht/ So hat auch an ſolchen wilden vnd nicht gefaſten Bienen / vermöge der Rechte kein Diebſtall begangen werden können / vnnd demnach wird der Gefangene ſeines Gefengniß auff einem gewöhnlichen Vhrfrieden billich entlediget/ V.R.W.

11 Ideoq; ad omnem dubitationem amovendam neceſſe eſt, ut dominus faciat ſignum in arbore, ex quo appareat, quod dominium & poſſeſſionem apium & mellis acceperit,

Joann. Bajard. in add. ad Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. furtum. n. 93.

12 Fallit tamen in examine, vel nova apium ſobole, quam parentes ex ſuis alvearibus, ad novas ſedes quærendas, exire cogunt; illa enim eousq; tantum noſtra intelligitur, donec in conſpectu noſtro eſt, nec difficilis eſt eius perſecutio, ſi verò emigrarit, capientis fier,

§. apium. 14. verſ. examen quoq;. inſt. de R. D. & A. R. D l. naturalem. 5. §. examen. 4. ff. de A. R. D. Daniel Moll. in comm. ad conſt. Sax. part. 4. d. conſt. 36. n. 5. Schneid. ad d. §. apium. 14. n. 3.

13 Et ideò licet illa ſecundùm ſuam feram naturam emigrare incipiat, ſi tamen dominus apium eam evolare viderit, & inſecutus fuerit, illam non amittit, nec, ſi alius prævenerit, & ceperit, illius fiet, ſed domino reſtituere tenetur,

d. l. naturalem. 5. §. 4. verſ. donec in conſpectu. ff. de A. R. D.

quia natura animalium ſylveſtrium eſt, ut licet illa evolaverint & naturalem libertatem receperint, tamen tùm demum è noſtro dominio elapſa cenſeantur, ſi vel oculos noſtros effugerint, vel ita ſint in conſpectu noſtro, ut difficilis ſit eorum perſecutio,

§. feræ. 12. ſub fin. verſ. naturalem autem. & §. apium. 14. in fin. inſtit. de R. D. & A. R. D.

14 Si verò nova illa ſoboles inſciò & ignorante dominò emigraverit, tunc illa occupantis erit, licet vel maximè dominus poſtea eam viderit, & ex ſuis alveis evolaſſe probare poſſit,

Schneid. ad d. §. apium. 14. inſt. de R. D. & A. R. D. n. 3.

proptereà, quod illa ſemel eius dominium evaſerit & in naturalem libertatem ſe receperit, ideoq; meritò occupantis efficitur,

d. § feræ. 12. verſ. quicquid autem inſt. de R. D. & A. R. D l. 3. §. ult. in fin. ff. de A. R. D.

15 Sed quid, ſi quis apes alveis incluſas habet, quæ ex conſuetudine avolare, & revolare ſolent, an quis eas, ſi in eius hortum vel campum venerint, abſq; metu furti capere poſſit? Si apes illæ animum & conſuetudinem revolandi habere deſierint, & ideò evolaverint, ut non revertantur, tunc dubium nullum eſt, quin quis eas, perinde ut aliam novam apium ſobolem, capere poſſit,

d. §. apium 14. verſ. examen quoq;. inſt. de R. D. & A. R. D. l. 5. §. 4. ff. eod.

16 Conſuetudinem autem & animum revertendi ſeu revolandi depoſuiſſe præſumuntur, ſi conjunctim omnes, & gregatim, ut ita loquar, evolaverint, & ſua alvearia reliquerint, *arg. d. l. naturalem. 5. §. 5. in fin. ff. de A. R. D.* quoniam apes nunquam ſua alvearia ſola & vacua relinquunt, ſed ſemper aliquæ ibi reperiuntur, qui cuſtodiam illorum habent, & contra apes rapaces defendunt.

Si verò apes ſua alvearia in totum non deſerunt, nec conſuetudinem redeundi abjiciunt, ſed ſolummodò victûs conquirendi cauſa evolant, tunc videtur dicendum, quod quis eas in ſuo horto & campo repertas meritò capere poſſet, 17

per text. in d. §. apium. 14. verſ. examen. l. 5. §. 4. ff. de A. R. D.

Deindè, *per gl. ord.* im Weichb. *art. 119. & ſeq. nu. 10. & ſeq.* ubi expreſsè dicit, Wenn eines Bienen außfliegen/ vnd vber die Gaſſen/ oder vber des Nachbawers Zaun kommen/ ſo mag jhnen der Herr nicht nachfolgen / ſondern ſie ſind deſſen/ der ſie ſehet.

His tamen & ſimilibus non attentis, contrarium verius eſt, ut rectè tradit 18

Daniel Moller. in comm. ad conſtit. Sax. part. 4. conſt. 36. nu. 4. ſub fin. & n. ſeq. per text. expreſſ. in l. Pomponius. 8. §. Pomponius. 1. ſub fin ff. famil. herciſc.

Ratio eſt, quia quam diu apes victûs cauſa hinc inde evolant & revolare conſueverunt, in dominio noſtro ſunt, *d. l. naturalem. 5. §. 2. & ſeq. ff. de A. R. D.*

Nemo autem illud, quod in noſtro dominio eſt, abſque metu pœnæ furti nobis eripere poteſt, *d. l. naturalem. 5. §. 6. ſub fin. d. l. Pomponius. 8. § 1. circa med.*

Nec movent textus & gloſſa in contrarium allegati; Quia ſunt intelligendi de illis apibus, qui ideò avolant, ut non revertantur, quod in textibus juris civilis minus dubium habet, de gloſsâ juris Saxonici etiam dubitare non debemus, quoniam illa utitur verbo entfliehen / quod cum effectu accipiendum eſt, de eiuſmodi avolatione, quæ regreſſum non habet.

De columbis quid dicendum, an eas capere liceat? Quod negamus, ſed tamdiù noſtræ ſunt, quamdiu conſuetudinem habent ad nos revertendi, & ideò, ſi quis eas apprehendiſſet, furti nobis competit actio, 19

text. expr. in l. Pomponius. 9. §. Pomponius. 1. ff. famil. erciſc. Barthol. Cepoll. tract. de ſervit. urban. prædior. c. 77. de columbario. nu. 1. Guid. Papæ. quæſt. 218. incip. non eſt licitum. n. 2.

Jure Saxonico quidem aliud dicendum videtur *per text.* im Weichb. *art. 118.* ubi generaliter dicitur, daß Tauben/ wenn ſie zu Felde fliegen/ gemein ſind/ id eſt, quod columbæ, quæ foras in campum evolant, communes fiant, & ita capi poſſint. 20

Sed ille textus meritò juxta prædictam diſtinctionem accipi debet, ita, ut tunc demum communes fiant, & capi poſſint, ſi animum redeundi depoſuerint, aliàs non item,

Schneid. in § pavonum. inſt. de R. D. & A. R. D. num. 3. verſ. quem textum intelligatis. & ſeq.

Animum autem revertendi tunc depoſuiſſe cenſentur, ſi duabus vicibus, horis, vel diebus conſuetis non revertantur, 21

Schneid. d. §. pavonum. inſt. de R. D. & A. R. D. num. 3. verſ. & quia conſuetudo. & ſeq.

Niſi revertendi conſuetudo ab alicujus inſidiis proficiſcatur, & ideò, ſi vicinus columbis inescationes quaſdam pararet, vel quis caperet colum- 22

lumbas etiam de suo fundo in alieno columbario, non fit earum dominus, sed furtum rectè committere dicitur,

Schneid. d. §. pavonum. inst. d. R.D. & A.R.D. n.3. ibi, unde si illa, & seq.

23 Ab hoc tamen furto excusatur, si pœnituerit, & eas relaxaverit, tunc enim furti non tenebitur,

Capoll. d. S.V.P. d.c.77. num.1. vers. hoc tamen casu. Schneid. ad §. pavonum, inst. d. R.D. & A.R.D. n.3. vers. & nisi pœnituerit.

24 Nisi cyminum posuisset, vel aliud in suo, causâ ducendi columbas alienas, tunc enim pœnitentia non habet locum, nec quis à pœna furti excusatur, etiamsi vel maximè columbas relaxaverit,

arg. l. quicunq;. 4. C. de servo fugit. Capoll. de S.V.P. d.c.77. n.1. in med. vers. nisi potuisset.

25 Illud autem hic notandum est, quod quis columbas, quas antea in suo dominio se habuisse, sed ab aliis insidiis captas esse prætendit, cum omnibus qualitatibus & circumstantiis sufficienter probare debeat, alias obtinere non possit,

late Virgil. Pingiz. quæst. 50. incip. publice aliquando. n.1. & seqq. per tot.

LI.

De illis, qui in alienis aquis, stagnis, lacubus, & piscinis pisces capiunt, & quomodo puniuntur, & quid de iis, qui feras in alienis sylvis & campis capiunt.

SUMMARIA.

1. *Occasio hujus materiæ.*
2. *De omni jure licet in alienis stagnis & fluminibus piscari.*
3. *Statuto vel consuetudine induci non potest, quo minus quis in fluminibus, lacubus, & rivis piscetur.*
4. *Domini terrarum an possint prohibere piscationem in fluminibus.*
5. *Sunt nonnulli casus, ubi quis piscari non potest in rivis & fluminibus, & qui sunt illi, remissivè.*
6. *Quomodo punitur, qui in alienis stagnis, piscinis, rivis, fluminibus & aquis pisces capit. n.7. n.8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 17. 18. 19. 20.*
14. *Pisces, qui in vivariis & piscinis conservantur, à nobis possidentur.*
21. *Quomodo puniuntur, qui feras in alienis sylvis, saltibus & forestis contra prohibitionem Principis vel alterius domini capiunt, remissivè.*

1 Quoniam in præcedenti conclusione, de quibusdam animalibus feris & sylvestribus dixi, an & quatenus in illis furtum committi posset, ideoq; non inutiliter me facturum putavi, si etiam nonnulla, quàm brevissimè tamen, hic subjicerem, quid de illis sentiendum, qui pisces in alienis stagnis, lacubus, piscinis, aquis & fluminibus capiunt, & furantur.

Et quidem de omni jure, non solùm divino, *Genes. 1. vers. 20. & seq. vers. 27. & seq.* & naturali, *c. jus naturale. 7. dist. 1.* sed etiam civili, *§ flumina. 2. instit. de R.D. & A.R.D. l. nemo. 4. § ult. l. riparum. 5. §. ult. ff. de R.D. l. venditor. 13. ff. communia prædior. l. 1. §. ult. & l. seq. ff. de R.D. & A.R.D.* Saxonico, Landr. *lib. 2. art. 61. vers.* darumb haben wir das / *& seq.* expeditum est, quod quis in mari, & in quovis flumine pro lubitu piscari possit, in tantum, ut si ab alio prohibeatur, illi contra prohibentem actio injuriarum competat, 2

l. injuriarum. 13. §. si quis. 7. per tot. ff. de injur. l. 2. §. si quis. 9. sub fin. ff. ne quid in loco publ. Johann. Harppr. in d. § flumina. 2. inst. de R.D. & A.R.D. n.4. & seq. Schneid. eod. nu. 8. & seq. Donell. lib. 5 comm. c. 22. Coler. decis. 101. nu. 1. part. 1. Barthol. Capoll. de S.R.P. c. 31. nu. 6. vers & ista communio. & c. 42. nu. 1. & seq. Pet. Heig. quæst. 15. n. 17. & seq. part. 1.

Imò ne quidem lege, statuto vel consuetudine contrarium induci potest, 3

d. l. injuriarum. 13. §. si quis. 7. sub fin. verb. nullo jure. ff. de injur. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 1. n. 2. ibi, unde & lex, & n seq.

Unde patet, quod multò minus Domini terrarum, Duces & Comites possint subditis prohibere in iis piscari, 4

Joann. Faber. in d. § flumina 2 inst. de R.D. & A.R.D. n.4. quem sequitur Matth. Coler. d. decis. 101 n.2 part. 1. Grid. Pap. decis. 514. incip. utrum. Barones. num. 1. & seq. Philipp. Dec. consil. 302. nu. 19. ibi, quia domini terrarum. & seq.

Fallit tamen in quibusdam casibus, ubi quis in alienis aquis & fluminibus piscari rectè prohiberi potest, de quibus vide copiosè, 5

Capoll. (ubi sex casus recenset) de S.R.P. c. 3. nu. 3. vers. quod fallit in plurib. num. 4. & seqq. Iohann. Schneid. ad d. §. flumina. 2. inst. de R.D. & A.R.D. num. 9. vers. limitatur autem & vers. seq. Mauser. eod. nu. 3 & seq. Francisc. Balb. de præscript. part. 4. part. 5. princ. quæst. 6. nu. 2. vers. ex quo inferunt, & num. seq. Grid. Pap. d. decis. 514. num. 2.

Sed quomodo is qui in alienis lacubus, stagnis & fluminibus pisces capit, puniatur? 6

De hoc quidem in jure communi nihil constitutum invenimus, ideoq; cujusq; loci consuetudo & statutum attendi debet. 7

Ut tamen hæc quæstio perspicuè tractetur, & quid hodie in Imperio Romano, & Saxonia sit usu receptum, & sancitum, duo sequentes casus sunt observandi. 8

Prior, si quis ex alienis rivis, aquis & fluminibus, non inclusis, piscatur, tunc is juxta constitutionem Imperii, inspectâ conditione personæ, qualitateq; facti, & piscationis, arbitrariè vel in ære vel in corpore punitur, 9

Peinliche Halsgerichts Ordnung / *Carol. V. art. 169. vers.* so aber einer auß einem fliessenden ungefangenem Wasser Fisch fienge. *Iohann. Schneid. ad d. §. flumina 2. inst. de R.D. & A.R.D. n 11 sub fin.*

Jure Saxonico verò paulò aliter est sancitum, ut ejusmodi fur pisces captos restituere, vel eorum æstimationem solvere & toties tres solidos, quoties piscatus fuerit, mulctæ nomine pendere teneatur, 10

Landr. *lib. 2. art. 28. post princ. vers.* oder fischet eines andern.

andern. *ubi gloſſ. v.* … *erb.* oder wilden Waſſern. *& gl.* im Landr. *lib. 2. art. 61. nu. 4.* Niemand ſol diß Auſ. *Matth. Coler. deciſ. 101. incip. de iure* … *n. 3. & nu. ſeq. part. 1. Schneid. in d. § fluminis 2. inſt. de R. D. & A. R. D. n.* … *verſ. quod ii qui Conſult. conſtit. Sax. tom. 1 part. 4. quaeſt. 9. poſt princ.*

11 Niſi quis pluries in alienis fluminibus, & rivis piſcatus fuerit, vel aliæ circumſtantiæ adſint, quæ delictum aggravare ſolent; tunc enim is, etiam temporali coercitione unà cum piſcium æſtimationis refuſione puniri poteſt, veluti ita Jenenſes Planitio propè Cygneam Anno 1573. reſpondiſſe, teſtatur

Matth. Coler. deciſ. 148. incip. tractatum eſt. n. 3. ibi, aber ſolchen Fiſchdieben. *part. 1.*

12 Modò æſtimationem piſcium ſolvere poſſit, alias juxta conſtit. crim. Caroli V. *d. art. verſ.* an ſeinem Leibe / in corpore luat & fuſtigari debet; veluti Menſe Septemb. Anno 1600. ita a Scabinis Lipſenſ. contra H. T. pronunciatum ſcio.

13 Ad pœnam tamen ordinariam laquei, hoc in caſu, etiamſi quis infinitis vicibus in alienis fluminibus piſcatus fuerit, pervenire non poſſumus.

VVeſenb. in add. ad Schneid. in d. § flumina. 2. nu. 11. ſub fin. lit. A. verſ. pro vero tamen.

14 Ratio eſt, quia illi piſces, qui in ſtagno, aquâ fluente, vel flumine inconcluſo ſunt, à nobis non poſſidentur, ſed ſunt relicti in naturali libertate,

text. expr. in l. poſſideri. 3 § item feras. 14. verſ. ſed eos piſces. ff. de acquir. poſſeſſ.

Per rerum naturam autem rei non poſſeſſæ furtum propriè committi non poteſt,

l. 1. §. Scævola ait. 15 ff ſi quis teſtamento liber eſſe juſſerit. Conſult. conſt. Sax. part. 2. part. 4. quaeſt. 1. n. 10.

15 Poſterior caſus, ſi quis ex alienis ſtagnis, piſcinis, lacubus ſeu vivariis, auß Teichen / Weihern / Heltern / vnd andern beſchloſſenen Waſſern / piſces capit, tunc is perindè, ut alius fur, de quo ſupra. *concluſ. 43.* dixi, puta vel relegatione, vel fuſtigatione, vel etiam laqueo, ſecundùm qualitatem & gravitatem delicti, puniri debet, Peinliche Halßgerichtsordn *d. art. 169. verſ.* Diebſtall gleich zu ſtraffen. *Schneid. d. § flumina. 2. n. 11. in med. verſ. & vide.*

Ratio diverſitatis in promptu eſt, quia in præcedenti caſu piſces ſunt in naturali libertate, & à nobis non poſſidentur.

16 Secus eſt in hoc caſu, ubi piſces in ſtagnum vel piſcinam conjecti à nobis poſſidentur,

text. eſt expr. in d. l. poſſideri 3. § item feras. 14. in pr. ff. de acquirend. poſſeſſ.

Mirum igitur non eſt, ſi in hoc poſteriori caſu pœna furti ordinaria locum habeat, quoniam in omni eo, quod poſſidemus, & in patrimonio noſtro computatur, furtum fieri poteſt,

text. expr. in l. Pomponius. 5. §. Pomponius. 1. ſub fin. famil. herciſc.

17 Ex quo fundamento patet, idem etiam in aliis locis extra Imperium Romanum eſſe ſtatuendum,

Matth. VVeſenb. (ubi aliam rationem affert) in comm. ff. de A. R. D. n. 7. ante med. verſ. cujus differentiæ ratio eſt. & ſeq. pag. 730.

18 Jure Saxonico verò diverſum eſt conſtitutum, quod quis ſaltem triginta ſolidos ſolvendo liberetur,

Landr. *lib. 2. art. 28 poſt princ. verſ.* Fiſchet er aber in Teichen. *Matth. Coler. d. deciſ. 101. nu. 4. ibi, quia in piſcinis. part. 1. Ioann. Schneid. (ubi ita pronunciari ſolere teſtatur) in d. § flumina 2. inſt. de R. D. & A. R. D. nu. 11. poſt princ.*

Si modò etiam piſcium æſtimationem refundat, 19

Matth. Coler. deciſ. 148. incip. tractatum eſt nu. 3. ibi, hie etiam. part 1.

Verùm, cùm eiuſmodi piſces verè à nobis poſ- 20
ſideantur, & in patrimonio noſtro ſint, & ob id in illis furtum propriè committi poſſit, ut modò dixi, talesq; piſces pars & fructus piſcinæ ſeu ſtagni eſſe intelligantur, *l. lines. 15. in fin. & l. ſeq. ff de action. empt. Angel. Aretin. conſil. 21. incip. in hac cauſa nu. 3 & n. ſeq.* quos non magis capere permittitur, quam fructus alieni agri demetere, aut poma alienæ arboris abſq; crimine furti decerpere,

l. 1. ff. arbor. furt. caeſ. VVeſenb. de A. R. D. d. n. 7. ante med. verſ. cujus differentiæ. & ſeq.

Ideoq; non immeritò concludo, quod etiam in hoc caſu pœna furti, quæ eſt fuſtigatio, ſi piſcium æſtimatio aſcendit ad medietatem quinque ſolidorum, pœna vero laquei ſi quinque ſolidos excedit, locum habeat, quemadmodum ita aliquoties obſervatum eſt, & ita in ſpecie Jenenſes Comiti Günthero à Schwartzburgk Menſe Majo, Anno 1572. reſpondiſſe teſtatur

Matth. Coler. d. deciſ. 148. n. 4. ibi, verùm iſta pœna. & ſeq part. 1.

Præcedenti vicina hic ſe offert quæſtio eno- 21
danda, quomodo illi puniuntur, qui feras in alienis ſaltibus, ſylvis, & campis contra prohibitionem Principis vel alterius domini capiunt? De hac quæſtione, de qua fortaſsè ſuo loco latiùs agemus, videatur

Petr. Heig. quaeſt. 15. nu. 71. & ſeqq. part. 1. VVeſenb. in comm. ff. de A. R. D. num. 7. ſub fin. Schneidev. in § feræ inſt. de R. D. & A. R. D. n. 9. Joann. Harppr. eod. nu. 256. & ſeqq. Cunrad. Pincier. tract. de jurid. c. 4. n. 48. & ſeqq. uſq; ad fin. Matth. Coler. deciſ. 216. n. 1. & ſeq. part. Conſult. conſtit. Saxon. tom. 1. part. 4. quaeſt. 3. nu. 1. & ſeqq. & tom. 2. part. 4. (ubi integra conſtitutio Electoralis recenſetur) quaeſt. 1. nu. 1. & ſeq. fol. 113. Gloſſ. im Landr. *lib. 2. art. 61. num 2. ſub fin. & n. ſeq. Petr. Gilken. de præſcript. part. 1. c. 6. n. 122. Zoanett. in l. 2. C. de pact. inter. empt. & vend. nu. 192. & ſeq. Mandoſ. de inhibit. quaeſt. 62. n. 7. & ſeq. Andr. Knich. de privil. Saxon. verb. ducum. c. 5. per tot. Sebaſt. Medic. tract. de venation. part. 1. quaeſt. 5. n. 7. & ſeq.*

LII.

Arborum furtim Cæſarum, & de pœnis illorum, qui arbores fructiferas & finium conſtituendorum causâ poſitas cædunt, corrumpunt, evellunt, extrahunt, & aſportant.

SUMMARIA.

1. *Qualisnam actio competit pro arboribus furtim caeſis. n. 2.*
3. *An actiones, quæ pro arboribus furtim caeſis compe-*

competunt, simul institui possint, an vero una alteram absumit.
4. *Actio hac inquantum datur.*
5. *Aestimatio hoc in casu quomodo facienda. nu. 6.*
7. *Jure Saxonico, qui arbores furtim incidit, quomodo punitur. n. 8. 10. 11. 12.*
9. *Solidus quomodo in hac actione accipitur.*
13. *Præter pœnam, an quis etiam ad arborum cæsarum æstimationem teneatur. numer. 14. 15.*
16. *An præter mulctam parti solvendam, etiam judici ad pœnam teneatur.*
17. *Qui arbores non incidit, sed tantum cinxit, vel deglabravit, quomodo punitur. numer. 18.*
19. *Quomodo punitur, qui arbores tantum evellit, vel extirpat. n. 20. 21.*
22. *Quomodo punitur, qui saligneas virgas, instituendi saliceti causâ defixas, incidit.*
23. *Arborum appellatione quæ hoc loco continentur. n. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.*
32. *Quibus competat hæc actio & mulcta.*
33. *Usufructuario an competit.*
34. *Conductori, & mulieri dotalitium habenti, an competat.*
35. *Adversus quos datur, an etiam in heredem. 36.*
37. *Si plures inciderint arbores, omnes tenentur in solidum.*
38. *Aliquando major & gravior pœna hâc in materia solet imponi.*
39. *Si quis mulctam pecuniariam solvere non possit, pœnâ graviori pro arboribus cæsis punitur.*
40. *Item si quis integram vel majorem partem horti, saliceti, & campi lupulorum incidit.*
41. *Vel si pretiosas arbores incidit, puta vites. 42. 43.*
44. *Item si quis arbores, quibus aggeres fluminum corroborantur, incidit.*
45. *Item conductor bonorum f. f. i, si arbores fundi conducti incidit.*
46. *Quomodo punitur qui arbores, finium constituendorum causâ positas, extirpat & incidit. n. 47. 48. 49. 50.*
51. *Quomodo punitur, qui arbores furti causâ incidit, & aufert. n. 52. 53. 54. 55. 56.*

1 Nov. Elect. Aug. par. 4. const. 17. JUre civili quidem videtur dicendum, quod contra eum, qui furtim, id est, clàm, *l. faciendi. 8. § furtim ff. arb. cæs.* arbores cædit, duplex solummodò actio competat, una ex l. Aquilia, altera ex legibus 12. tabularum, *l. 1. ff. arbor. furtim. cæs. VVesenb. in comm. ff. eod. nu. 1. & n. 4.* ita, ut actio arborum furtim cæsarum sit eadem cum actione l. Aquiliæ.

Sed mihi, rem accuratiùs perpendenti aliud videtur, audacterq; statuo, quod sint duæ diversæ actiones arborum furtim cæsarum, & L. Aquiliæ, id quod non solùm ex distinctis titulis, *ff. de l. Aquil. & ff. arbor. furtim cæsar.* sed etiam ex *l. furtim. 7. §. si quis. 2. ff. arbor. furtim cæsar.* patet, ubi manifestissimis verbis actio arborum furtim cæsarum, & legis Aquiliæ separantur, imò hoc etiam *ex l. furtum. 7. §. ult. ff. eod.* elucescit, ubi actio arborum furtim cæsarum datur in duplum, cum tamen actio legis Aquiliæ solummodò competat in simplum, & ex inficiatione demum in duplum crescat, *§ in duplum. 23. & §. sed furti. 26. vers. at illa. inst. de action.* 2

Ideoque merito cum *Gothofr. ad d. l. furtim. 7. §. ult. verb. duplum. ff. arbor. furt. cæsar. Cæpoll. de S. V. P. c. 81. n. 13. post princ.* dico, quod pro arboribus furtim cæsis variæ competant actiones, puta ex edicto Prætoris, actio civilis arborum furtim cæsarum in duplum, *d. l. furtim. 7. §. 6. & seq. & tot. ff. arbor. furtim. cæs.* Ex lege Aquilia in simplum, *d. l. 1. arbor. furtim. cæsarum.*

Ex legib. 12. tabul. ut quis in singulas arbores cæsas æris viginti quinq; asses lueret,

Plin. lib. 17. natural. histor. c. 1. Menoch. lib. 2. arbit. judic. quæst. cent. 6. cas. 579. n. 2. sub fin.

Et ex interdicto quod vi aut clàm, *text. in l. in duobus 28. §. colonus. 6. ff. de jurejur. l. sed si. 11. ff. arbor. furt. cæsar.*

Quæ tamen actiones simul non competunt, sed una alteram absumit, & ideò, si quis unâ & graviori egit, & id, quod majus est, consequutus fuit, reliquis experiri non debet, si verò minoribus egit, ex quibus, quod minus in illis continetur, percepit, reliquis ad id, quod restat, experiri non prohibetur, 3

d. l. 1. sub fin. l. sed si. 11. ff. arbor. furt. cæs. VVesenb. in comm. ff. eod. nu. 1. Cujac. lib. 8. observ. c. 24. vers. si furtim arbores ceciderit. & seq. Frider. Hortled. lib. singul. de concursu action. meræ & pœn. mixt. c. 16. Jacob Menoch. d. cas. 579. n. 3. post princ.

Actio autem arborum furtim cæsarum, propriè sic dicta, datur in duplum. 4

d. l. furtim. 7. §. ult. ff. arborum furtim. cæs. Jacob de Bellovis. in suâ practic. crim. lib. 1. c. 10. n. 38. VVesenb. in comm ff. eod. nu. 4. Matth. Coler. decis. 146. nu. 1. p. 1.

In æstimatione faciendâ, quanti domini interfuit non lædi, ipsarumque arborum pretium deduci oportet, & ejus, quod superest, fieri æstimationem, 5

text. in l. facienda. 8. ff. arbor. furtim. cæs. Ægid. Boss. in practic. crim. rubr. de damno dato. n. 4.

Puta, si arbor non incisa valet decem, sed ligna arboris incisæ valent duo, tunc his duobus deductis reliqua octo æstimantur & duplicantur, ita, ut incisor sedecim solvere teneatur, 6

Specul. lib. 4. part. 4. tit. de injur. & damno dato. §. sequitur videre. 1. n. 48. ibi, item si quis. & seq.

Jure Saxonico verò is qui arbores incidit, triginta solidos 30. Schilling / mulctæ loco, solvere debet, 7

Landr. lib 2. art. 28. post pr. oder hawet er. & seq. Weichbil/ post Landr. rubr. von Freyheit der Ackerleut. col. 2. vers. vmb die Obsbäume/ fol. 120. Matth. Coler. decis. 145. n. 5. ibi, circa quod, & nu. seq. & decis. 14?. n. 2. part.

part.1. Jacob Schult. ad process. termin. t.133 n.5. Reinh. part.5. diff.1. Zobel in diff. extravag. num.1. in med. Consult. const. Saxon tom 2. part.4. quæst.5. n.1. VVesenb. comm ff. arbor. furtim cæs. n.6.

8 Quod repetiit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novell.

part.4. const.37. post princ. vers. dreyssig Schilling/ *ubi in comment. Daniel Moller. n.1. & seq.*

9 Solidus autem hoc in loco non pro aureo Ungarico, sed pro eiusmodi grosso, accipitur, quorum singulus sedecim nummos sechzehen Pfenning valet,

Daniel Moller. in comment. ad constit. Saxon. part.4. d. const.37. n.3.

Ita ut triginta illi solidi duas sexagenas antiquas, zwey alte Schock/ oder viertzig Groschen/ efficiant,

Novell. Elect. August. d. const.37. vers. thut zween alte Schock/ *part.4.*

10 Et quidem pro unaquaq; arbore incisâ quis triginta solidos solvere debet,

Zobel. in gl. lat. ad text. germ. Landr. *lib.2. art.28. lit. B. in princ. VVesenbec. in comm. ff. arbor furtim cæs. n.6. vers. in singulas arbores. Consult. const. Saxon. tom.2. part.4 d. quæst.5. n.3. ibi.* so fest ferner.

11 Etiamsi plures arbores, non distinctis temporibus, sed semel tantùm, & una vice præciderit,

Matth. Coler. d. decis. 145. nu.7. in pr. & vers. tamen ego & seq. part.1.

Non attento, quod olim Scabini Lipsenses Gunthero à Bünaw contrarium responderint, & tunc demùm triginta solidos in singulam arborem esse solvendos, si plures arbores distinctis temporibus fuerint incisæ, pronunciarint,

teste Matth. Coler. d. decis 145. n.7. in pr. part.1.

12 Quæ sententia etiam ab Augusto Electore Saxoniæ in suis Novellis *part.4. d. const.37. vers.* vnd darzu von jeden abgehawenen. *ubi in comm. Daniel Moller. n.2. & in seq.*
approbata, habet etiam prægnantes rationes, quia olim in legibus 12. tabul. ita sancitum fuit, ut quis in singulas arbores viginti quinq; asses æris lueret. *Plin. lib. 17. histor. animal. c.1. Menoch. d. cas. 579. v.2. in med.*
& etiamnum hodiè de jure communi ita constitutum deprehendimus, *in l. si gemina. 19. ff. de furt. cæsar.*

Statutum autem, quale est jus Saxonicum, ita interpretari debemus, ut quàm minimè fieri potest, lædat jus commune,

l. si verò. §. de vtro. ubi Br. Alex. Jason. & DD. communiter. ff. solut. matrim. Coler. d. decis. 145. n.8.

Deindè, quia, cùm singularem arborum incisione singuli sequantur effectus, non immeritò etiam cujuslibet delicti nomine venit pœna imponenda,

l. prætor edixit. §. si mihi plures. ff. de injur. l.3. ff. de termin. moto. Br. in l. nunquam plura. ff. de privat. delict. nu. 11. alias enim sequeretur, si quis plurimas arbores magni precii inciderer, quod solutione triginta solidorum liberaretur, quod tamen admodum esset iniquum.

13 Sed an præter 30. illos solidos quis etiam æstimationem arborum incisarum præstare debeat?

Dubitationem movet, quod im Landr. *lib.2. art.28. post princ.* omninò nihil de eiusmodi æstimatione dicatur, *Reinhard. part.5. differ.1. sub fin.*

Hac ratione dubitandi tamen non obstante, 14
communiter contrarium interpretes juris Saxonici tradiderunt,

Zobel. in gl. lat. ad text. germ. Landr. *lib.2. d. art.28. (ubi ita pronunciari dicit) lit. B. vers.* vnd den schaden. *Matth. Coler. d. decis. 145. (ubi ita Lipsenses respondisse refert) n.4. ibi, ultra hanc. & seq. & decis. 146. (ubi ita Jenenses [illegible] Küchelbeckers zu Lessen / Mense Majo Anno [illegible] [illegible] esse testatur) nu.2. vers.* vnd gülde den [illegible] *seq. part.1. Consult. const. Saxon. tom.1. part.4. [illegible] incip.* ob nicht. *num.1. & seq. & tom.2. part.4. [illegible] n.5. & seq.*

Propterea, quod secundùm theoricam generalem ex unoquolibet delicto duplex actio oriatur, [illegible] pœnalis ad pœnam & vindictam, altera ad repetitionem damni & interesse,

l. licito. §. quod licite. ff. de publican. l. ult. ubi Br. ff. de privat. delict. l.3. C. ad l. Aquil. Ægid. Boss. tract. crim. rubr. de furtu. nu.37. ibi, quod pro quolibet. & seq. & una alteram non absumat, *l. ult. C. quando civil. actio præjud. crim. l.1. § 1. ff. vi bon. rapt. l. prætor. §. si dicatur. ff. de injur. Frider. Hortled. in tract. de concurs. action. c.10. in med.*

Quam sententiam etiam approbavit Augustus 15
Elector Saxoniæ in suis Novellis,

part. 4. d. const. 37. vers. sollen den werth solcher Bäume bezahlen. *& vers. seq.*

Sciendum autem est, quod quis præter arborum æstimationem & triginta solidos, parti solvendos, nihilominus etiam judici supremam mulctam, puta, sexaginta solidos, das höchste gewette/ hoc est, sechtzig Schilling Pfennig / præstare teneatur, veluti ita Jenenses Mense Januar. Anno 1575. super causâ communitatis Grecke ex una, & Georg. Scheiben in Budroda ex altera parte, judicasse testatur *Matth. Coler. decis. 146. num.2. in med. vers.* dem Richter aber. *& seq. part.1.* 16

Et hæc omnia procedunt, etiamsi quis arbores non inciderit, vel subsecuerit, sed tantùm cinxerit, vel deglabraverit, mit schelen/ abstreseln/ vorbrechen / oder sonsten in andere wege verderbet. *Nov. Elect. Aug. part.4. const.37. vers.* mit schelen oder auch/ *ubi in comm. Daniel Moller. (ubi ita in Scabinatu ante editas constitutiones ad consultationem* Fridrich Küchenmeisters zu Acken *responsum fuisse refert) num.3. vers. etsi verò textus. Consult. const. Sax. tom.2. part.4. quæst.5. n.3.* hierüber tregt sich offt. *& seq.* 17

Quod etiam verbis disertis est decisum in jure communi, 18

per text. in l. cædere. 5. vers. cingere. ff. arbor furtim cæsar. VVesenb. in comm. ff. eod. num.3. vers. cingere arborem.

Deindè procedunt, etiamsi quis arbores non cædit, succidit, vel subsecat, sed tantum radicitùs evellit vel extirpat, außreusset/ außzeuhet oder außgraben vnd ligen lassen/ *Consult. const. Sax. tom.2. part.4. d. quæst.5. n.4. vers.* so ist demnach solches *eo in casu. & seq.* propterea, quod eiusmodi extirpatio & evulsio domino æquè nocumento est, ac si arbores in totum fuissent subsecatæ, & incisæ. 19

Quod etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Nov. *part.4. d. const.37. vers.* oder auch in ander wege verderbet/ *ubi in comm. Dan. Moller. n.2.* 20

Quam-

21 Quamvis de jure civili aliud sancitum est, & tantum Actio legis Aquiliæ competit,

per text. in l. furtim. 7. §. si quis radicitus. 2. ff. arbor furtim cæsar.

unde patet, quod in foro Saxonico etiam quis prædictâ pœnâ teneatur, si tantum saligneas virgas instituendi saliceti causâ defixas, Sazweiden/ etiam antequam radices egerint, succidat, vel evellat, veluti ita Lipsenses judici in grossen Haan respondisse, refert

Matth. Coler. decis. 145. n. 6. vers. also daß auch eine Jede. *part. 1.*

Licet de jure civili contrarium sit constitutum, *in l. vitem. 3. §. sed si quis. 3. ff. arbor furtim cæsar.*

22 Arborum autem appellatione hac in materia, ad hoc ut prædicta pœna locum habeat, continentur, VITES,

text. in l. vitem. 3. in princ. ff. arbor. furtim. cæsar. Carpzov. de S. V. P. c. 81. n. 14 post pr.

23 Novella Electoris Augusti *d. part. 4. constit. 37. post pr. vers.* Weinstöcke.

24 Ederæ & arundines, *d. l. vitem. 3. §. ederæ quoque. 1. Consult. const. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 5. nu. 2. vers. quo loco.*

25 Salictum, *d. l. vitem. 3. §. idem de saliceto. 2. ff. arbor. furt. cæsar.*

26 Stirpes oleæ, *text. in d. l. vitem. §. stirpes oleæ. 7. & ibid. in noth. Gothofr. lit. O.*

27 Quercus, fagi, pomi, piri, salices, *Novell. Elect. August. part. 4. Const. 37. post princ. Consult. const. Saxon. tom. 2. part 4 d. quæst. 5. num. 2. vers.* Eichen/ Buchen/ *& seq.*

28 Lupulus Hopffen/ *Novell. Elect. August. part. 4. d. const. 37. vers.* Hopffen/ *ubi in comm. Daniel Moller. n. 1. Consult. constit. Saxon. tom. 2 part. 4. d. quæst. 5. n. 2. sub fin. vers.* auch den Hopffen.

29 Arbusculæ recenter satæ vel insitæ gepfropffte Bäume, *d. const. 37. vers.* gepfropffte junge Bäume/ *ubi Daniel Moller. n. 2. Consult. const. Sax. d. quæst. 5. n. 2. in fin. vers.* und gepfropffte.

30 Ficus, Castaneæ, & similes, *Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. d. quæst. nu. 2. vers.* Feigen/ Castanien/ *& seq.*

31 Et hæc quidem obtinent, etiamsi prædictæ arbores sint aridæ, earumque radices virere desierint,

text. in l. vitem. 3. §. ideo ea. 5. ff. arbor furtim cæs.

Quamvis contrarium velit *Fabian à Monte Leone in sua praxi. arbitr. part. 4. n. 995. & seq. quem sequitur Prosper Farinac. in suâ pract. crim. lib. 1. tit. 3. quæst. 20. n. 113. in med.*

32 Hæc autem actio & mulcta solummodò competit illi, cujus arbor incisa fuit propria,

Novell. Elect. August. part. 4. d. const. 37. vers. dem jenigen/ so er zugestanden/ *ubi comment. Daniel Moller. nu. 3. vers. notandum autem VVesenb. in comm. ff. arbor. furtim. cæs. n. 4. vers. hæc actio.*

33 Unde patet, quod is, cujus ususfructus est in fundo, hanc actionem non habeat,

text. in l. cædere. 5. §. is cujus. 2. ff. arbor. furtim cæsar. Daniel Moller. ad d. const. 37. num. 3. sub fin. vers. hoc ipso. & seq.

34 Veluti nec conductori fundi, nec mulieri, cui dotalitium in eo constitutum est, hæc actio dari potest,

Daniel Moller. in comm. ad d. constit. 37. n. 4. vers. ex quo & illud. & seq.

Datur autem adversus eum, qui cædit, & evellit arborem,

tot. tit. ff. arbor. furt. cæs. ubi in comm. VVesenb. nu. 4. vers. datur autem.

In hæredem autem non datur, cum pœnalis sit, 35

l. furtim. 7. §. hæc actio. 6. ff. arbor. furtim. cæs. VVesenbec. in comm. eod. n. 4. sub fin.

Si verò plures sint, qui inciderunt, tunc omnes 36
& singuli in solidum tenentur, nec solutio unius solidi, liberat alium,

text. expr. in l. si plures. 6. in pr. ff. arbor furtim cæsar.

Ratio est, quia hæc actio est pœnalis, *d. l. fur-* 37
tim. 7. §. hæc actio. 6. ff. eod.

In pœnalibus autem omnes in solidum tenentur & quod unus præstat, alium non relevat, ut supra *concl. 43. nu. 115. vers. in pœnis. autem. & seq. hac part. 5.* dixi.

Observandum autem est, quod aliquando pro 38
qualitate delicti, conditione personæ, & magnitudine damni dati etiam gravior pœna, puta carceris, relegationis vel fustigationis imponi possit,

Novell. Elect. August. part. 4. const. 37. vers. da aber der zugefügte *ubi Daniel Moller. nu. 7. in med. Consult. const. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 5. num. 5. in fin. vers.* es möchte aber. *& seq.*

Puta, si quis supradictam mulctam ex inopia 39
solvere non possit,

Novell. Elect. August. d. part. 4. const. 37. vers. oder do sie solchen Schaden/ *Consult. const. Sax. tom. 2. part. 4. d. quæst. 5. n. 6. vers.* mit welcher Straffe den auch.

Vel si integram vel majorem partem horti, sali- 40
ceti, vel campi lupulorum succiderit, & ita magnum damnum dederit,

Consult. constit. Saxon. d. quæst. 5. num. 6. vers. si verbi gratia. & seq.

Vel arbores preciosas, quæ eximium fructum 41
ferunt, & miram serendi diligentiam requirunt, & non ita frequentes sunt, incidit, quales sunt vites, is enim meritò tanquam latro puniri debet,

text. expr. in l. sciendum. 2. ff. arb. furt. cæs. Ægid. Boss. in sua pract. rubr. de damno dato. nu. 3. ibi sed etiam. & seq.

Et quamvis adversus latrones gravissimæ pœ- 42
næ sint indictæ, puta furcarum, *l. capitalium. 28. §. famosa. ult. ff. de pœn.*

Hoc tamen in casu is, qui vites vel alias generosas arbores incidit, ejusmodi pœnâ ordinariâ & ultimo supplicio, ut quidem voluit,

Petr. Gregor. in Syntag. juris. c. 6. nu. 9. Joan. Schneid. in § si Titius. instit. de R. D & A. R. D. nu. ult. in fin. vers. hic etiam obiter & seq. pro quib. facit *text. in l. 1. C. quando lic. unicuiq. sine judi. se vindic.* non afficitur;

Sed alia extraordinariâ, puta carcere, relega- 43
tione vel fustigatione,

Jul. Clar. (ubi ita in Senatu Mediolanensi. ult. April. Anno 1547. 6. Septemb. Anno 1554. & ult. Jul. Anno 1557. observatum refert) lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. n. 43. vers. hæc tamen pœna. & seq. quem sequitur Prosper Farinac. in sua practic. crim. lib. 1. tit. 5. quæst. 20. n. 113. sub fin. Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 579. nu. 4. vers. attamen existimo & seq. VVesenb. in comm. ff. arbor furtim cæsar. n. 5. vers. ac criminaliter.

Præterea gravior pœna imponitur, si quis ar- 44
bores,

bores, quib. aggeres fluminis corroborantur, & quasi colligantur, exciderit,

l. in Ægypto. vers. si quis arborem. ff. de extraord. crim. Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæst. cent. 6. d. cas. 579. num. 5. Matth. Coler. decis. 171. num. 1. & seqq. part. 1. Rauchb. quæst. 27. n. 28. & seq. part. 2. Damhoud. in pract. crim. c. 125. Gl. im Landr. *lib. 2. art. 16. nu. 9. sub fin. & art. 56. n. 2. in fin.*

45 Vel conductor bonorum fisci arbores conducti fundi cædit, *l. in fraudem. 45. §. conductor. 13. ff. de jur. fisc. Menoch. d. cas. 579. n. 6.*

46 Vel arbores finium constituendorum causa positas subsecuerit,

l. 1. & 2 ff. de term. mot. Jodoc. Damhoud. in suâ pract. crim. c. 124. incip. circa agrorum. nu. 1. & Jacob de Bellovis in suâ pract. crim. c. 10. n. 43. lib. 1.

47 Jure Saxonico verò videtur dicendum, quod hoc in casu non est gravior pœna, quàm triginta solidorum. Landr. *lib. 2. art. 28. vers.* oder hawet er Mahlbäume abe. *Matth. Coler. d. decis. 145. n. 4. incip. jure civili. n. 3. part. 3.*

48 Ita tamen, ut, ultra hanc mulctam triginta solidorum, teneatur etiam domino ad æstimationem arborum furtim cæsarum, veluti ita Lipsenses respondisse, testatur

Matth. Coler. d. decis. 145. n. 4. ibi, ultra tamen. & seq. part. 1.

49 Attamen prædictus textus juris Saxonici tunc demùm procedit, si quis ignoranter arbores terminales, seu finium causa positas, incidit & evellit, secùs si scienter, & dolosè,

Gl. ordin. im Landr. *lib. 2. d. art 28. n. 6. verb.* oder hawet er. *vers.* hat er es aber.

50 Quemadmodum pœnam relegationis aliquot annorum Lipsenses Comiti à Mansfelde/ Anno 1549. & Jenenses N. à Dobeneck contra Jlgen Fischer/ Mense Majo Anno 1580. pronunciasse, testatur

Matth. Coler. d. decis. 145. n. 9. ubi, vidi etiam pronunciari. & n. seq. part. 1.

51 Deniq; gravior pœna imponitur, si quis arbores non furtim & clam, sed furti causâ ceciderit, contrectaverit, & asportaverit, tunc enim pœna furti locum habet,

text. expr. in l. faciendâ. 8. §. igitur si. 2. ff. arbor. furt. cæsar. VVesenb. in comment. ff. eod. n. 5. post princ. & n. 6. post princ. Petr. Paul. Parisi. consil. 111. incip. in causâ præsenti. n. 24. vol. 1. Joann. Bajard. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. §. furtum. n. 92.

52 Quemadmodum etiam hodiè in Imperio Romano verbis expressis est sancitum,

Peinliche Halsgerichtsordn. *Caroli V. art.* von Holtz stelen oder verbotener weise abhawen. 168.

53 Jure Saxonico verò quidem fit distinctio inter furem nocturnum & diurnum, ita ut is, qui nocturno tempore arbores furandi animo incidit, extrahit & aufert, suspendatur, qui verò diurno tempore hoc fecit, tantùm fustigetur, Wer des Nachts gehawen Holtz oder geschnitten Graß stilt/ das sol man richten mit der Weyde/ das ist/ man sol jhn hengen/ stilt ers des Nachts/ es gehet jhm zu Hant vnnd Haar/ das ist/ man sol jhn zur staupen schlagen.

Landr. *lib. 2. art. 28. vers.* wer auch des Nachts. *& seq. & art. 29. Zobel. in gl. lat. ad text. germ.* Landr. *lib. 2. & art. 28. lit. F. & lit. F. & part. 4. differ. 36. num 14. sub fin. Reinhard. part. 5. differ. 25. sub fin. vers. secus de jure VVesenb. in comm. ff. arb. furt. cæs. n. 6. vers. in quo tamen quidam. & seq.*

54 Sed hæc pœna & distinctio non servatur, sed perindè, ut in aliis furtis, pronunciatur, quod fur, si valor rei vel arboris furtivæ sit infra tres solidos seu aureos Ungaricos, pœna arbitraria, si supra tres solidos fustigatione, si quinque solidos excedat, suspendio puniatur,

teste Matth. Coler. (ubi Jenenses ita Mense Septembr. Anno 1579. respondisse testatur) decis. 144. incip. pro furto. n. 24. vers. ita pœna & distinctio. & seq. & decis. 145. n. 10. & seq. part. 1. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 5. n. 6. vers. die jenigen aber.

55 Quam sententiam etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novell.

part. 4. constit. 37. vers. vnd die jenigen welche jhres genießes halben/ *ubi in comm. Daniel Moller. n. 8.*

56 Unde fit, si quis arbusculas recentes extraxit, & asportavit, do einer dem andern junge Bäume außgezogen vnd weggetragen/ quod is arbitrariè mit Gefängniß oder mit dem Korbe puniatur, veluti ita VVittenbergenses pronunciasse, testatur

Matth. Coler. decis. 145. ibi, VVittenbergenses tamen & decis. 146. n. 3. part. 1.

LIII.

De pœnis illorum, qui herbas, plantas, fructus & quid aliud ex hortis vel aliundè furantur.

SUMMARIA.

1. *Plantas seu herbas coronarias, odoriferas aut medicinales, puta cariophylla, Rosmarinum, Amaracum, lilia & similes flores qui furatur, quomodo punitur. n. 2. 3. 4. 5.*
6. *Si quis prædictas plantas non aufert, sed tantum evellit, frangit, vel aliter lædit, quomodo punitur. n. 7.*
8. *Quomodo illi puniuntur, qui arborum fructus edibiles, puta, frumenta, pisa, poma, pira, cerasa, nuces & similes furantur vel decerpunt. num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.*
20. *Quomodo punitur, qui segetes demessas, ligna à stirpe resecta, gramina falcata furatur. n. 21. 22. 23. 24.*
25. *Quomodo punitur, qui fructus non edibiles adhuc stantes & pendentes furatur, puta frumentum demetit, ligna resecat, & prata detondet. 26.*

IN præcedenti conclusione abundè diximus, de iis, qui arbores furtim cædunt, evellunt, vel furti & lucri causa auferunt, non rarò autem controverti solet, quomodo illi puniri debent, qui non arbores, sed herbas coronarias vel odoriferas aut medicinales, puta Rosmarinum, Amaracum, Rosas, lilia & similes flores, & frutices ex aliorum hortis furantur? 1 Nov. Elect. Aug. part. 4. constit. 37. §. aber die welche ult.

2 Jure civili quidem de hac re nihil constitutum invenio, non tamen dubito, quin illi furti conveniri possint; nam cum pro fructibus, *ut paulo post dicetur*, furti competat actio, multo magis pro his fructibus & floribus preciosis furti agere licebit, cum hi longè pluris sint, quàm fructus.

3 In foro Saxonico unanimiter pronunciabatur, quod quis pro eiusmodi herbis & fruticib. extraordinariè pro modo delicti, vel pecuniâ, mulctetur, vel carcere, vel etiam relegatione puniatur,

Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 5. nu. ult. sub fin. vers. so möchten leglichen auch die jenigen.

4 Quemadmodum ita Scabinos Lipsenses ad consultationem Georgii Nigeln quæstoris tum temporis præfecturæ Lichtensteinensis respondisset, testatur

Daniel Moller. in comm. ad const. Sax. part. 4. const. 37. n. 9. vers. quod quidem & ipsum. & seq.

Quam pronunciandi consuetudinem etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis *part. 4. d. const. 37. §.* aber die / welche andern auß jhren Gärten. *ult. ubi in comm. Daniel Moller. n. 9. in princ.*

5 Nisi quis sæpiùs illud furtum commiserit, & tales plantas & herbas ex aliquibus hortis auferre consuevisse convincatur, quarum valor magnam summam excedit, tunc enim is perinde, ut alius fur famosus, suspendi debet, *veluti ita Lipsenses ad consultationem* M. von S. auff H. Anno 1586. pronunciâsse invenio.

6 Et hæc vera sunt, si quis furti causâ eiusmodi frutices & plantas ex aliorum hortis & agris aufert, secùs se res habet, si quis eas saltem damni faciendi causâ furtim & clàm desecat, evellit, frangit vel aliter lædit, & secum non asportat, tunc is de jure civili solummodò l. Aquilia tenetur,

arg. l. si servum. 27. §. si olivam. 25. & §. seq. ff. ad l. Aquil. VVesenb. in comm. ff. arbor. furtim cæsar. n. ult. sub fin. vers. cæterum qui non. & seq.

7 Jure Saxonico verò præter æstimationem plantarum per ea, quæ *in praeced. conclus. n. 13. & seq.* dixi, triginta solidos solvere cogitur,

arg. Land R. lib. 2. artic. 28. post princ. Bricht *post* Weichb. tit. von Freyheit der Ackerleut / *post princ. vers.* vnd so denn auch etliche *in verb.* vnd lenderey. *fol. 119. col. 4.*

8 Quid verò de iis dicendum, qui non arbores vel plantas seu frutices, sed arborum vel agrorum fructus, frumenta, pisa, poma, pira, cerasa, uvas, nuces & similes fructus ex alienis hortis vel agris furantur?

Hic unus atq; alter casus distinguendus erit.

9 Primus, si eiusmodi fructus sunt crudi, & immaturi, & arboribus seu fundis adhuc cohærent, tunc quis solummodò actione l. Aquiliæ tenetur, *per text. expr. in l. si servus. 27. §. si olivam. 25. in pr. & §. seq. ff. ad l. Aquil.*

10 Secundus casus, si quis maturos fructus edibiles, essende Früchte, quales sunt uvæ, poma, pira, cerasa & similia furatur, & tunc, si eos decerpit, ut statim in vinea vel agro vel in ipsa via comedat, non verò alio lucri causa asportet, furti non tenetur, nec alia pœna punitur,

Deut. c. 23. v. 24. & seq. c. 1. §. quicunq. ult. tit. de pace tenenda & eius violat. c. 1. §. transire per agrum. [illegible] c. discipulos. 26. de consecratione. dist. 5. Matth. de Afflict. in d. c. 1. §. quicunq. ult. nu. 1. in med. vers. nota primo. & seq. Joann. Harpprecht. in §. furtum. 1. instit. de oblig. quæ ex delicto nasc. nu. 19. vers. quod tamen. & seq. Didac. Covarr. in relect. c. peccatum de R. J. in 6. part. 2. § 1. num. 3. in med. vers. unde apparet extra casum. & sequent. fol. mihi 473.

Si quis verò eiusmodi fructus, non ut eos statim comedat, colligit & decerpit, sed ut eos lucri faciendi causâ alio secum ferat, tunc is furti quidem tenetur, 11

text. expr. in l. si servus. 27. §. si olivam. 25. vers. sed si collecta. & §. seq. ff. ad l. Aquil. l. si apes. 26. §. item. 1. sub fin. l. fullo. 82. § frugibus. 1. ff. de furt. Didac. Covarr. in d. c. peccatum. de R. J. in 6. part. 2. §. 1. num. 3. in med. vers. quod Ripa. & seq. Joann. Harpprecht. d. §. furtum. 1. n. 19. in princ.

Pœnâ ordinariâ tamen laquei non punitur, sed aliâ extraordinariâ, 12

Barthol. Bertaz. consil. 198. incip. Hieronymum Buzolium. sub fin. princ. vers. & idem apparet. & n. 1. lib. 1. Didac. Covarr. lib. 1. var. resol. c. 3. nu. 12. ibi. cæterum magis obstat. & seq.

Quemadmodum etiam in Imperio Romano ab Imperatore Carolo V. in constitutionibus criminalib. *art. 167. sub fin. vers.* Wo aber jemand bey tage essende Speise sancitum est, quod quis pro eiusmodi furto pro qualitate personæ & facti, non pœnâ furti ordinariâ, sed saltem civiliter, secundum consuetudinem loci & statutum, puniri debeat. 13

In Saxoniâ verò talis fur alienorum fructuum punitur mulctâ triginta solidorum, 14

Land R. *lib. 2. art. 28. post princ. vers.* bricht er einem sein Obst abe. *junct. vers.* er muß 30. Schilling dem zur Busse geben. *Matth. Coler. decis. 144. incip. pro furto. nu. 25. ibi. pronunciatur, part. 1.*

Idque procedit non tantùm in fructibus arborum in hortis, sed etiam in agris, sylvis, & nemoribus positarum & natarum, 15

Matth. Col. d. decis. 144. n. 26. ibi, licet autem, part. 1.

Præter hanc tamen pœnam seu mulctam tenetur etiam ad damnum resarciendum, 16

Didac. Covarr. lib. 1. var. resolut. c. 3. n. 12. post princ. vers. qui ex hoc inferunt. & vers. seq. & per ea, quæ in praeced. conclus. n. 13. & seqq. dicta sunt.

Quemadmodum etiam ita Scabini Lipsenses pronunciarunt, Seynd jhr etliche bey nächtlicher weile in einen verblanckten BawrenGarten eingefallen / vnd haben Kirschen von Bäumen gerissen / vnd fruchtbaren wachsenden Kirschbäumen etlichen die Gipffel / etlichen die Este mit den Kirschen abgehawen / vnd die andern sonsten zerrissen / so sind sie schuldig bürgerlicher weise den Schaden zu erlegen / vnd dem / des der Garte ist / dreyssig Schilling Pfennige zur Busse zu geben / Wo es aber peinlich gefordert / so möcht jhr sie mit zeitlichen Gefängniß / oder mit Verweisung auff ein Jahr lang / oder aber vmb eine ziemliche Geldbusse in Straffe nehmen. V. R. W.

Non quidem ad totum damnum, etiam quod ab aliis datum est, sed illud duntaxat, quod ab eo solo est illatum, *Didac. Covarr. d. c. 3. n. 13. vers. & tandem plures paulatim. & vers. seq.* 17

Itemq;

18 Itemq; judici supremam mulctam, puta sexagintà solidos, das höchste Gewette / sind dreyssig Schilling / solvere debet,

Matth. Coler. (ubi ita Jenenses Mense Octob. Anno 15.. respondisse testatur) d. decis. 144. n. 27. & seq. part. 1.

19 Nisi furtum sit magnum, & sæpiùs iteratum, tunc enim meritò duriori pœnâ, etiam pro gravitate delicti ordinariâ, puniri potest, veluti quendam, qui per biennium uvas ex vineis sæpiùs abstulerat, cum sciri non potuisset, quantum furatus esset, positum esse per horam ad numellam an Pranger / & postea ad biennium relegatum, testatur

VVesenb. in comm. manuscript. ad const. Saxon. part. 4. const. 37. sub fin. quem refert & sequitur Daniel Moller. in comm. ibid. n. 10.

20 Tertius casus, si quis non edibiles, sed alios fructus, puta, segetes à solo separatas, ligna à stipite resecta, gramina falcata & similia, furatur, tunc de jure civili etiam furti actio competit,

l. verum. 25. §. eorum quæ. 2. ff. de furt.

21 Et quidem ordinaria, ita, ut quis hoc in casu perinde ut alius fur puniatur, velut hodie expressè est constitutum ab Imperatore Carolo V. in eius constitutionibus criminalibus

art. 167. rubr. von Früchten vnd Nutzen auß dem Felde. *in princ.*

22 Indistinctè, etiamsi quis diurno tempore eiusmodi fructus ex alienis agris & campis clàm furatus fuerit, *d. art. 167. vers.* deßgleichen wo einer bey tage *& seq.*

23 Jure Saxonico verò distinguitur, an quis nocturno, an verò diurno tempore eiusmodi fructus furti causâ abstulerit, priori casu laqueo punitur, posteriori verò non item, sed saltem fustigatur,

LandR. *lib. 2. art. 28 vers.* Wenn auch des Nachts gehawen Holtz. *& seq. ubi Zobel. in gl. lat. ad text. german. lit. E. & F.* LandR. *lib. 2. art. 30.*

24 Sed hanc distinctionem hodiè non observari jamdudum in *præced. conclus. nu. 54.* dixi, ex *Matth. Coler. decis. 144. incip. pro furto (ubi ita Jenenses Mense Septemb. Anno 1579. contra furem quendam* in Obendorff *respondisse refert) nu. 24. in princ. & vers. ea pœna & distinctio. & seq. part. 1.*

25 Quæ tamen assertio fallit, si quis eiusmodi fructus, non à solo separatos, sed adhuc stantes furatur, puta frumentum alienum ipsemet demetit, ligna desecat, & prata detondet, tunc enim is mitiùs puniri debet,

Gl. ordin. LandR. *lib 2. art. 28. verb.* wer des Nachts gehawen Holtz. *n. 7. vers* diß ist darumb. *& seq.*

Ratio diversitatis est, quia jura eum graviùs puniunt, qui fructus non separatos furatur, quàm qui stantes & adhuc pendentes ipse rescecat & aufert, propterea, quod ibi dominus jam impensas & laborem suum insumpsit, hic non item,

textus elegans in l. si servus. 27. §. si olivam. 25. vers. cum tibi etiam. ff. ad l. Aquil

26 Veluti etiam ita Lipsienses ante aliquot annos responderunt. Hat ein Mann befandt / daß er euch in ewerm Forst Holtz abgehawen hat / vnd davon seine Schweinskoben vnd Kühstall zum mehrer theil erbawet / So ist er vermöge Sächsischer Recht schuldig / euch das abgehawen Holtz zwiefach zu bezahlen / vnd von ieder mal / ehe das Holtz abgehawen 30. Pf. zur Buße zu geben / vnd mocht jhn an seim Leib vnd Leben zu SachsenRecht darumb nicht straffen / wo er aber Holtz das allbereit abgehawen gewest / gestolen / vnd das offt gethan hette / so möget jhr jhn zur Staupen schlagen lassen. V. R. W.

LIV.

De Furto domesticorum & & eius pœnâ.

SUMMARIA.

1. *Jure civili, quomodo furta domestica puniuntur, 2.*
3. *Hodiè quomodo puniuntur, & quid de jure Saxonico. n. 4. 5. 6 7. 8.*
9. *Fur domesticus an mitiùs puniatur, si pro eo dominus intercedit & ignoscit.*
10. *Famuli, qui dominis salaria solvere recusantibus aliquid auferunt, & aufugiunt, quomodo puniuntur. n. 11.*
12. *Domesticorum appellatione qui continentur.*
13. *Pater, Mater, filius, filia, uxor, maritus an etiam domesticorum appellatione contineantur, & quomodo puniantur, si furtum commiserint, n. 14. 15. 16.*
17. *Quid de fratribus & aliis cognatis intra quartum gradum sibi invicem coniunctis dicendum erit.*

JUre civili quidem verbis disertis est sancitum, 1 quod pro furto, a personis domesticis facto, *Nov. Elect. Aug. par. 4. const. 18.* præsertim si vilius sit, furti actio non nascatur,

text. expr. in l. servi & filii. 17. l. si libertatus. 89. ff. de furt. l. perspiciendum. 11. §. furta domestica. 1. ff. de pœn.

Verùm cùm hi textus partim loquantur de 2 furtis modicis, levibus & vilibus,

d. l. perspiciendum. 11. §. furta domestica. 1. pro quibus alias furti actio non competit,

Didac. Covarr. libr. 1. variar. resolut. c. 2. num. 12. in princ.

Partim de liberis, servis, & ancillis, pro quorum furtis patri vel domino ideò furti actio non competit, quoniam inter eos nullum constare potest judicium,

text. in l. ult. C. an servus pro suo facto post manumiss. teneatur §. 6. instit. de inut. stipul. l. lis nulla. 4. l. si me. 11. ff. de jud. l. actiones. 7. ff. de O. & A. l. nec cum. 16. ff. de furto. l. nullo. 7. ff. ad l. Cornel. de fal. l. interpositas. 13. in fin. C. de transact.

Quæ omnia hodiè quodammodò sunt mutata;

Ideoque prædictis juribus non attentis, hodiè 3 contrarium servatur, & pro furtis, a personis domesticis, puta famulis, mercenariis, & similibus commissis, non minus, quàm pro aliis actio furti competit, & pœna ordinaria locum habet, teste

Iodoc. Damboud. in suâ pract. crim. c. 110. num. 41 post princ. vers primò cum ad patibulum. & seq. Iacob de Bellovis. in suâ pract. crimin. lib. 1. c. 10. num. 8. vers. si est familia-

militaru.nu.9. & seq. Angel.tract. malef. verb. comparent dicti requisiti & quilibet eorum. n. 22. ibi. quod si fur ... Jul. Clar (ubi prædicta jura de consuetudine non servari dicit, sex præjudicia seu exempla affert, ubi pro furto domestico pœna laquei fuit imposita.) lib. 5. sent. §. furtum.nu 22.ibi. posset etiam allegari.ubi Johann. Bajard.in addit. num. 81. & seq. Johann. Harpprecht. (ubi rationes affert,) in §. hi qui parentum.12. inst.de obligat. quæ ex delicto. na sc. num.10.ibi, porrò quod superius. & n.seq. Daniel Moller.in comm. ad Constit. Saxon.part.4. const.38.nu.3. post princ. Virgil.Pingitz. quæst 47.incip. non infimæ.nu.12.& seq. Anton.Faber.in suo Codic.lib 9. tit.de pœnis.defin 2 n.1.& seq.per tot. Matth.Coler.decis.207.n.4. Ægid.Boss. (ubi dicit hoc furtum esse gravius delictum propter fidem) in tract. crim.tit. de furt.nu.24. ibi, an furta domestica. num.25. & seq.fol. mihi.26. Alex.consil.135.incip. circa primum dubium. n.2. vers.præterea etiamsi fuisset.& seq.vol.1.Chassan.ad consuet.Burgund.rubr.1.§.5.verb.nisi habeat abolitionem (ubi ita per curiam. 9. Febru. Anno 1531. quandam Laubert,ad mortem condemnatam fuisse testatur) nu.37. vers. nec habetur.& vers. seq. fol.217.

4 In foro Saxonico Scabini unanimiter convenerant, ut furta domestica perindè, ut alia furta, textibus juriscivilis non obstantibus, puniantur,

testibus Consult. const.Saxon. tom. 2. part.4.quæst.32 incip. die Schöppenstüle. *n. 1. & seq.*

5 Quorum placitum approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis,

part.4.const. 38. ubi in comm. Daniel Moller. num. 1. & seq.

6 Quæ assertio procedit, etiam in furtis parvis; licet enim communiter DD. tradant, quod pro furtis parvis & modicis domesticis furti actio hodiè quidem competat,

per text.in l.perspiciendum.11.§ furta domestica. ff. de pœn. late Iacob de Bellovis.in suâ practicâ crimin. lib. 1.c.10.n.8.post princ.vers.si modicum seu leve. n.9.& n. seq. Angel.tract. malef. verb. comparent dicti inquisiti.n. 22.vers.respondeo aut est furtum.& seq.

7 Hoc tamen verum est, si semel tantùm fuerunt facta, secùs si sæpiùs; nam pluralitas furtorum vilium rerum, diversis temporibus factorum, facit censeri furtum magnum,

l.nemo.sub fin.C.de Episc. audient.l capitalium.28.§ grassatores.ff.de pœn.Bl.in l.apud antiquos.21.C.de furt. nu 9.ibi, extra quæro hic.usq. ad fin.Chassan.ad consuet. Burgund.rubr.1.§ 5.verb.nisi habeat abolitionem.nu 37. vers. intellige cum modificatione. fol. 217 Matth. de Afflict.in c.1.verb. furtum. incip. tertio nota ex textu.tit.de pace juram firm. num.9. vers.sed istud est verum Angel. Bonfrancisc. in add. ad Angel. tract. malef. verb.comparent dicti inquisiti. num.22. sub fin. vers item dat aliam. & verb.etiam vestem cœlestem.nu 34. Iohann. Bajard.in add. d. Iul. Clar. lib.5.sentent.§.furtum.num.55.Nicol. Boër.decis.316. incip.præsuppono. num. . post princ.vers. ideo dicit.& seq. Virgil.Pingitz. quæst.47.num.15.vers. declaratur non procedere. & seqq. Consult. constit. Sax. tom.1. part 4. quæst.15.num.18. vers.idem non procedit, & seq.

8 Quod benè notandum est, contra famulos scholarium, qui surripiunt quædam furtula, quæ conjuncta etiam magnum furtum efficiunt,& illis pœnam laquei importan[t],

Matth. de Afflict. in d. c.1. verb. furtum, incip. tertiò nota ex textu.n.9.ibi, item quæro.& seq.

Imò etiam pro unico furto domestico parvo & modico quem morte puniri posse ... fuerit cum effractione, tradit

Chassan.ad consuetud. Burgund. 1. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. num. ... maxime ... est.fol.217.quem sequuntur Consult. const. Saxon tom. 1.part.4 quæst.15.nu.18.vers præsertim cum.& seq. Virgil. Pingitz. d quæst.47. nu.15. vers. præsertim si ... cum.& n.seq.

Deindè procedit, etiamsi dominus pro famulo vel alio domestico intercedat & deprecetur, nihilominus tamen is laqueo suspendi debet, veluti ita aliquando observatum se vidisse testatur 9

Daniel Moller.in comm.ad constit. Saxon part.4.const.38.n.3. sub fin. vers.memini ego.& seq.

Fallit tamen in iis famulis & domesticis, qui dominis sufficienter interpellatis, sed malitiose salarium solvere detrectantibus, aliquid surripiendo & auferendo aufugiunt, 10

veluti supra conclus.44.n.49.dixi.

Pœna tamen extraordinaria, propterea, quod sibi propria authoritate jus dicere non debuissent, benè possunt affici, etiamsi furtum ejusmodi cum effractione ostii, arcæ, vel cistæ, sibi satisfaciendi causa, fecerunt, 11

elegant. Alex. consil.135. incip. circa primum dubium. nu.1.num.2. vers.circa tertium & ultimum. nu. 3.ibi, sed his non obstantibus. & num.seq.per tot. vol.1. Ioann Bajard.in add. ad Iul.Clar. lib.5 sentent. §.furtum.nu. 16 in med.

Domesticorum autem appellatione hac in materia continentur, inquilini, servi, famuli, ancillæ, pedissequæ, mercenarii, qui mercede diurna operas suas locant, & similes, 12

l.perspiciendum.11.§. furta. 1.ff. de pœn. Novell. Elect. August.part. 4. d. const. 38. in princ.ubi in comm. Daniel. Moller. n 5. Iohann. Bajard.ad Iul.Clar.lib.5.sent.§.furtum.n.48.

Pater item & Mater, filius filia, maritus & uxor, licet etiam domesticorum nomine contineantur, 13

Cæpoll. in auth. sed novo jure. C. de serv. fugit. col. 2. Iohann. Bajard. ad Iul. Clar. d. §. furtum. num.84. post princ.

Pœna tamen furti conveniri non possunt, sed actione rerum amotarum, 14

l. 1. l.5.& seqq. & tot.tit.ff.rerum amot.ubi in comm. VVesenb. nu.1.& seqq.Daniel Moller.in comm.ad const. Saxon.part. 4.d.constit.38. nu.5. vers.non etiam liberos. Consult.constit. Sax.tom.2.part.4.quæst.32.num.2.vers. Wenn aber der Mann.

Et licet judex ex officio ejusmodi personas criminaliter punire possit, 15

Br.in l. 1. ff. de action. rerum amotar. Consult.constit. Sax. tom. 2. part. 4. quæst 32.nu 3. vers. demnach aber so ist dißfals.

Pœna mortis tamen eas afficere nequit, 16

Consult. constit. Saxon. d.quæst 32.n.4. Schneid.ad §.hi qui in parentum. 12. inst. de oblig.quæ ex delict.nasc. 2. vers.& prædictum nobile.& seq.

Prout idem obtinet in fratribus, collateralibus & aliis cognatis, intra quartum gradum sibi invicem conjunctis; licet enim hi ob furtum etiam criminaliter puniantur, pœnâ ordinariâ tamen laquei plecti non debent, etiamsi furtum magnum 17

gnum fuerit, & enorme, quoniam lex propter sanguinis conjunctionem pœnam remittit,

l.ult. ſ. de receptator. Consult.const. Sax.tom.2.part. 4.d.q.32 nu.4. vers. alſo auch wenn nahe Freunde. *& nu.5.*

L V.

De pœnis illorum, qui aliis, furtum committentibus, opem & auxilium, ante, in, vel post delictum præstant, excubias agunt, hospitio recipiunt, & de furto participant.

S U M M A R I A.

1. *Auxilium tribus modis præstari potest.*
2. *Si quis auxilium ante furtum præstat, quomodo punitur. n.3.5.6.*
4. *Mitiùs punitur furtum remotius, quàm furtum proximum.*
7. *Quando auxilium cooperativum, vel furto causam immediatam dedisse dicitur. 8.9.10.*
11. *Qui rubro panno pecus fugat, adhoc ut alius furetur, pœnâ furti tenetur.*
12. *Si quis arte & fallaciis aliquem ex domo ducit, ut alius interim furari possit, etiam furti tenetur.*
13. *Item & is, qui mihi persuadet pannos siccandos in hortis relinquere, ut alius eos surripiat.*
14. *Qui scalas & ferramenta accommodat, etiam furti pœnâ plectitur. 14.15.16.17.18.*
19. *Plura de delicto ante delictum præstito, remissivè.*
20. *Si quis auxilium in ipso actu furandi præstat, quomodo punitur. 21.22.23.*
24. *Jure Saxonico, quid juris, n.25.26.*
27. *Auxilium quomodo quis in ipso furto præstare dicitur, n.28.*
29. *Auxilium in ipso furto præstans pœnâ laquei punitur, etiamsi nihil de eo participat.*
30. *Si quis ignoranter auxilium in furto præstat, pœnâ furti non tenetur. n.31.32.*
33. *Si quis nudum & simplicem favorem seu auxilium tantùm præstat in furto, quomodo punitur. 34.*
35. *Si quis auxiliatur illis, qui alias essent furtum commissuri.*
36. *Si quis, aliis furtum facientibus, interim fit in excubiis. n.37.38.39.40.41.*
42. *Si actus, cum quo fuit auxilium in furto præstitum, sit remotus, quomodo quis punitur.*
43. *Si quis auxilium post furtum præstat, quomodo punitur.*
44. *Auxilium post furtum, quomodo præstari dicitur. n.45.46.47.48.*
49. *Si tractatus & deliberatio ante auxilium, post delictum factum, præcessit, quomodo quis punitur.*
50. *Si quis de rebus furtivis participavit, quid juris. 51.*
52. *Si quis de rebus furtivis, scienter commedat, & eas cum furibus dilapidat, quomodo punitur 53.*
54. *Plura de auxilio post furtum præstito, remissivè.*
55. *Receptatores furum quomodo puniuntur.*
56. *Consulentes & suadentes furtum, quomodo puniuntur.*
57. *Mandatores furtorum, quomodo puniuntur.*
58. *An socius criminis in furto possit in caput sociorum & receptatorum torqueri.*

HActenus longè lateque diximus de iis, qui ipsimet furtum faciunt, nunc pauca etiam subjiciemus, qui aliis furtum committentibus opem, auxilium & simile, præstant. Nov. Elect. Aug. par.4. const. 9.

Sed quoniam auxilium tribus modis præstari dicitur, vel ante furtum, vel in ipso furto, vel post furtum commissum,

Br. in l.furti. §. ope. ff. de furt. num.2.3. & 4. Jodoc. Damhoud. in pract. crim.c.133.nu.4 Jul. Clar. lib.5. sent. §.ult. quæst.90. n.1. post med. vers. ego tamen. Jacob Menoch. lib.2. arbit. jud. quæst. cent.4 cas.394 nu.2. August. Bonfr. in add. ad Angel. tract. malef. verb. & Andream Marci Lanificem, n 6. vers. sed de præstante. & seq. Natta. consil.151. incip. non puto. num.3. vers. quod quandoq; quis. & vers. seq. lib.1. Pract. Papiens. in form. inquisit. gl. opem. n.5. 1

Ideoq; de singulis ordine videbimus.

Primò modò, si quis alteri furtum committenti ante delictum seu furtum commissum, opem vel auxilium præstat, & tunc est communis DD. conclusio, quod is eadem pœna puniatur, qua principalis, qui reipsa furtum vel aliud delictum committit, 2

Br. in l. si qui opem. ff. de furt. n.5. vers. quid ergò dicemus. & in l. in furti. §. ope. ff. eod. nu.1. ibi, venio ad secundum. & vers. & iste punietur. & seq. Socin. consil. 188. incip. visa bulla. n.3 post med. & n.7. vers. propterea si diceremus. & seq. lib.2. Bl. in l.1. C. de Nili aggerib. non rumpend. nu. un. vers. dic quod opem ferens. Angel. tract. malef. verb. & Andream Marci Lanificem. n.5. Marsil. in l. si in rixa. ff. ad l. Cornel. de sicariis. n.29. Jac. Menoch. lib.3. arbitr. judic. quæst. cent.4. cas.349. n.3. & n. seq. Prosper. Farinac. in suá pract. crim. part.3. tit.15. quæst.130. n.1. & seq. Natta. d. consil.151. nu.3. vers. in contrarium tamen adduco. & n. seq. lib.1.

Cum hac tamen declaratione, ut auxiliator, & opem ante furtum præstans, tùm demum eadem pœna puniatur, si auxilium fuit actui vel facto proximum, secùs si remotum, 3

Bl. in d. l.1. C. de Nili agger. non rumpend. nu. un. vers. hoc est verum. & in l.1. C. de crimin. pecul. num.2. vers.

 quod

quod ego verum Jacob Menoch. d. cas. 349. n. 5. ibi, declaratur primo. August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. tit. de malefic. verb. dicto maleficio semper. nu. 17. ibi, item adde aliam. Hippol. de Marsil. in sua pract. crim. §. constante. nu. 49. sub fin. vers. pro quo dicit bene. & num. 50. Nicol. Boer. decis. 167. incip. videtur quod quando. nu. 3. vers. secus si ferat. Barthol. Bertaz. consil. 62. incip. multa sunt. n. 12. vers. attamen ipse tanquam. n. 13. & seq. & n. 17. lib. 1. Natta. d. consil. 151. n. 3. ibi, & quod mitius. junct. n. 4. sub fin. vers. post e contrario. lib. 1.

4 Ratio est, quia mitius punitur factum remotius, quàm factum proximum,

l. 1. ff. de extraord. crimin. & l. in d. l. 1. C. de Nili aggerib. non rumpend. num. un. post med. vers. quia mitius punitur. August. Bonfrancisc. in add. ad Angel. de malef. verb. dicto maleficio semper. nu. 17. vers. & dicta ratio. & seq.

Non obstante, quod Bero, *consil. 102. n. 1. in fin. nu. 2. n. 6. n. 8. & seq. nu. 15. sub fin. vers. nec obstaret textus. & num. seq. lib. 2. Barth. Thereg. in sua practic. crim. part. 12. nu. 0. vers. in secundo autem casu junct. vers. scias tamen. & seq. Prosper Farinac. in sua pract. crim. part. 3. tit. 15. quæst. 130. num. 47. junct. nu. 48. vers. & quidem hac contraria. & seq.* contrarium statuat, & velit, quod auxiliator pari & eadem pœnâ puniatur, sive auxilium fuerit facto seu furto proximum, sive remotum.

5 Vel si auxilium fuerit cooperativum, & causam immediatam dedit furto seu delicto, aliàs non, sed mitiùs punietur,

Feltn. in c. sicut dignum. 6. extr. de homicid. num. 2. ibi, modo adverte. & in c. 1. extr. de offic. judic. delegat. nu. 13. post med. vers. limita primo. Dec. eod. nu. 63. vers. & ista conclusio. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 90. nu. 1. vers. Alii verò dicunt. & seq. & n. 2. ibi, aut verò non præcessit. & seq. Hippol. de Marsil. in sua pract. crim. §. constante. n. 49. sub fin. vers. & primo dicit. & seq. Prosper. Farinac. in sua pract. crim. part. 3. tit. 15. quæst. 130. n. 42. ibi, limita primo. & n. seq. Salyc. in l. un. C. de rapt. virg. nu. 24. August. Bonfranc. in add. ad Angel. de malef. verb. dicto maleficio semper. n. 14. sub fin. vers. limitabat tamen. & n. seq. Schrad. de feud. part. 9. c. 2. nu. 34. vers. tertiò hac conclusio. Paris. consil. 152. incip. vidi exemplum. num. 37. ibi, nam tale. & seq. & consil. 166. incip. pro resolutione. n. 17. & seq. vol. 4. Didac. Covarr. in Clem. si furiosus. tit. de homicid. (ubi rationes affert) part. 2. §. 2. n. 2. ibi, sextò subsequitur. & seq. Barthol. Bertaz. consil. 324. nu. 1. sub fin. vers. & idem est. n. 2. & seq. lib. 2. Bl. consil. 492. incip. dicitur quod certi. n. 1. vers. sed contrarium est verum. & n. seq. lib. 1. Practic. Papiens. in forma inquisitionis. gl. opem & auxilium. n. 2. ibi, sed hic quæritur. & seq.

6 Quæ omnia procedunt, ut quis propter auxilium ante furtum vel delictum præstitum pœnâ ordinariâ non puniatur, nisi auxilium delicto per actum proximum causam dederit, etiamsi ante delictum tractatus, deliberatio & scientia auxiliatoris præcesserit, *Paris. consil. 152. incip. vidi exemplum. n. 33. & seq. vol. 4.*

Non obstante, quod directò contrarium velit

Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 90. n. 1. post med. vers. aut delictum commissum est pravio. & vers. seq.

7 Quando autem auxilium dicatur cooperativum, & per actum proximum furto, vel alii delicto causam immediatam dedisse censeatur, vel non, non usq; adeo expeditum est.

Sunt enim, qui dicunt, tum demum auxilium causam furto vel delicto dare, si quis cum sua manu auxilium cooperativum præstet, 8

Cyn. in l. 1. C. de Nili aggerib. non rumpend. nu. 2. post pr. Capol. consil. 12. n. 11. Farinac. part. 3. tit. 15. quæst. 130. nu. 47. ibi, causam autem & n. 46.

Aliter sentiunt *Reminald. consil. 70. nu. 1. in fin. & consil. 9. n. 11. vers. & his videtur dicendum. & seq. lib. 1. Fulv. Pacian. consil. 56. nu. 14. in fin. Lader. Imolens. consil. 149. num. 1. sub fin. vers. sic & intellige. & quos refert & sequitur Prosper Farinac. in sua pract. crim. part. 3. tit. 15. quæst. 130. num. 53. ibi, quia verius. & seq.* qui dicunt, quod tunc per actum proximum dicatur præstitum auxilium, quando propter auxilium est data causa delicto, si verò propter auxilium non fuit causa data delicto, dicatur tantum præstitum auxilium per actum remotum. 9

Aliter item statuunt: *Didac. Covarr. in Clem. si furiosus. 1. tit. de homicid. part. 2. §. 2. vers. ita quidem, & seq. Anton. Gomez de delict. c. 3. rubr. de homicid. nu. 49. vers. dubium tamen necessarium est. & seq. Petr. Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 16. n. 13. Jac. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 349. num. 9. vers. quod auxilium fuit præstitum. & seq.* qui putant, quod tunc auxilium delicto per actum proximum præstitum dicatur, pœnaq; ordinaria locum habeat, si sine illo auxilio quis delictum vel omninò non, vel non tàm facilè potuisset committere, & efficere; secus verò, sit, & auxilium per actum remotum furto vel alii delicto præstitum censeatur, & pœna extraordinaria imponatur, si sine illo auxilio delictum potuit perpetrari; quæ assertio etiam mihi maximoperè placet. 10

Ex quâ infertur, si quis dolò malò ostendit pannum rubrum ad fugandum pecus, ad hoc, ut in fures incideret, quod is meritò pœnâ furti ordinariâ plectatur, *l. in furti. 50. §. ult. ff. de furt. Natta. consil. 151. n. 1. sub fin. vers. & in proposito. & n. seq. lib. 1.* quoniam is auxilium per actum proximum præstitisse, causamq; immediatam furto dedisse censetur, cùm sine ostensione eiusmodi panni furtum pecoris vel omninò non, vel non tam facilè potuerit committi. 11

Infertur etiam, si nonnulli arte & fallaciis aliquem extrà domum deducant, ad hoc, ut alii domum ingredi, & ibi res eius auferre possint, quod causam furto immediatam etiam dedisse, & auxilium per actum proximum præstitisse censeantur, cum sine ope illorum reliqui domum non tam facilè ingredi, & furari potuissent, per ea quæ eleganter tradit 12

Marc. Anton. Natt. d. consil. 151. incip. non puto. n. 1. & seqq. per tot. lib. 1.

Similiter infertur, si mihi persuadeas pannos meos siccandos noctu in hortis tuis relinquere, ut eos furto alius surripiat, quod causam furto etiam dedisse censearis, & furti tenearis, 13

Johann. Gedd. in l. sæpe ita. 53. ff. de V. S. nu. 13. in fin. vers. item si mihi. & seq.

Item infertur, si quis alicui scalas ad furtum committendum accommodavit, quod etiam is auxilium per actum proximum, sine quo furtum vel omninò non, vel non tam facilè fieri potuit, præstitisse dicatur, & ob id meritò pœna ordinariâ plecti debeat, 14

text.

text. in §. interdum 11. vers. ope & consilio, in verb. aut scalas, inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. l. si pignore 54. §. qui ferramenta 4. vers. vel scalas, ff. de furt. Br. in l. in furtis §. ope ff. eod. num. 2. vers. vel scalam causâ furandi. Angel tract. malef. verb. & Andream Marti Lanificem, num. 7. vers. ut scalas accommodando. Nicol. Boer. decis. 164 incip. videtur quod num. 1. vers. vel scalam & seq. Prosper. Farinac. in sua practica criminali, part 3. tit. 15. quæst. 130. num. 20. vers. amplia quarto, & seq. Anton. Gomez. de delict. c. 3. rubr. de homicidio, num. 48 Natt consil. 151. incip. non puto, num. 3. vers. in contrar. & seq. lib. 1. Pract. Papiens. in forma inquisit. gl. opem, & auxilium, num. 6. vers. si quis præstiterit scalas.

Non obstante, quod *Bl. consil. 402. num. 1. vers. ut in eo, qui accommodat. vol. 1. Mantua, in cap. 1. ext. de offic. judic. deleg. numer. 40. ante fin. Gravet. consil. 52. n. 17. post princ. lib. 2.*

contrarium velint, & solummodò pœnam extraordinariam esse imponendam, dicant.

15 Præterea infertur, quod & is, qui ferramenta ad effringendum commodat, causam immediatam furto dedisse, & auxilium per actum proximum præstitisse censeatur, & ob id meritò pœnâ furti ordinaria teneatur,

d. §. interdum, vers. ope & consilio, instit. de oblig. quæ ex delicto nasc. l. si pignore. 54. §. qui ferramenta. 4. ff. de furt. Br. in d. l. is qui opem, ff. eod. num. 5. sub fin. & in l. in furti. §. ope. ff. eod. num. 2. vers. ut si præstat ferramenta. Nicol. Boër. d. decis. 167. num. 1. vers. aut ferramenta, & seq. Angel. Aret. tract. malef. verb. & Andream Marti Lanificem, numer. 5. & verb. dicto maleficio semper. num. 13. Socin. consil. 188. incip. visa bulla, num. 3 lib. 2. Pract. Papiens. in forma inquis. gl. opem & auxilium num. 6. post princ. Prosper. Farinac. in sua pract. crim. part. 3. tit. 15. quæst. 130. num. 5. & seq. Natta consil. 151. incip. non puto, numer. 3. vers. in contrarium, post princip. lib. 1. Anton. Gomez. de delict. c. 3. rubr. de homicid. num. 48. post princ.

16 Quamvis contrarium velit, & hoc in casu quem mitiùs puniendum esse statuat, propterea, quòd præparatorium saltem se. isse dicatur,

Bal. in l. un. C. de Nili aggerib. non rump. num. un. sub fin. vers. nam cum opem ferens, quem sequitur August. Bonfranc. in add. ad Angel. tract. malef. (ubi dicit, quod opinio Bartoli, quam judices imitantur, occidit animas ipsorum) verb. dicto maleficio semper astitit, nu. 17. vers. cum verò non agit in actu, & seq. per tot. fol. 409. Hippol. de Marsil. in l. si in rixa, ff. ad l. Cornel. de sicar. num. 36. vers. subdit tamen pœna, & numer. 44. sub fin. Blanc. in practic. crimin. §. post quam vidimus, num. 1. vers. si commodavit arma, junct. numer. 5. vers. unde ex dictis omnium scribentium fol. 117. & seq. Jacob. Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 349. num. 5.

17 Quæ illationes tamen tunc veræ sunt, si quis scienter scalas & ferramenta alicui ad furandum commodavit, secùs si ignoranter,

per text. in l. si pignore 45. §. qui ferramenta. 4. verb. sciens ff. de furt. Iacob. Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæstion. cent. 4. cas. 348. num. 6. Prosper. Farinac. d. quæst. 130. num. 7. & num. 58. Felin. in c. sicut dignum. extr. de homicid. num. 4. vers. quinto limita. Alex. in add. ad Br. in l. in furti §. ope ff. de furt. lit. A. Nicol. Boer. decis. 167. num. 2. (ubi ita 21. Febr. Anno 1531 in curia Burdigalensi servatum fuisse refert) vers. sed ubi commodans. & seq. Bl. in l. quicunque C. de serv. fug. num. 26. ibi, nota textu. Hippol. de Marsil. in sua practica crim. §. constante num. 51. vers. quinto limitat. Petr. Paul Paris. consil 152. incip. vidi exemplum, num. 1. & seq. num 30. & seq. vol. 4.

In dubio autem quis scalas & ferramenta non scienter, sed ignoranter, commodasse præsumitur, 18

Mantuan. in c. 1. ext de offic. deleg. numer. 38 vers. unum tamen Nicol. Boer. d. decis. 167. num. 2. sub fin. vers. unde hic ex quo Prosper. Farinac. d. quæst. 130. n. 8. ibi, & in dubio. Menoch. d. cas 349. numer. 6. vers. imò in dubio. Paris. d. consil. 152. num. 32. vers. & quod in dubio, illud, & seq. vol. 4.

Plura de auxilio, ante delictum seu furtum præstito, vide latissimè cum ampliationibus & limitationib. apud 19

Prosper. Farinac. in sua pract. crim. part. 3. tit. 15. d. quæst. 130. num. 1. & seqq. per tot. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. d. cas. 349. num. 2. & seqq. Hippol. de Marsil. in sua pract. crim. §. constante, num. 50. & seqq.

Secundò modò, si quis auxilium in ipso actu furti vel delicti præstitit, & tunc de jure civili interpretes simpliciter & generaliter concludunt, quod is eâdem & pari pœnâ teneatur, 20

per text. in §. interdum 11. post princ. inst. de oblig. quæ ex delicto nasc. in l. qui servo 36. §. item placuit. 1. ff. de furt. l. si quis uxori 52. ff. eod. Br. in l. is qui opem ff. eodem num. 5. post princip. vers. pone in casu nostro, & in l. in furti. §. ope. ff. eod. num. 3. Prosper. Farinac. in sua practica crimin. part. 3. tit. 15. quæst. 131. num. 14. ibi, amplia octavò, & seqq. Pract. Papiens. in formâ inquisit. gl. opem, & auxilium, num. 6. Angel. tractat. malef. verb. & Andream Marti Lanificem, num. 7. post princ. Modest. Pistor. quæst. 63. numer. 1. post princip. & seq. Matth. Coler. decis. 150. incip. auxilium, num. 1. part. 1. Natta. consil. 151. num 3. in med. vers. quandoq. præstatur auxilium, lib. 1. & consil. 458. incip. in causâ inquisitionis, num. 9. lib. 2. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 349. num. 7. & num. seq. Iodoc. Damhoud in sua pract. crim. c. 101. num. 5. & seq. Claud. Battand. in practic. causar. crim. reg. 98. nu. 1. & seqq. per tot. Surd. consil. 40. incip. gravis quidem, num. 45. lib. 1. Damhoud. in sua pract. crim. c. 101. n. 5.

Quam tamen assertionem alii non ita simpliciter procedere contendunt, sed tùm demum, si consilium & deliberatio præcessit, causamq; delicto dedit, 21

Cyn. in l. is qui opem ff. de furt. quem sequitur Nicol. Boer. decis. 167. num. 2. in fin. vers. tamen Cynus in dicta, num. 3. & seq. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 90. n. 1. post. med. vers. aut delictum commissum.

Aliter sentit *Andr. de Isern. in c. 1. §. si quis quinq. tit. de pace tenend. & ejus violat, nu. 6. post princ. vers. vel dic quod qui opem, & seq.* 22

qui tradit, quod quis propter opem & auxilium præstitum tùm demum furti teneatur, si non solum furtum sit commissum, sed etiam secuta fuerit contrectatio,

per text. in l. si quis uxori. 52. §. neq; verbo 19. ff. de furt.

ubi manifestis verbis dicitur, quod opem ferre, &

consilium da‹r›e tunc noceat, cum secuta contrectatio est, cujus sententiæ etiam esse videtur

Gl. in l. is qui opem ff. de furt. verb. manifestus. vers. nec enim dici potest. Farinac. d. quæst. 131. num. 17. ubi, sublimita præcedentem.

23 Verum, cùm textus *in d. l. si quis uxori. 52. §. neq; verbo 19.* non debeat accipi de ejusmodi contrectatione, quæ ab ipso auxiliatore necessariò fieri debet, ita, ut auxiliator, si pœna furti esset afficiendus, necessè haberet rem ipsam contrectare, & deprehendendo amovere, sed de facto ipso & effectu auxilii seu consilii præhabiti,

text. in l. sæpè ita. 53. §. ult. in fin. ff. de V. S. ubi Gadd. n. 12. 13. 16. & seq.

ita ut sufficiat, si, juxta consilii ab auxiliatore dati formam, factũ sit secutum & furtum commissum, licet contrectatio ipsa non ab auxiliatore simul, sed à solo principali sit secuta, ut ipsemet *Andr. de Isern. in d. c. 1. §. si quis quinq; numer. 6. post princip. vers. sed secutá contrectatione à se vel alio, & sequent.* se explicat; Ideoq; supradictæ assertioni Bartoli & ejus sequacium firmiter inhæreo, & statuo, quod quis propter auxilium, in ipso actu furandi præstitum, pœna furti ordinariâ puniatur; quod, præter textûs suprà allegatos, inde probatur: nam, cùm quis propter auxilium ante factum præstitum, quod minus est, pœnâ furti teneatur, si illud auxilium per actum proximum furto causam dedit, *ut in præced. casu dictum est*, multò magis quis furti pœna plecti debet, si quis in ipso delicto adest, & auxilium præstat, quod majus est.

24 Jure Saxonico videtur dicendum, quod opem & auxilium ferentes furibus aliter puniantur, &, si causa civiliter est instituta, solummodò condemnetur quilibet actori in triginta solidis, judici verò ad emendam, sexaginta puta solidorum,

Gl. Weichb. art. 81. n. 8 ibi, Seine helffer aber.

25 Si vero criminaliter, singuli condemnentur in dimidio VVergeldo, veluti ita practicari testatur

Christ. Zobel. in gl. lat. ad text. germ. Landr. *libr. 3. art. 46. lit. C. ibi, & nota per tot.*

Et ita in specie in hac materia furtorum tradit

Matth. Coler. decis. 150. incip. auxilium, n. 2. part. 1. Gl. marginal. im Weichb. *art. 81. num. 8. lit. B. ibi,* vnd die Busse / *per tot.*

26 Contrarium tamen longè verius est, *per text. expr.* im Landr. *lib. 2. art. 13. post med. vers.* wer Diebe behauset/ *vers. seq. ubi gl. lat. ad text. germ. lit. P.*

27 Auxilium autem & opem quis in ipso furto præbere dicitur, qui ministerium atque auxilium ad surripiendas res præbet, scalas fenestris apponit, ostium effringit, ferramenta ad effringendum concedit, ac latebras præbet, ut alius furtum faceret,

§. interdum quoq; 11. inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. Ioann. Gadd. in l. sæpe ita 53 ff. de V. S. nu. 12. in med. vers. opem fert, & seq.

28 Furem associat, & comitem se illi adjungit,

Gadd. d. l. 53. num. 12. vers. vel comitem se adjungit, Blanc. in sua pract. crim. §. postquam vidimus, nu. 2. vers. si unus vulneravit, fol 188. in princ. Prosper. Farinac. in sua practica crimin. part. 3. tit. 15. quæst. 130. num. 27. & seq. & quæst. 131. num. 13. & seq. August. Bonfranc. in addit. ad Angel. tractat. malefic. verb. et u Andreas, num. 2 ibi, & tenementi. Surd. consil. 40. incip. gravis quidem, numer. 44. vers. & associans, & seq. vol 1. Natta consil. 485. incip. in causa inquisitionis, num. 9. vers. & ultra prædictam, & seq. lib. 2. Bl. in l. 1. C. de serv. fugit. num. 6. & in l. 1. C. de rapt. virg. num. 19. vers. sic autem præstatio opis.

Et hæc assertio procedit, etiamsi auxiliator nihil de rebus furtivis perceperit & lucratus fuerit, modò auxilium illud non sit simplex, sed cooperativum & causativum furti, 29

Andr. de Isern. in c. 1. §. si quis quinq;, tit. de pace tenend. & ejus violat. n. 6. vers. si verò dedit opem, junct. vers. certum est eum furti, & seq.

Non attento, quod contrarium velit

Matth. de Afflict. in d. c. 1. §. si quis quinq;, vers. hoc est de re furtiva habuerit, & seq.

Fallit tamen in eo, qui casualiter vel ignoranter opem & auxilium furti præstat, 30

Felin. in c. 1. extr. de offic. deleg. numer. 13. sub fin. vers. limita nisi præstans, & seq. Alex. in add. ad Br. in l. is qui opem, ff. de furt. num. 5. lit. B. post med. vers. & requiritur, ut opem præstans. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. constante, num. 45. & seq. Prosper. Farinac. in sua pract. crim. part. 4. tit. 15. quæst. 131. numer. 28. & seqq. Aym. Gravetta, consil. 224. incip. congregant gentes, num. 5. Petr. Paul. Paris. consil. 125. incip. vidi exemplum, num. 33. & consil. 164. incip. illustrissima dominatio, num. 52. & seq. lib. 4. Ægid. Boss. in practicá criminal. tit. de homicid. numer. 22. vers. est verum, & num. 23. Bertaz. consil. 106. incip. non obstantibus, num. 10. lib. 1. & consil. 326. num. 6. sub fin. vers. & hoc sine dubio, & num seq. lib. 1. Schrad. de feud. part. 9. cap. 1. num. 31.

Quapropter si quis rem, quam aufert, & cui tu auxilium præstas, dicit esse suam, tu propter auxilium de furto non teneris, 31

Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 349. numer. 16. ibi, declaratur quartò Prosper. Farin. in sua pract. crim. part. 4. tit. 15. d. quæst. 131. n. 29.

In dubio autem quis ignoranter, & casualiter, & non scienter, auxilium præstitisse præsumitur, 32

Farinac. d. quæst. 131. num. 32. Paris. consil. 152. n. 33. vers. aliàs si illud, & consil. 161. num. 33. in fin. vers. & si illud non probatur, & num. seq. lib. 4. Bertaz. consil. 105. incip. Dominicus, num. 5. vers. quod juvatur, & num. seq. & consil. 106. numer. 3. vers. & præsumitur, lib. 1. Boss. in sua pract. tit. de homicidio, num. 23. vers. in dubio quando nescitur. Schrad. de feud. part. 9. c. 2. numer. 33. ibi, porrò cum is & seq. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. constante, n. 61

Deinde fallit, si quis nudum & simplicem favorem & auxilium duntaxat absq; cooperatione & facto præstitit, 33

Angel. in l. is qui opem ff. de furt. numer. 4. in med. Gl. in Clem. 1. tit. de pœn. verb. defensarit, vers. circa tertium de fautore. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. constante, num. 50. vers. notabilem differentiam, & num. 61. vers. item addo etiam & seq. Jacob. Menoch. libr. 2. arbitr. jud. quæst. cent 4. cas. 349. numer. 10. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 4. tit. 15. quæst. 131. numer 32 ibi, limita quintò, & seq. Guid. Papa. decis. 423. num. 3 vers. imò quod plus est, & seq. Bertaz. consil. 62. num. 10. vers. ubi dixit, & seq. Iason. consil. 137. incip. formata est inquisitio, n. 9. vol. 1.

Quod etiam in foro Saxonico est receptum, 34

Zobel.

Zobel. in gl. lat. ad text. germ. Landr. lib. 2. art. 13. lit. P. post med. vers. [illegible] verba, & seq.

35 Inde infertur, si quis præstitit auxilium illis, qui alias sine auxiliatore & ejus ope furtum commisissent, quod is pœna ordinaria non teneatur.

August. Bonfranc. (ubi dicit, se quendam, qui aliis furtum aliàs facturis auxilium præstitit, a furca liberasse) in add. ad Angel. tractat. malefic. verb. & Sempronium Rudolphi barbitonsorem num. 44. vers. limita hoc verum, & seq. & verb. dicto maleficio semper astitit. (ubi idem refert) numer. 16. vers. tamen dicit quod nudus, & seq. quem sequitur Bertaz. d. consil. 62 numer. 11. vers. quam decisionem, & num. seq. lib. 1. Jason. d. consil. 137. incip. formata est inquisitio, num. 9. vers. & per istam, & seq. vol. 1. Iacob Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 349. num. 20. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 90. num. 7. ibi, item scias. Claud. Bastand. in praxi causar. crim. reg. 99. incip. simplicem prabens, num. 1. & seqq. per tot. Prosper. Far. in sua pract. crim. part. 3. tit. 15. quæst. 129. num. 125. ibi, limita quintò. num. 126. & seq. Hippol. de Marsil. in sua practic. crim. §. constante numer. 61. in med. vers. & hanc glossam, & vers. seq.

36 Item infertur, si quis aliis furtum facientibus interim sit in excubiis, helt die Wache/ quod is etiam pœna ordinaria puniri non possit,

Consult. const. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 75. incip. ob nicht auch/ *n. 1 & seq. per tot. & tom. 2. part. 4. quæst. 28. incip.* die lenigen/ *n. 2. & seq.*

37 Nisi is, qui excubias agit, præter nudum favorem etiam ad causam cooperativam perveniat, & aliquid delicto adjiciat, puta, quia scalas afferre vel fenestris supponere juvit,

Consult. const. Sax. tom. 1. part. 4 d. quæst. 28. nu. 1. vers. als wenn der/ der die Wache hielte.

38 Vel si aliquid de rebus furto subtractis participavit,

Consult. const. Sax. d. quæst. 28. num. 4. ibi, welche aber seynd der meinung / *post princ.*

39 Veluti etiam hodie ab Augusto Electore Saxoniæ verbis expressis est sancitum, quod is, qui aliis furtum facientibus excubias agit, si de rebus furtivis aliquid participavit, non aliter, ac ipse principalis, furca suspendi debeat,

in suis Novellis part. 4. constit. 39. incip. von denen/ welche die wache halten/ *ubi in comm. Daniel. Moller. num. 1. & seqq.*

40 Quod procedit etiam, si quis in ipso furto non contrectavit vel manum admovit, sed aliter participavit,

Novell. Elect. August. part. 4. d. const. 39. num. ult. in fin. vers. ungeacht ob er nicht am diebstal.

41 Dummodò lucrum illud, quod ex rebus furtivis percipit, sit tantum, quantum alias, ad pœnam laquei dictandam sufficit, puta excedat quinque solidos,

d. const. 39. vers. so viel empfangen und *participiren. ubi in comm. Daniel Moller. n. 6.*

42 Tertio fallit si actus, cum quo fuit præstitum auxilium, sit remotus & causam furto non dedit,

Prosper. Farinac. d. quæst. 131. num. 40. ibi, limitatio. & nu. seq. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 349. n. 9. & seqq.

Plures limitationes, vide latè apud

Prosper. Farinac. d. quæst. 131. numer. 43. & seqq.

usq. ad finem. Menoch. d. cas. 349. num. 10. & seq. nu. 15. & seqq. Hippol. de Marsil. in sua practica criminal. §. constante, numer. 50. & seqq. Jason. consil. 137. incip. formata est inquisitio, num. 1. sub fin. vers. sed præmissis, num. 2. & seqq. usq. ad fin. vol. 1. Felin. in c. 1. extr. de officio delegato, nu. 13. & seqq. & in c. sicut dignum extr. de homicid. nu. 2. & seq. Br. in l. si quis opem ff. de furt. num. 5 post princ. August. ad Angel. tract. malefic. verb. dicto malefic. semper, numer. 14. sub fin. num. 15. & seqq.

Tertiò modò, si quis auxilium post furtum commissum præstat, & tunc communis DD. est conclusio, quod is eadem & pari pœna non teneatur, sed solùm pœna extraordinariâ pro arbitrio judicis puniatur, 43

Br. in l. in furti §. ope ff. de furt. num. 4. ibi, quandoq. præstatur auxilium Pract. Papiens. in forma inquisitionis, gl. opem auxilium num. 7. Arm. Graven. consil. 220 numer. 12. sub fin. vers. sed arguitur, lib. 2. Nicol. Boer. decis. 167. num. 4. vers. & post maleficium. & seq. Iacob Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 349. num. 21. ibi tertius est casus, & numer. seq. Mantua in cap. 1. extr. de offic. judic. delegat. & num. 44. Angel. Aretin. tract. malefic. verb. Andream Marci Lanificem. num. 5. vers. post v. maleficium, & num. 7. vers. sin autem post perfectum, Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 90. numer. 2. post princip. vers. sin vero non præbuit, & seq. Prosper. Farin. in sua practica criminal. part. 3. tit. 15. quæst. 132. num. 1. & seqq. & num. 1[illegible]. Felin. in cap. sicut dignum extr. de homicid. num. 4. ibi, quartò limita. Hipp. de Marsil. in pract. crim. §. constante, num. 54. ibi, quartò limitat. Bl. in pract. §. postquam vidimus, n. 5. Paris. consil. 152. num. 41. vers. quia si vere hoc fuisset, & seq. lib. 4. Curt. Sen. consil. 41. incip. super processu, numer. 8. vers. tertiò & ultimò præstat. & seq. Bertaz. consil. 324. incip. quæritur quâ pœna, num. 6. vers. quo verò ad auxilium, & n. seq. lib. 2. Schrad. de feud. part. 9. c. 2. num. 35. & seq.

Non obstante, quod contrarium velit, & pœnam ordinariam locum habere statuat

Natta consil. 458. incip. in causa inquisit. num. 7. ibi, ultimò dicitur, & seq. lib. 2. Bero consil. 192. n. 10. vers. & opem seu favorem, & seq. lib. 3. Damboud. in sua practic. crimin. c. 116. n. 2. & seq.

Auxilium autem post furtum seu delictum commissum præstare dicitur, qui opem præbet ad evadendum & fugam arripiendam, 44

Br. in l. furti §. ope ff. de furt. numer. 4. vers. sed in quæstione nostra. Pract. Papiens. in forma inquisitionis, gl. opem auxilium, numer. 7. post princ. Farinac. in sua practic. crimin. part. 3. tit. 15. quæst. 132. numer. 4. ibi, amplia primò, & seq. Mantua, in c. 1. ext. de offic. deleg. num. 44. sub fin. & n. seq. Angel. tract. malef. verb. & Andream Marci Lanificem. n. 5. vers. post v. maleficium, post princ. Boer. d. decis. 167. n. 4. in fin.

Nisi sit uxor vel alius amicus & consanguineus, is enim furi opem ad evadendum præstans, nullo modo, nec quidem extraordinariè, punitur, 45

Mantua in d. c. 1. extr. de offic. deleg. n. 50. vers. secundò tu adverte Farinac. d. quæst. 132. n. 6.

Item auxilium post furtum commissum præstare dicitur, & extraordinariè tantùm punitur, qui furi equum ad se salvandum commodat, 46

Farinac. d. quæst. 132. numer. 13. ibi amplia secundò,

Vel

47 Vel qui ei viam monstrat, ut ex manibus curiæ, illum forsan prosequentis, aufugere possit,

Alber in l. qui servo, in 2. lect. ante nu. 1. ff. de furt. Farinac. d. quæst. 132. n. 14.

48 Vel qui furem occultat, ne deprehendatur,

Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 349. num. 21. vers. custodit. Farinac. d. quæst. 133. numer. 15.

49 Limitatur tamen, & pœna ordinaria locum habet, si jam anteà tractatus & deliberatio præcessit, & actum est inter furem & auxiliatorem, ut is furtum committeret, & alter eô commissô auxilium se illi ad evadendum præstiturum promittat,

Br. in d. l. in furti §. ope ff. de furt. num. 6. ibi, prædicta vera. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 90. n. 2. ibi, aut non præcessit. August. Bonfiant. in add. ad Angel. tractat. malefic. verb. & Andream Marci Lanisiem (ubi se ita in facto habuisse testatur) numer. 5. post med. vers. limita tamen quod fol. 126. Angel. tract. malefic. verb. dicto maleficio semper, num. 13. sub fin. vers. prædicta procedunt, Anton. Gomez. de delict. c. 3. rubr. de homicid. num. 50. vers. quod tamen intellige. Farinac. d. quæst. 132. num. 29. ibi, limita quartò Blanc. in pract. crimin. §. postquam vidimus, num. 1. vers. si dedit opem volenti junct. num. 5. nisi dicit ipse præmonuerit, & seq. Schrad. de feud. part. 9. cap. 2. num. 39. vers. deinde hæc conclusio.

Quamvis contrarium velit

Nicol. Boer. d. decis. 167. nu. 4. Menoch. lib. 2. arbit. judic. quæst. cent. 4. cas. 349. num. 23. n. 24. vers. quod verum non puto. & seq.

05 Deinde limitatur, si quis de rebus furtivis participavit,

Andr. de Isern. in c. 1. §. si quis quinq. tit. de pace tenend. & ejus violat. num. 6. vers. & de furtivis rebus habuit partem, fol. 66. Ioann. Zanger. tractat. de tortur. & quæstion. c. 2. numer. 188 & seq. Damhoud. in sua pract. crim. c. 100. n. 53. & c. 116. n. 2. in med.

51 Et ideò, si quis te ignorante furtum fecit, sed postea tecum sciente spolia & res furtivas divisit, tu furtum ratificare videris, & ob id meritò pœnâ ordinariâ laquei teneris, dummodò res illæ ad quantitatem illam, ex qua suspendium dictatur, ascendat,

Andr. de Isern. in d. c. 1. §. si quis quinq. num. 6. vers. per quod patet. Matth. de Afflict. in d. n. 6. vers. & ex hoc infertur.

52 Imò, si quis post furtum commissum se furibus associat, cum illis de bonis furto subtractis commessatur, & res furtivas dilapidat, etiam suspendi debet,

Damhoud. in sua pract. crim. c. 116. n. 2. vers. aut ex iis cum furibus.

53 Quod tamen in his terris non servatur, sed solummodò pœna virgarum, & relegationis dictatur,

Matth. Coler. (ubi ita Jenenses judici in Gera, Anno 1568. & Lipsenses Senatui Torgensi Mense Maio Anno 1562. respondisse testatur) decis. 150. num. 7. ibi, nos tamen auxiliatori, & numer. seq. part. 1. Modest. Pistor. (ubi ita Lipsenses Mense Majo Anno 1562. ad requisitionem Senatus Torgensis pronunciasse refert) quæst. 63. incip. inquilinus, n. 3. & seqq. per tot. part. 2.

54 Plura de iis, qui auxilium post furtum seu delictum præstant, vide late per ampliationes & limitationes, apud

Prosper. Farin. in sua practic. crimin. part. 3. tit. 15. quæst. 132. n. 1. & seq. per tot.

Sed quomodo puniuntur furum rerumve furtivarum receptatores? Eadem pœnâ, qua ipse fur principalis, 55

l. 1. ff. de recept. l. 1. C. de his qui latrones vel aliis criminibus reos occult. l. congruit. 13. sub fin. princ. ff. de offic. præsid. latè Prosper. Farin. in sua pract. crim. part. 3. quæst. 133. (ubi ampliat & limitat) num. 1. & seqq. per tot. Jodoc. Damhoud. c. 102. num. 7. c. 100. num. 53. c. 116. num. 1. 2. 4. & seq. c. 134. (ubi limitat) & num. 34. & sequent. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 348. (ubi ampliat & limitat) numer. 1. & seqq. per tot. Zobel. part. 4. diff. 23. num. 11. & diff. 36. num. 8. Bajard. Clar. lib. 5. sent. §. furtum, numer. 47. Bertaz. consil. 66. num. 1. & seq. & consil. 266. numer. 1. & seq. lib. 1. Roland. a Valle consil. 45. vol. 1. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 90. num. 9. Zanger. de tortur. & quæst. c. 2. num. 180. & seq. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 28. numer. 3. Matth. Coler. decis. 144. num. 29. & seqq. part. 1. Ludov. a Pegver. decis. 25. incip. Martianus, num. 1. & seqq. Angel. Aret. tract. malef. verb. etiam vestem cœlestem, n. 21.

Quid de iis dicendum, qui furtum fieri suadent, & consulunt? 56

vide elegant. Prosper. Farin in sua pract. crim. part. 3. tit. 15. quæst. 129. num. 60. ibi, amplia decimo quartò, numer. 61. & seqq. per tot. & quæst. 131. numer. 18. Gadd. in l. sæpe ita 53. ff. de V. S. numer. 12. Tract. Papiens. in forma inquisit. gl. opem auxilium num. 8. Damhoud. in sua pract. crim. c. 116. num. 3. & seq. c. 33. nu. 2. & num. 5. & seq. Claud. Battand. in pract. caus. crim. reg. 100. Angel. tractat malef. verb. dicto maleficio semper. numer. 18. Harpprech. in §. interd. 11. inst. de oblig. quæ ex delict. n. 1. & seqq.

Mandatores furtorum, quomodo puniri debent? 57

vide Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 352. numer. 1. & seqq. & casu 353. per tot. Farinac. in sua practic. crimin. part. 3. tit. 15. quæst. 133. num. 3. n. 1. & seqq. & quæst. 135. part. 1. numer. 1. & seqq. Heig. quæst. 30. n. 23. part. 2.

Denique an in furto socius criminis possit torqueri in caput sociorum & receptatorum, 58

vide pulchre Ludov. à Pegv. decis. 37. incip. scribentes, n. 1. & seqq. per tot.

LVI.

De pœnâ illorum, qui indicio & demonstratione occasionem furibus delinquendi præbent.

SUMMARIA.

1. *Qui alienas res exploravit, & aliis indicavit, & ita occasionem furandi præbet, quomodo punitur, n. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*
8. *Si quis etiam de furto vel præda participavit, tunc is laqueo punitur.*
9. *Idem juris est, si manum adposuit, & simul furari, vel deprædari juvit.*

Non

1 NOn rarò etiam controverti solet de iis, qui aliis indicio occasionem furandi præbent locumque, ubi res continentur, ostendunt, quomodo illi puniri debeant?

2 Videtur dicendum, quod perindè, ut fures principales, ad pœnam laquei condemnandi sint, veluti post

Salyc. in l. un. C. de rapt. virg. Blanc. in pract. crim. §. postquam vidimus, quando quis per seipsum, num. 4. ibi, tempora ista tria considerata, pag. 319. in specie tradit *Matth. Coler. decis. 150. incip. auxilium, n. 6. ibi, sic præstans, & seq. part. 1.*

proptereà, quod omnis, qui vel auxiliô, solatiô, consiliô, suppetiis, mandatô vel aliô quovis modô ad crimen aliquod peragendum juvit, puniri debeat ut principalis perpetrator,

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crim. c. 133. incip. habeut, n. 1. & seq.

Deinde, quia quis per ejusmodi indicationem & demonstrationem causam furto dedisse censetur; In præcedenti autem conclusione *num. 4. & seq.* dixi, si quis etiam ante delictum causam delicto dedit, quod is pœna ordinaria plecti possit.

3 Verùm, cùm hoc in casu quis potiùs nudum & simplicem duntaxat favorem præstare videatur, & ob id pœnâ ordinariâ puniri non possit: ut in præcedenti conclusione, *num. 33.* dixi, & si vel maximè quis causam furto dedisset, hanc tamen non per actum proximum, sed remotum dedisse censetur, quo casu, ut in præcedenti conclus. *nu. 3.* deduxi, etiam pœna ordinaria imponi nequit, præsertim cum fures aliàs essent furtum commissuri, licet mediô, quò facilius ad illud perveniant, destituantur, quo casu auxiliator etiam pœnâ ordinaria plecti non potest.

latè Iodoc. Damhoud in sua pract. criminal. d. c. 133. n. 3. ibi, nam si tale, & seq.

Ideò rectiùs aliis placuit, quod hoc in casu alia mitior pœna, puta virgarum & relegationis tantùm, imponi debeat, veluti ita Lipsenses ad requisitionem Senatus Torgensis *Mense Majo Anno 1562.* respondisse, testatur

Modest. Pistor. quæst. 63. incip. inquilinus quidem, n. 3. & seq. part. 2. Consult. const. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 29. vers. etliche aber meinen.

4 Quam sententiam etiam approbavit, & confirmavit Augustus Elector Saxon. in suis Novellis *part. 4. const. 40.* ubi verbis disertis dicit, daß die jenigen / so mit kundschafften oder anweisung zum Diebstal helffen / sollen mit staupenschlegen des Landes verwiesen werden /

& ibid. in comm. Daniel Moller. num. 6. vers. porrò pœna & seq.

5 Quam pœnam etiam Scabinos Lipsenses *Mense Octobri Anno 1562.* pronunciasse in eum, qui volenti furari indicavit dominum cum tota familia esse in templo, & ita jam adesse occasionem furandi, testatur

Modest. pistor. d. quæst. 63. n. 5. vers. eandem pœnam usq; ad fin. part. 2.

6 Et procedit etiam in iis, qui tabularios & alios explorant, & aliis ad spoliandum produnt,

Novell. Elect. part. 4. d. const. 40. vers. so mit kundschafften / *Modest. Pist. quæst. 112. incip. exploraverat, n. 1. & seqq.*

Fallit tamen, si quis coactè locum & cistam, in qua res continentur, indicare debuit, is enim propter metum & coactionem, sibi à furibus vel latronibus illatam, meritò excusatur, 7

veluti ita Anno 1605. usu observatum scio.

Sciendum autem est, quod quandoque ejusmodi explorator & indicator pœnâ ordinaria laquei puniatur, veluti si de furto aliquid & quidem tantum, quantum valorem quinq; Ungaricorum excedit, participavit, 8

Daniel Moller. in comm. ad. constit. Sax. part. 4. d. const. 40. n. 6. sub fin. vers. quod si de furto. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 29. vers. es were denn daß er so viel / *usq; ad fin.*

Quamvis me non lateat, quod olim contrarium pronunciarint Scabini Lipsenses, 9

teste Modest. Pist. d. quæst. 63. n. ult. in fin. part. 2. & quæst. 112. in princ. vers. de prædâ partem quoq; consecutus est, n. 1. & seqq. part. 3.

Vel si manum suam delicto apposuit, & ipse deprædare & res amovere juvit, per ea quæ in præced. conclus. *n. 29* dixi, addatur

Farinac. in sua pract. crim. part. 3. tit. 15. quæst. 132. n. 42. & seqq.

LVII.

De Crimine Peculatus, & de Residuis, itemq; de iis, qui res, administrationi & fidei suæ commissas, & concreditas, negligunt, vel dolose intercipiunt, & in utilitatem propriam convertunt, & quomodo puniuntur.

SUMMARIA.

1. *Distingui debet inter pecuniam civitatis & Reipubl. quam quis non administrat, & inter eam, quæ alicujus fidei & administrationi est commissa.*
2. *Si quis pecuniam publicam civitatis furatur & aufert, quomodo punitur, n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*
13. *Si quis pecuniam, sibi & suæ fidei commissam, retinet, & intercipit, tenetur lege Julia de residuis.*
14. *Quæ est pœna legis Iuliæ de residuis.*
15. *Quomodo punitur, qui pecuniam sibi concreditam dolosè retinet & subvertit.*
16. *Si alicujus fidei, & custodiæ pecunia per modum contractus vel quasi est credita, & is eam intercipit, & in alium usum vertit, qualis est depositarius, creditor pignoraticius, commodatarius, mandatarius, & similis, quomodo punitur, num. 17. 18. 20. 21.*
19. *Ubicunq; dolus & delictum purgari potest per actionem ex contractu, cessat actio de dolo, & criminalis accusatio.*
22. *Si quis pecuniam sibi & suæ fidei per modum*

dum contractûs, vel quasi, cum administratione tamen, sed privatâ, commissam intercipit, & in proprios usus convertit, quomodo punitur, quales sunt factores, socii, executores testamentorum, tutores, curatores, n. 23. 24. 25.

26. *Schosarii, quæstores, præfecti, & similes administratores, & officiales, si quid ex pecuniâ vel aliâ re sibi commissâ intercipiunt, in rationes non redigunt, & subvertunt, quomodo puniuntur, tam jure civili, quam Saxonico, 20. 27. 28. 29. 30. 31. 35. 36. 37. 38. 39. 40 41. 42. 43. 44. 45. 47. 48. 49. 50. 51. 52 53. 54. 55. ubi ampliationes & limitationes.*

32. *Administratio mitigat delictum.*

33. *Ille ejus pecuniæ, quæ ejus periculo fuit, furtum facere nequit.*

34. *Aedituus in his, quæ ei tradita sunt, peculatum seu sacrilegium non committit.*

46. *Ubi plura delicta, pro quibus à lege diversæ pœnæ imponuntur, concurrunt, tunc possunt omnes & singulæ pœnæ ordine successivo imponi.*

56. *Si præfectus vel administrator non dolosè, & ex proposito, sed tantum culpâ quadam omisit & neglexit, quomodo punitur. 57.*

58. *In dubio præsumitur culpa, nisi dolus probetur.*

59. *Dolus hoc in casu quomodo præsumitur. 60. 61. 62.*

63. *Quilibet officialis tenetur etiam subditis pro receptis apochas dare. 64.*

65. *Per ejusmodi apochas subditi & rustici ipso jure liberantur.*

66. *An ejusmodi apochæ etiam dominis præjudicent, an v. iis non attentis, rustici nihilominus in casu, ubi officialis solvendo non est, conveniri possint, num. 67. 68. 69. 70.*

71. *An contra præfectum de neglectis & interceptis de novo possit inquiri, si jam rationes reddidit, & quietatus est.*

72. *An officialis per substitutum administrare possit, & an etiam de substituti delicto teneatur, n. 73. 74.*

75. *An officialis, si ante officium fuit pauper, postea v. dives est factus, præsumatur ex bonis domini divitias acquisivisse, n. 76. 77. 78. 79. 80. 81.*

82. *Si officialis ex pecuniâ fisci vel civitatis lucrum aliquod percepit, an illud Principi vel civitati restituere debeat, n. 83. 84. 85. 86.*

AD clariorem hujus conclusionis explicatio- 1
nem principio distinguendum erit, inter Novell. [illegible]
eos, qui pecuniam publicam Principis vel civi-
tatis, quam non administrant, furantur: & inter
eos, qui pecunias, suæ fidei & administrationi, & 41.
quidem suo ipsorum periculo, commissas & concreditas retinent, & intercipiunt.

Priori casu, ubi quis pecuniam publicam Prin- 2
cipis, vel civitatis furatur, & aufert, non usque adeò res clara est, qualenam crimen committatur, & qualis pœna imponatur; videtur enim dicendum, quod solummodò crimen furti, & non peculatûs, contrahatur, *per text. in l. ob pecuniam 91. ff. de furt.* Econtra verò, quod crimen peculatûs committatur, evincit

§. item lex Iulia 9. Inst. de publ. judic. l. 1. l. 3. 4. & tot. tit. ff. ad l. Iul. pecul.

& quidem de hujus criminis pœnâ, variæ etiam extant juris provisiones; quod enim quis in duplum duntaxat condemnetur, dicit textus

in l. sacrilegii 6. §. ult. in fin. l. is qui 13. ff. ad l. Iul. pecul.

Quod verò pœna peculatûs ignis & aquæ interdictionem, in quam hodiè successit deportatio, contineat, vult textus *in l. pecul. 3. l. hac lege. 10. in fin. ff. ad l. Iul. pecul.* Denique quod pœna capitalis, & ultimum supplicium imponi debeat, extat constitutio Impp. Honorii, Theodosii & Arcadii, *in l. un. C. de crim. pecul. §. item lex Iulia 9. post princ. inst. de publ. judic.*

Unde variæ etiam, de harum legum concilia- 3
tionibus, exortæ sunt interpretum opiniones. Siquidem *Johann. Borch. in d. §. item lex Iulia peculatus, 9. inst. de public. post med. vers. pœna peculatus, & seq. & Herm. Vult. eod. n. 2. vers. pœna peculatus, usq. ad fin.*

simpliciter dicunt, quod pœna peculatûs primum fuerit litis æstimatio in quadruplum, *d. §. ult. in fin. & d. l. 13. ff. ad l. Jul. pecul.*

in cujus locum deinde successit aquæ & ignis interdictio, seu deportatio, *d. l. 3. ff. eod.* & demum ex constitutionibus Imperatorum fuit ultimum supplicium,

d. l. 1. C. eod. d. §. 9. inst. de publ. judic.

Quorum opinio licet aliquo modo tolerabilis esse possit, difficultatem tamen, quæ ex *d. l. ob pecuniam. 81.* oritur, non tollit.

Ideoq; *Andr. Alciat. 1. dispunct. 3.* dictam *l. ob pe-* 4
cuniam 81. legit, nec non crimen peculatûs, ita ut is, qui pecuniam civitati subtrahit, non solùm furti, sed etiam peculatûs teneatur. Quæ tamen mera divinatio est & manifestò vim infert textui *in d. l. ob pecuniam 81.*

Aliter sentit *Francisc. Duar. 2. dispunct. cap. 26.* 5
Petr. Faber. lib. 1. semest. c. 22 fol. 243. Forner. 2. selection. c. 22. qui dicunt, aliquem ob pecuniam civitati subtractam furti teneri ex lege Juliâ, *d. l. ob pecuniam. 81.* peculatûs verò ex constitutionibus.

l. lege 4. §. sed etsi. 7. ff. ad l. Iul. pecul.

Quæ tamen assertio non placet; si enim is, qui 6
pecuniam civitatis furatur ex constitutionibus Divorum Trajani, & Hadriani peculatûs teneretur, *d. l. 4. §. 7.* utique hoc Papinianus, ex cujus responsis textus in *d. l. ob pecuniam, 81.* desumptus est, scivisset, quoniam Papinianus, ut ex relationibus

[illegible]us historic[illegible] longè post tempora Impp. Trajani, & Ha[illegible] & ita [illegible] jus abolitum, & [illegible] obtrudi [illegible].

7 Aliter [illegible] Jacob de [illegible] in sua practic. crim. lib. 1. c. [illegible] quod sit furtum, num. 44. vers. aut eam re[illegible] & seq.

qui distinguit, inter Romanam & aliam civitatem municipalem, ita, ut priori casu crimen peculatûs & pœna capitalis locum habeat,

§. item lex Julia peculatus 9. inst. de publ. judic.

Posteriori verò casu solummodò pœna furti imponatur, *d. l. ob pecuniam 81.* cujus opinionis etiam est

Laurent. Kirchoff. consil. 24. incip. in causâ incarcerati, n. 2. vers. sed hæc sententia & n. seq. vol. 4.

8 Cui assertioni tamen directò repugnat textus in *l. Julia 4. §. sed etsi 7. ff. ad l. Jul. pecul.* ubi verbis disertis dicitur, quod etiam in civitatis municipalis pecuniis crimen peculatus fieri possit.

9 Ego verò cum *VVesenb. in comm. ad l. Jul. pecul. n. 7. & Cujac. in parat. ff. & C. eod.*

distinguo inter ipsos judices, administratores, senatores & alios, qui thesauro & ærario principis vel civitatis sunt præpositi, & inter alios privatos, qui pecuniam Principis vel civitatis furantur & surripiunt. Ita, ut illi indistinctè, etiamsi civitatis municipalis pecuniam furto auferant, pœnâ capitali, & ultimo supplicio afficiantur,

text. in d. l. item lex Julia peculatus 9. vers. sed siquidem inst. de publ. judic. l. un. C. de crim. pecul.

Et quidem de pecunia civitatis Romanæ, vel alterius superiorem non recognoscentis, minus dubium est,

Laurent. Kirchoff. consil 24. incip. in causâ incarcerat. num. 2. vol. 4. Paul. de Castro consil. 141. incip. visâ quadam, n. 4. post princ. lib. 1.

De civitate verò municipali magis dubitabatur, an & in ejus pecuniâ crimen peculatus committi possit, ratio dubitandi erat, quod civitates municipales privatorum loco sint,

l. eum qui vectigal 17. in fin. ff. de V. S.

solaque ea publica dicuntur, quæ populi Romani sunt,

l. bona civitatis, 15. ff. de V. S.

Verum, quoniam bona civitatis municipalis abusivè & per synechdochen etiam publica dici possint, *d. l. bona civitatis. 15. in princ.* ideoque posteà latâ interpretatione receptum fuit, ut & pecuniæ civitatis municipalis crimen peculatûs committatur, quod etiam constitutionibus Divorum Trajani & Hadriani est confirmatum,

text. in l. Julia. 4. §. sed & si 7. ff. ad l. Jul. pecul.

ita tamen, ut utroque modo, sive administrator, judex vel alius officialis Romanæ, sive municipalis civitatis pecuniam surripiat, capitali pœna plectatur.

d. §. item l. Julia peculatus. 9. d. l. un. C. de crim. pecul.

10 Et quidem non solùm ipsi principales, sed etiam eorum socii, ministri & alii, qui scientes subtractas ab eis pecunias publicas receperunt,

d. §. item lex Julia peculatus 9. vers. & non solùm hi inst. de publ. judic. l. un. sub fin. C. de crim. pecul. quoniam juxta textum *in l. crimen 9. C. ad l. Jul. de vi publ.* quæ ex [illegible] *C. Theod. de crim. pecul.* [illegible] *Cujac.* [illegible] *parat. C. de crim. pecul. in med.* sumpta est, non est dissimile crimen rapere, & ei, qui rapuit, rapta servare.

Hi verò, licet pecuniam civitati subtrahendo 11
crimen peculatus non committant, sed tantùm furti teneantur, *d. l. ob pecuniam 81. ff. de furt.* quia tamen in legem Juliam quodammodò incidisse videntur, ideoque ob ejusmodi furtum meritò graviùs puniantur, & pœnæ deportationis subjugentur.

Quæ tamen pœna deportationis hodiè in pœ- 12
nam furti ordinariam & consuetudine receptam est mutata, ita, ut quis ob pecuniam civitati subtractam non minùs, ac alius fur laqueo seu suspendio puniatur,

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crim. c. 115. incip. neq; hoc loco, n. 3. ibi, alius v. & seq.

Posteriori verò casu, ubi quis pecuniam publi- 13
cam Principis, vel civitatis, non furatur, sed pecuniam suo periculo & fidei commissam, & concreditam, duntaxat retinet, in totum vel pro parte intercipit & in propriam utilitatem vertit, tunc lex Julia de residuis sibi locum vendicat,

l. lege Julia 2. l. 6. §. 1. ff. ad l. Jul. pecul. VVesenb. in comm. ff. eod. n. 8. & seq. Laurent. Kirchoff. consil. 24. incip. in causâ incarcerati, num. 16. & seq. vol. 4. Paris. de Puteo tract. syndi. 1. vers. syndicantur etiam officiales, n. 5. pag. mihi 119.

Cujus pœna quidem est, ut quis hac lege da- 14
mnetur ampliùs tertiâ parte, quàm debet,

l. lege Julia 4. §. quâ lege 5. ff. eod. ita, ut is qui trecenta reliquatur, tertiam ampliùs partem, id est, centum loco pœnæ ultra inferat, vel quandoque etiam in duplum puniatur,

l. excellentia 9. C. de erogat. milit. annon. VVesenb. in §. sunt præterea inst. de publ. judic. nu. 5. vers. & hæc quidem, & in comm. ff. ad l. Jul. pecul. n. 8. in fin. Laurent. Kirch. d. consil. 24. n. 15. & seq. vol. 4.

Ut tamen hæc materia de bonis concreditis, 15
von vertrawten Gütern / eò dilucidiùs enodetur, & ostendatur, quomodo puniantur illi, qui pecuniam suo periculo & fidei commissam, vel negligunt vel dolosè retinent, intercipiunt, supprimunt, & in proprios usus vertunt, sequentes casus sunt observandi.

Primus, si alicujus fidei & custodiæ pecunia vel 16
alia res per modum contractus vel quasi, sed sine administratione, est tradita & commissa, qualis est depositarius, creditor pignoratitius, commodatarius, & similis, tunc, licet is, si re depositâ, pignori datâ, commodatâ & simili utatur, & in suum usum convertat, furti teneatur, ut supra *conclus. 44. n. 9. & seqq. hac part. 5.* dixi;

Puto tamen, quod pœna ordinaria laquei vel suspendii locum habere non possit, sed tantùm extraordinaria,

Ægid. Boss. in tract. crim. tit. de ducato Mediolani, n. 14. ibi, & si dicas, & seq.

Veluti etiam ita de procuratore & mandatoriô, expressè tradit

Prosper. Farinac. consil. 7. incip. D. Achilles Theodoricus, n. 9. & seq. vol. 1.

Et jure Saxon. ita verbis disertis est sancitum, 18
Landrecht. lib. 3. art. 22. vers. Diebereÿ noch raubereÿ / ubi

ubi gl. ordin. verb. Dieberen*, n. 5. Consult. constit. Sax. tom. 1. part. 4. quæst. 11. n. 1. & seq. & tom. 2. part. 4. quæst. 3. n. 5. n. 26. & seq.*

19 Ratio horum est, quia quotiescunq; dolus vel delictum purgari potest, per actionem ex contractu vel quasi, cessat actio de dolo & criminalis accusatio,

Aym. Grav. consil. 6. numer. 104. vers. secundò contra opinionem, & num. seq. vol. 1. Bl. consil. 14. incip. si usfam, num. 3. vers. sed & illud notandum est, & conclus. 15. incip. ad evidentiam, num. 1. & seq. libr. 1. Roland. à Valle. consil. 75. incip. primò quidem, num. 31. vol. 1. Paul. de Castro. consil. 412. incip. viso facto & dubiis, num. 4. vers. sed hic non competit, vol. 1. Farinac. d. consil. num. 9. vers. quod ubicunq; dolus, vol. 1. Barthol. Bertazol. consil. 129. incip. non possum num. 13. ibi, quia dolus & seq. lib. 1. Tusch. tom. 2. pract. conclus. lit. D. conclus. 178. nu. 1. & seq. Natta consil. 588. incip. iste quia n. 10. & seqq. tom. 3.

Hoc autem in casu delictum per actionem ex contractu, puta depositi, commodati, mandati, pignoris & simili, potest purgari.

Deinde, quia quis sibi debet imputare, quod non melius exploraverit conditionem ejus, cum quo contraxit,

l. qui cum alio, 19. ff. de R. I. latè Consult. constitut. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 15. n. 4. & seqq.

Præterea, quia leges juris civilis, depositario, commodatario, & simili pœnam furti minitantes, loquuntur solummodò de eo casu, ubi pœna furti erat pecuniaria, ad nostra igitur tempora, ubi pœna est capitalis, & corporalis, extendi non possunt, ut supr. *concl. 44. n. 70.* dictum est,

Consult. const. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 3. nu. 16. in med.

Denique, quia in illis rebus, quas quis non invitò & reluctante, sed volente & consentiente dominò penes se habet, & contrectat, furtum fieri nequit, cum furtum sit contrectatio rei alienæ invito domino facta,

l. 1. §. ult. ff. de furt. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 3. n. 9. n. 10. & 26. sub fin.

Non attento, quod contrarium directò velit

Prosper. Farinac. (sibi contrarius) consil. 96. incip. licet dominus Vincentius num. 19 ibi, quibus non obstat, & seq. num. 42. & seq. lib. 1.

propterà, quod hic delictum transeat in speciale nomen delicti, id est, furti. Ubi autem delictum in speciale nomen delicti transit, tunc illud per actionem ex contractu purgari non potest,

Bl. consil. 15. incip. ad evidentiam nu. 1. vol. 1. Paul. de Castro, d. consil. 412. incip. viso facto, n. 4 post princ. Farinac. d. consil 96. post princ. lib. 1.

Cujus assertionem tamen parùm curamus, quoniam hoc ultimum *Bl. & Paul. de Castr. in d. locis* expressè non statuunt, sed tantùm à contrario sensu ex eorum scriptis Farinacius elicit; Unde meritò succedit, quod argumentum à contrario sensu, ex dictis DD. desumptum, non valeat, *Modest. Pist. quæst. 131. n. 3. part. 4.* præsertim, cum *Bl. & Paul. de Castr. ibid.* nihil allegant, eorumque opinio, si vera esset, procederet saltem quoad actionem pœnæ, quæ civilis est, licet sit furtiva & tantum rei persecutionem contineat,

l. 1. C. de furt. l. si ut . ff. eod. Tusch. tom. 2. pract. concl. lit. D. conclus. 578. n. 5.

Bene tamen verum est, quod [illegible] a depositario, commodatario & aliis, [illegible] in propriam utilitatem usurpata, [illegible] furti [illegible] ciatur,

Gl. ordin. im Landr. *lib.* [illegible] *verb.* Dieberen noch raubens/ *vers.* es [illegible] *mæ maculâ notetur, Gl.* [illegible] im Landr. [illegible] *numer. 5. sub fin. vers.* doch wird einer umb solche Dieberey.

Quæ tamen procedunt, si depositarius fatetur 21 se pecuniam recepisse, & in proprium usum non dolosè, sed bonâ fide, vertisse, secùs si negat, vel manifestus ejus dolus conspicitur; tunc enim is meritò pœna furti ordinaria plectitur,

elegant. Aym Gravett. consil. 287. incip. Nobilis Nicolaus, num. 2. vers. negandi enim depositum, & seq. tom. 1. Bl. consil. 34. incip. statuto seu capitulo, num. 6. ante med. vers. in contrarium videtur, vol. 5. Alber. in l. inficiando ff. de furt. num. 4. Ægid. Boss. in pract. crim. tit. de furtu, num. 45. vers. sed tamen dic quod per solam, & num. seq.

Et ita etiam accipio constitutionem criminalem Caroli V. *art. 170.* ubi dicitur: Welcher mit eines andern Gütern / die ihm in guten glauben zu behalten vnd verwahren gegeben seyn / williger vnd gefehrlicher weise dem Glaubiger zu schaden handelt / solche Missethat ist einem Diebstal gleich zu straffen.

Secundus casus, si alicujus fidei pecunia vel 22 quid aliud etiam per modum contractûs vel quasi, & quidem cum administratione, non tamen publicum sed privatum officium habente, committitur, qualis est socius, institor, factor, exactor, gestor, & similis, & tunc is ob pecuniam interceptam, & in proprium vel alium usum conversam, furti etiam non potest conveniri,

Prosper. Farinac. in consil. 96. incip. licet. Barthol. Bertaz. consil. 129. incip. non possum, nume. 9. & seqq. lib. 1.

Quemadmodum etiam ita de executoribus te- 23 stamentorum, si quid in propriam utilitatem converterint, tradit,

Joann. Oldendorp. in tr. de executorib. ult. volunt. tit. 8. incip. quilibet administrator, n. 12. & seqq.

Et de tutoribus & curatoribus expressè sanci- 24 tum est, quod intercipientes pecunias pupillares, & in proprium commodum convertentes, actione furti non teneantur, sed saltem actione de rationibus distrahendis conveniantur,

in l. tres tutores, 33. §. 1. vers. sed tutores ff. de administr. tutor. Br. in l. posthumo §. continua ff. de tutel. & rationib. distrah. n. 3. Farinac. d. consil. 96. num. 20. ibi, & licet & seq. lib. 1.

Nisi manifestò constet, quod animò furandi, & 25 non retinendi, pecunias pupillares intercipiunt, tunc rectè furti tenentur.

text. in l. 4. §. hunc autem 24. l. actione 2. §. quod si furandi 1. ff. de tutel. & rationib. distrah. l. tutor. 33 ff. de furt. Farinac. d. consil. 96. numer. 20. vers. hæc tamen procedunt, lib. 1. Alber. in l. infitiando, ff. de furt. n. 4. sub fin.

Tertius casus est, si pecunia, vel alia res 26 alicujus fidei & curæ cum administratione publica est commissa, quales sunt Schösseri, prætores, quæstores, præfecti, præsides, Ædiles, publicani,

fure-

ſoteſtarii, & ſimiles officiales, Schöſſer/ Verwalter/ Voigte/ Vorſteher/ Geleitsleute/ Bawmeiſter/ Bawſchreiber/ Zöllner/ Förſter/ oder ein jeglicher ander ſo zu einem Ampt verordnet/ & tunc magna eſt controverſia, quomodo illi puniantur, ſi aliquid in adminiſtratione reliquantur, vel pecuniam, ſibi ſuorumque fidei concreditam, negligunt, in rationib. omittunt, intercipiunt, ſubvertunt?

27 Et tunc ſi hoc doloſè & ex propoſito faciunt, inter interpretes juris civilis variæ extant opiniones.

Quod enim pœna furti teneantur, tradit

Br. in l. tres tutores, 33. in princ. nu. 1. & n. 2. ff. de adminiſtr. tut. quem ſequitur Matth. Coler. deciſ. 207. incip. jure civili delinquentes, num. 1. & ſeq. part. 1. per text. in l. 1 §. hunc tamen 22. l. actione. 2. §. quod ſi furandi 1. ff. de tutel. & rationib. diſtrah.

Quæ quidem opinio de jure civili procedere poteſt, ubi pœna furti erat duntaxat arbitraria, & pecuniaria, ut rectè animadvertit

Matth. Coler. d. deciſ. 207. n. 2. part. 1.

ad noſtra igitur tempora, ubi pœna furti eſt criminalis, & quidem capitalis, extendi nequit, *ut ſupra dictum.*

28 Quod verò etiam hodie criminaliter pœnâ furti ordinariâ puniri poſſint, ſtatuit

Proſper. Farin. conſil. 96. incip. licet dominus Vincentius, n. 18. verſ. & cum iſto caſu, n. 19. n. 26. & ſeq. num. 41. in med. & ſeq. nu. 50. ſub fin. verſ. verum etiam & de furto, & n. ſeq. lib. 1.

Cujus aſſertionem tamen parùm attendimus, quoniam nihil allegat, & licet ſe fundet in doctrina Pariſ. Gravett. Deciani, & aliorum: Hi tamen DD. non loquuntur de pœna capitali, ſed tantum de extraordinariâ, ut *paulò poſt dicetur.*

29 Licet eandem opinionem, quod Camerarii, qui tractant pecuniam publicam, ſi aliquam quantitatem retinent, capite puniantur, defendat etiam

Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 68. numer. 30. VVeſenb. in comm. ff. ad l. Iul. pecul. num. ult. verſ. ex his enim omnibus, & verſ. ſeq. Angel. Aretin. in §. in lege Iulia peculatus inſt. de publ. judic. per text. in l. eos, 14. C. de furt.

qui tamen textus parum urget, ſiquidem ibi non dicitur de officiali aliquo, ſed de eo, qui res à ſervo ablatas ſciens ſuſcipit, inter hunc autem, & officialem magna eſt diverſitas.

30 Econtrà verò videtur dicendum, quod ejuſmodi adminiſtratores illud duntaxat, quod reliquati ſunt, vel interceperunt, & ampliùs tertiam partem ejus,

l. lege Iulia 5. §. quâ lege 5. ff. ad l. Iul. pecul. vel duplum, *l. excellentiâ 9. C. de erogat. milit. annon.* reſtituere debeant, ut etiam ſupra & *num. 14.* dixi, & in ſpecie vult latè *Laurent. Kirchoff. conſil. 24. incip. in cauſa carcerati, numer. 11. verſ. ex quibus declarationibus, numer. 12. & ſeq. numer. 17. & per tot vol. 4. Pariſ. de Puteo tractat. ſyndic. verſ. ſyndicantur etiam officiales de ſubtractu ex pecunia, num. 1. & ſeqq. pag. mihi 117.*

Verùm, cum prædicti textus de illis reliquatoribus tantùm accipi debeant, qui ſine furto vel falſo reliqua debere poſſunt,

VVeſenb. in comm. ff. ad l. Iul. pecul. n. 9. poſt med. verſ. nihilominus, & ſeq.

Ideoque ad caſum noſtrum applicari nequeunt.

Aliter ſentit *Angel. Peruſin. conſil. 90. incip. pro deciſione num. 2. ibi, ſecundò præmitto, & ſeq. quem ſequitur Aymon. Gravett. conſil. 286. incip. Ludovicus, numer. 9. ſub fin. verſ. ubi quod omni, & ſeq. Petr. Paul. Pariſ. conſil. 89. incip. rationes, & computa, nu. 20. ibi, tenebatur enim illa, numer. 21. & ſeqq. vol. 1. Jodoc. Damhoud. in ſua practic. crimin. cap. 115. incip. neq; hoc loco, numer. 1. & ſeq. VVeſenb. in §. item lex Iulia peculatus inſtit. de publ. judic. numer. 5. poſt med. verſ. quanquam igitur Tiber. Decian. conſil. 11. num. 110. lib. 1. Andreas Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 58. num. 1. & ſeqq. per tot.* qui dicunt, quod ejuſmodi officiales, doloſè, & fraudulenter pecunias in proprios uſus convertentes, criminaliter quidem, non tamen pœnâ ordinariâ, ſed extraordinariâ, pro arbitrio judicis puniantur, quæ opinio mihi etiam admodum placet, Tùm (1.)

per text. in l. excellentia, 9. C. de erog. milit. annon.

Tùm (2.) quia dominus debet ſibi imputare, quod conditionem illorum, quos officiis præfecit, non meliùs exploraverit,

l. qui cum alio, 19. ff. de R. I.

Tùm (3.) quia ejuſmodi perſonæ ut plurimùm ſunt in officiis & adminiſtrationibus.

Communis autem eſt DD. concluſio, quod adminiſtratio mitiget delictum, 32

l. multi ff. de publ. & vectigal. gl. in l. tutores 33. §. 1. verb. contrectare ff. de adminiſt. tutor. Br. eod. n. 2. Bl. in c. 1. §. injuria, in verb. ſive furtum, n. 10. ſub fin. tit. de pace juram. firmand. Andreas Tiraq. de pœnis temper. aut remittend. cauſ. 58. n. 1. poſt princ.

Tùm (4.) quia propter adminiſtrationem ſibi commiſſam, quis pecuniam non tàm invito domino contrectare, quàm perfidè agere videtur,

text. in d. l. tres tutores 55. §. 1. verſ. ſed tutores propter, ff. de adminiſtr. tutor.

Tùm (5) quia quæſtores, prætores & alii officiales ejuſmodi pecuniam plerumq; ſuo periculo ſuſcipiunt, cum, antequam recipiuntur, cautionem præſtare, & fidejuſſores dare debent, müſſen vorſtand beſtellen vnd Bürgen ſetzen/ ut quotidiana experientia teſtatur;

Pecuniæ autem publicæ ab eo, cujus periculo fuit, furtum non poteſt fieri, 33

textus expr. in l. ſacrilegi 9. §. Labeo 2. verſ. pecunia publica ff. ad l. Iul. pecul.

Unde etiam fit, quod æditui in his, quæ ei tradita ſunt, peculatum ſeu ſacrilegium non committat, 34

text. in d. l. ſacrilegi, 9. §. 2 ſub fin. verſ. & ideò æditum, ff. ad l. Iul. pecul.

Tùm (6.) quia ejuſmodi officiales pecuniam vel aliam rem, non apud dominum & in ejus poſſeſſione & cuſtodia adhuc exiſtentem, ſed penes ſe jam conſtitutam & collocatam, occupant, & contrectant; Notum autem eſt, illum, qui rem apud dominum adhuc exiſtentem propriâ authoritate occupat, magis delinquere ratione ſcandali, quod ex tali facto veriſimiliter pro-manare poteſt, quàm ſi contrectet rem ratione negocii, ſincerè atque integrè contracti, apud ſe conſi-

consistentem, cum hoc casu non æquè magna subsit ratio scandali, atque in priori casu, ut eleganter scriptum reliquit

Ægid. Boss. in tract. crim. tit. de reto Mediolani. n. 14. vers. & ratio diversitatis inter hos casus. & seq.

35 In foro Saxonico de hac quæstione olim etiam magna erat controversia: frequentius tamen in eam sententiam pronunciabatur, ut ejusmodi administratores propter pecuniam, subversam vel interceptam, laqueo non suspendantur, sed propter perfidiam & perjurium tantùm extraordinariè, vel carcere, vel relegatione temporali, puniantur,

Consult. constitut. Saxon tom. 1. part. 4. quæst. 15. num. 1. & seq. per tot. & tom. 2. part. 4. quæst. 3. num. 1. & seqq. per tot.

præter rationes modò adductas, movebantur per text. im Landr *lib. 3. art. 22. & ibid. gl. n. 5.*

ubi de rebus commodatis dicitur, quod quis eas subvertendo, & in alium usum utendo, furtum non committat. Et licet ibi de commodatario tantum dicatur, quia tamen ratio ibidem assignata, Sintemal daß er es jhm selber geliehen hat/ quod scil. is rem non adhuc apud dominum existentem, sed penes se constitutam, occupavit, generalis est, & in unoquovis administratore locum habet; Ideoque meritò etiam generaliter accipienda erit, *Virgil. Pingiz. quæst. 47. num. 7. vers. etsi jam & num. seq.* Veluti etiam ita Scabinos Jenenses Mense Augusto Anno 1567. Quæstori in Kranichfeldt/ respondisse, testatur

Matth. Coler. decis. 207. n. 3. ibi, jure autem Saxonico, n. 4. & seq. usq. ad fin. part. 1.

36 Et hanc sententiam etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis

part. 4. constitut. 41. §. wann die Summa solches vertrawten/ *2. & ibi in comment. Daniel Moller. n. 3.*

ubi verbis disertis sancivit, si administrator quispiam summam pecuniæ, quinquaginta florenos usitatæ monetæ non exæquantis, intercipit, & in suos usus convertit, quod is vel carcere vel exilio temporali puniri debeat.

37 Quæ conclusio generaliter procedit in omni administratore, Oeconomo, Sequestro, & simili, qui vel nomine Principis vel alterius, quotannis vel ab aliis, certis temporibus loco annuorum redituum, pecuniam, frumenta, ligna, decimas, pensiones, canones, laudemia & alia accipere debet, sed ea in rationes non integrè referens, vel emendo, vendendo, mutuò dando, accipiendo, admetiendo, falso modio, aliâve falsâ mensurâ utitur, & id, quod subtraxit, dolo malo, & in fraudem domini in proprios usus convertit, *Novell. Elect. August. part. 4. d. const. 41. ibi,* würde ein Schösser/ *in princ.*

38 Quod etiam juris communis interpres amplissimus

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. cap. 113. incip. neq. hoc loco, nu. 5. ibi, quia autem quippiam & seq. tradit.

39 Deinde procedit etiam in opilionibus, qui oves ex grege domini, sibi commisso, vendunt, prætendentes eas esse mortuas, & precium vel retinent, vel alias oves viliores emunt & gregi substituunt,

Urthel post Weichb. tit. von Diestal der Haußdiener vnd anderer/ *in prin. fol. 1..*

Item procedit, etiamsi quis pecuniam in totum non subtrahit, & in suam utilitatem vertit, sed tantum cambit, & commutat, ejusq; loco pecuniam deteriorem, vel bona & frumenta magis vitiosa, substituit, 40

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crim. d. c. 113. num. 4. ibi, simili quoq; modo.

Nisi ejusmodi mutuum & cambium quodammodo ad fines, ad quos præparata est pecunia, tendat, veluti fieri videmus in præfecto pecuniæ frumentariæ, quod is pecuniam illam rectè Pistoribus mutuare possit, quoniam illi officium pistrini aliter exercere non possunt, nisi illis subserviatur.

Francisc. Ripa, de peste. c. 5. de remed. ad conservand. ubert. num. 18.

Similiter & illi, qui laboratoribus Principum vel civitatum præpositi sunt, si bonas pecunias receptas vendunt, & pro iis emunt adulterinas, vel injusti ponderis, & laboratoribus persolvunt, eadem pœna carceris vel exilii temporalis, mulctari debent, 41

Jodoc. Damhoud. in pract. crim. d. c. 115. num. 7. ibi, item philargyßri, & seq.

Præter prædictam tamen pœnam carceris, vel relegationis temporalis, debent etiam illud, quod reliquati sunt, vel interceperunt, & subverterunt, domino restituere, 42

Virgil. Pingiz. quæst. 47. incip. non infima tantùm, n. 11. vers. quod si dolosè & seq. Consult. constitut. Saxon. tom. 1. part. 4 quæst. 15. n. 17. vers. hat er aber *dolo. & seq. arg. Novell. Elect. August. part. 4. constit. 12. sub fin. & const. 32. §. ult.*

De jure civili verò duplum ejus, quod dolosè subtraxerunt, & subticuerunt, refundere tenentur, 43

per text. in l. excellentia. 9. C. de erog. milit. annon. Aym. Gravett. consil. 286. n. 2. sub fin. vers. tenebitur in duplum, tom. 2.

Non obstante, quod eos præter pœnam exilii quadruplo puniendos esse, velit

Jodoc. Damhoud. in sua practic. crimin. c. 155. incip. neq. hoc loco, num. 1. nu. 2. n. 3. vers. porrò cui commissa est, & n. seq.

Quemadmodum etiam hodiè prædictam pœnam constitutionis Electoralis eatenus mutatam esse, testatur 44

Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 41. n. 3 post med. vers. præterquam quod isto casu & vers. seq. ut quæstor vel alius officialis illud, quod subtraxit & quinquaginta florenos non excedit, in duplum restituat, si verò illud præstare non possit, demum vel carcere vel temporali exilio puniatur.

Hæc tamen declarantur, si præter perfidiam & perjurium etiam alia delicta concurrant; tunc enim pœna meritò exacerbari debet, veluti Viennæ Anno 1520. in quodam publicano, qui publicis vectigalibus Cæsaris Maximiliani præpositus, multis modis defraudaverat vectigalia, multa furta commiserat, ab aliquibus, mercibus acceptis, nihil exegerat, aliquos verò rursus ultra modum gravaverat, fidem & juramentum fregerat, 45

gerat, ac varia furta in pluribus deliquerat, observarum se vidisse, testatur

Christoph. Zobel. part. 4. diff. 17. n. 6. ibi, ego vidi contrarium, & seq.

quod is primum virgis percussus puniretur aurium abscissione, postea linguæ & priorum digitorum truncatione, & tandem amborum oculorum effossione, ex quibus demum tormentis is moriebatur.

46 Idq; non sine ratione, quia ubi plura delicta, pro quibus a lege diversæ pœnæ infliguntur, concurrunt, tunc possunt tales pœnæ omnes, & singulæ simul, & semel secundùm ordinem infligi, & procedendum est de minori ad majorem, & sic gradatim ad omnes, donec legi satisfactum fuerit, *Zobell. d. differ. 17. n. 6. vers. nam quoties propter, & seq. Paul. de Castro in auth. sed novo jure, C. de servis fugitiv. n. 4. ibi, item quæritur, & seq.*

47 Unde is, qui registra annuorum redituum data opera sciens, propter suum commodum, depravavit, corrupit & falsavit, & quasdam pensiones annuas in totum omisit, præter pœnam relegationis meritò etiam manus amputatione punitur,

Novell. de mandatis Principum 17. c. coges autem 8. post princ. Virgil. Pingiz. quæst. 47. incip. non infimæ tantum, num. 10. Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 15. numer. 15. ibi, vnd erstlich/ *& num. 16. & tom. 2. part. 4. quæst. 3. n. 21. ibi,* zuförderst aber wolte *& seq. Ludov. Rom singul. 370. incip. positus ad scribendum, n. 1. Francisc. Ripa de peste, c. 5. de remed. ad conservand. ubertat. n. 8. vers. ubi dicit. Iacob. de Ardizone in usib. feud. part 4. part. 2. princ. quæst. 1. vers. item exactores tributorum pag. mihi 218.*

48 Si verò registra non corrupit, nec quosdam reditus totaliter omisit, sed tantum non integrè annotavit, puta, tertiam vel quartam partem non inscripsit, tunc manus amputatione quidem non punitur, sed illud tantùm, quod dolo omisit, in duplum restituere tenetur,

text. in l. excellentia 9. post princ. C. de erog. milit. annon. l. ult. C. de canone frumenti urb. Roman. l. ult. C. de frum. urb. constant. Virgil. Pingiz. d. quæst. 47. num. 10. vers. quando a. non totaliter. Consult. constit. Sax. tom. 1. part. 4. quæst. 15. num. 16. vers. quando a. non totaliter, & n. 16. & tom. 2 part. 4. quæst. 3. n. 21. vers. si v. reditum, & seq. Ludov. Rom. d. singul. 379. n. 1. vers. sed pone quod scribat, usq; ad fin. Barthol. Cæpoll. in auth. sed novo jure C. de serv. fugit. nu. 15. Francisc. Ripa de peste d. c. 5. n. 8. vers. sed si scribet.

49 Deinde declarantur, ut procedat tantùm, si summa, quam occultarunt, & fraudulenter subtieuerunt, fuerit parva & modica,

Novell. Elector. August. part. 4. const. 41. §. 1.

50 Pro parva autem summa hoc in casu illa reputatur, quæ quinquaginta florenos usitatæ monetæ non excedit,

Novell. Elector. August. d. part. 4. constit. 41. §. 1. vers. vnter 50. Gülden müntze/ *ubi in comm. Daniel Moll. n. 3.*

51 Aliter se res habet, si summa fuerit major, veluti expressè sancivit de eo, qui summam, quinquaginta florenos excedentem, surripuit, intercepit & subvertit, quod is cum fustigatione in perpetuum relegari debeat,

August. Elect. Sax. in suis Novell. part. 4. const. 41. §. da si aber solche summa/ *2. ubi in comm. Daniel Moller. n. 3.*

Et illum, qui summam centum florenorum 52 æquantem, vel excedentem subtricuit & intervertit, ad instar alterius furis laquei supplicio afficiendum esse, constituit

in d. Novell. part. constit. 41. § würde denn bemelte Summa auff hundert Gülden oder drüber/ *4. ubi Daniel Moller. n. 3. ante med.*

Quemadmodum jam olim Scabinos in quodã 53 Forestario jurato, qui magnam summam pecuniæ ex lignorum venditione occultarat, & in rationes non contulerat, respondisse, & ei pœnam laquei dictasse, constat *ex* Vrthel *post* Weichb. *tit.* von Diebstal der Haußdiener vnd anderer. *post prin. vers.* so jr auch einen emerer Vnterfassen. *& vers. seq. f. 164.*

Quamvis in aliis locis extra Electoratum Sax. 54 per rationes supra n. 31. *& seq.* adductas, aliud dicendum videatur, quemadmodum Jenenses cuidam quæstori, qui non modò circiter 4000. flor. in proprios usus converterat & consumpserat, sed & pecuniam penes se depositam contrectaverat, & pro sua expenderat, pœnam relegationis tantum dictasse, testatur *Virgil. Pingiz. quæst. 47. incip. non infimæ tantum. n. 1. & seqq. per tot.*

Et quidem prædicta pœna in Electoratu locum 55 habet, & quæstor vel alius administrator, si ultra quinquaginta florenos intercepit, fustigatione & perpetua relegatione, si vero ultra 100. florenos subtieuit, & intervertit, laqueo punitur, etiamsi illud, quod de rebus sibi concreditis subtraxit, inque suos usus dolo malo convertit, vel ejus æstimationem restituere aut solvere vel ipse velit, vel ejus nomine illi, qui pro ipso spopponderunt, & fidem interposuerunt, quemadmodum publico edicto, 10. Octobr. Anno 1584. Dresdæ promulgatô, ita repertum & constitutum esse, testatur

Daniel Moller. in comm. ad const. Saxo. part. 4. const. 41. n. 3. vers. ex quo & illud, & n. seq.

Limitatur tamen, si non dolosè & fraudulen- 56 ter intercepit, & in proprios usus convertit, sed culpâ & negligentia tantùm rationes reddere non potuit; tunc enim prædicta pœna locum non habet, sed sufficit si defectum resarciat, *Virg. Pingiz. d. quæst. 47. n. 10. sub fin. vers. secundus casus est, & n. seq. Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 15. n. 17. vers.* Zum andern wann von einem/ *& tom. 2. part. 4. quæst. 3. n. 1. sub fin. & n. 20.* Concordat *Novell. Elect. August. part. 4. const. 41. §. 1. vers.* vnterschlagen/ *& vers.* veruntrawen vnnd betrug gebrauchen/ *& §. 2. vers.* betrüglicher weise/ *& seq.*

Dummodò quæstor, vel ejus fidejussor solven- 57 do sint, defectumq; ex culpâ provenientem, exsolvere possint; aliàs subintrabit vulgata illa regula, qui non habet in ære, luat in corpore, ita tamen ut non pœnâ aliquâ capitali, sed tantum carceratione temporali, afficiatur,

Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 3. n. 1. in fin. vers. im fall aber do sie den abtrag/ *& n. seq.*

In dubio autem quæstor vel alius officialis cul- 58 pâ & negligentia quædam omisisse, nec dolosè & fraudulenter subtraxisse & intervertisse præsumitur, nisi dolus probetur,

Andr. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 15. nu. 1. & seq.

& seq. Barthol. Beribazol. consil. 180. incip. dominus. Iohannes Baptista. numer. 15. libr. 1. Dominic. Cardin. Tusch. tom. 5. pract. conclus. litt. O. verb. officialis con-clus. 96. n. 1. & seq. Andr. Tiraq. de pœnis temper. & remit. caus. 58. n. 2

59 Dolus autem hac in materia probatur, vel potiùs præsumitur, puta, si registra annuorum redituum corrupit, & depravavit, *ut paulò ante dictum est*.

60 Vel, si administrator bonam pecuniarum quantitatem per ipsum receptam in libro, super quo fuit reddita ratio, non descripsit,

Socin. consil. 159. num. 8. & seq. numer. 13. vers. secundò principaliter, num. 15. & numer. 18. lib. 2. Paris. consil. 89. incip. rationes, & computa, numer. 10. vers. debebat enim, in illis, & seq. lib. 1. Jason. consil. 4. incip. dominus Baptista, nu 14. sub fin. vers. item cum dominus, & n. seq. vol. 3.

61 Item, si non solum pecuniam non descripsit in libro, sed post redditas rationes eam etiam penes se retinuit, & in usum proprium convertit,

Socin. d. consil. 159. numer. 10. & consil. 190. numer. 2. in fin. vers. quartò quia libr. 4. Plot. de in liter. jurand. §. 5. numer. 11. Philip. Dec. consil. 192. incip. in causâ, num. ult. sub fin. vers. & ex hoc apparet, & per tot. Paris. d. consil. 89. n. 33. vol 1. Iason. d. consil. 4. n. 15. vers. ex quo convertit, & seq. vol. 3. Prosper. Farinac. consil. 96. n. 6. lib. 1. Roland. à Valle consil. 94. incip. in præsenti, num. 26. vol. 1.

62 Item, si administrator post redditam rationem administrationis & computatorum libros reddere, & exhibere nolit,

Socin. d. consil. 159. n. 11. post princ. n. 14. & seq. lib. 2. Farinac. d. consil. 96. n. 11. & seq. vol. 1.

Plures conjecturas, ex quibus administratorum, pratorum, quæstorum & similium, dolus præsumitur, vide apud

Farinac. d. consil. 96. n. 7. ibi, tertiò & binc. num. 8. & seq. vol. 1.

63 Sciendum autem est, quod quilibet quæstor, administrator & officialis, adhuc, ut omnis occasio dominos suos defraudandi præcidatur, & ut eò faciliùs deprehendi & conveniri possint, an & quid interceperint, subverterint & occultaverint, teneatur iis, à quibus quid in pecunia, mulctis, laudemiis, & aliis rebus quibuscunque, in solutum accipiunt, schedulas seu apochas factæ solutionis dare, & in illis speciatim describere, quid & quantum accepit, quove nomine, titulo & tempore, aliàs arbitrarie puniri debet,

Novell. Elect. August. part. 4. const. 41. §. es sol aber auch/ *s. ubi in comm. Dan. Moller. n. 4. & seq.*

64 Quod etiam in jure communi ita provisum esse deprehendimus,

in Novell. de mandatis Princip. 17. c. cogita 8. text. in l. frumenta 9. C. de susceptor. præposit. & arcar. Daniel Moller. d. constit. 41. nu. 4. in med. Francisc. Ripa tract. de peste c. 5. de remed. ad conservand. ubertat. num. 9. ibi, tenetur etiam Marc. Anton. Perigrin. de jure fisc. lib. 6. c. 3. de fisci officialib. num. 2. vers. hi autem ex provisione, & seq.

65 Et quidem ejusmodi apochis plena fides adhibetur, rusticique subditi & alii, qui eas accipiunt, per eas statim liberantur, usq; adeò, ut contra ipsas ne quidem exceptio non numeratæ pecuniæ locum habere possit, *text. in l. in contractib. 14. § sed quoniam 1. & seq. C. de non numerat. pecun. l. 1. C. de apocb. publ. l. securitatibus 4. C. eod. l. securitates 11. C. de susceptorib. præposit. & arcar. Franciscus de peste d. cap. 5. numer. 9. vers. cum apocha. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 41. numer. 5. & seq. Virgil. Pingiz. quæst. 47. num. 18. sub fin. vers. antequam a. & num. 19. Marcus Anton. Peregrin. de jure fisci lib. 6. c. de fisci officialib. 3. num. 3. ibi, annotata a. & seq.*

Sed, an ejusmodi apochæ non solùm ipsi administratori, sed etiam eo convento, & non solvendo existente, fisco, vel alii domino, præjudicant? 66

Affirmativè concludit *Salyc. in d. l. in contractibus 14. §. sed quoniam 1. C. de non num. pecun. col. pen. quæst. 17. & in l. si ex cautione C. eod. col. pen. vers. quæro econtrà Bl. in l. omnes. 2. in 2. lect. §. adhæc. 1. C. de quadrienn. præscript. numer. 1. ibi, confessio ergò. Raph. Cuman. consil. 178. incip. thesaur. n. 2 post med. vers. quib. libris credendum est, & seq. Paul. de Castr. consil. 34. incip. ego Paulus num. 1. & seqq. per tot. vol. 1. Alex. consil. 76. incip. viso libello, num. 9. vers. sed in aliis casibus, & seq. lib. 6. Iason. in l. duobus reis, numer. 28. ff. de jur. jur. num. 7. vers. breviter tene. nu. 9. & n. seq. Zas. in suis intellect. singul. lib. 1. c. 21 Daniel Moller. in comm. ad const. Sax. part. 4. const. 41. nu. 6. vers. ad autem plerique, & vers. seq. Ripa, tract. de peste. cap. 5. de remed. ad conservand. ubertat. nu. 10. vers. quod an verum sit, & seq. Sarmient. lib. 3. selectar. c. 11. n. 4. Capit. decis. 16. n. 8. Osasc. decis. 38. n. 36. & seq.* 67

Moventur primò per *text. in l. Lucius Titius. 46. §. tutela. 5. ubi gl. verb. apocha. ff. de administr. tutor.* ubi expressè dicitur, quod debitores per apocham, à tutore de recepto sibi factam, ipso jure sunt liberati à pupillo,

Deindè per *text. in l. omnes. 2. §. ult. C. de quadriennii præscript.* ubi manifestis verbis dicitur, quod sola confessio officialis fisci vendentis rem fiscalem securum facit emptorem, ut de pecunia non numerata adversus illum excipi non possit, etiamsi non solennem consecutus sit securitatem, id est, apocham,

Moller. d. n. 6. vers. manifestò repugnat, & seq.

Præterea, quia in dubio contra fiscum debemus pronunciare,

l. non puto. ff. de jure fisci.

Econtra verò negativè concludit, & tradit, quod ejusmodi apocha fisco, vel Reipubl. vel alii domino, non præjudicet, quo minus is, si administrator non solvendo sit, regressum suum adversus rusticos vel alios, habere possit; 68

Bl. consil. 123. incip. Respublica vult suam n. 1. & seq. per tot. & consil. 131. incip. procurator habens, num. 1. & seq. lib. 3. & in l. mutuum 2. §. ult. ff. de reb. credit. num. 4. & 5. Br. eod. num. 6. Iason. eod. numer. 20. ibi, prædicta inducuntur. Paul. de Castr. consil. 186. incip. in causâ quæ vertitur, num. 1. & seq. & consil. 338. incip. primò quæritur, numer. 3. vers. ad quod non potest, & vers. seq. libr. 1. Felin. in c. cum olim. 32. x. de offic. & potest. judic. deleg. num. 3. Dec. consil. 146. n. 14. sub fin. vers. tertiò non obstat. Practic. Papiens. in formâ libelli, quo agitur ad redd. rationes gl. ac executores. numer. 20. vers. & sic per hoc sequitur, & num. cr. seq. Francisc. Munnoz. de Escobar. tract. de ration. administr. c. 33. n. 31. ibi, quid enim dicendum erit, numer. 32. & seqq & num.

nu 41. (ubi hanc veriorem, communiorem & receptiorem dicit) vers. [illegible] n. 4. & seqq. And. Tiraq. de ret. [illegible] § 4. [illegible] gl. 6. n. 12. & seq. Mascard. de probat. conclus. 37 [illegible] confessio tutoru. n. 1. & seqq. [illegible] Anton. [illegible] de jure fisci, lib. 6. c. de fisci officialib. num. 3 [illegible] memoria. & tit. de debitorib. fiscal. lib. 7. n. 2 [illegible] debitor [illegible] & seq.

Quæ assertio etiam, si veritatem juris civilis intueri velimus, verissima est, pro qua præter alios textus & rationes, quas copiose affert

Munnoz. ab Escobar. d. c. 23. n. 37. & seqq.

facit textus clarus & manifestus

in l. fisco. 2. C. de convenient. fisci debitor.

cujus verba sunt: fisco quidem contra te manet actio, quod argentum, quod inferre debebas, rationibus fuerit relatum, si cautionem, quæ tibi super eo exposita est, tabularius non subnotavit, æquum tamen est, ut prius de bonis eius, qui exactor fuit, si solvendo est & conveniendi eius facultas datur, indemnitati fisci satisfiat, tunc à te, si servari hic modus non possit, reposcatur. Ecce textus clarus, quo clarior & manifestior in jure haberi non potest, quiq; à paucis, imò fere nullis, est observatus. Nec movent textus in contrarium adducti. Eos enim sufficienter refutat

Munnotz. ab Escobar. d. c. 23. n. 41. & seqq. Jason. in d. l. 2. §. ult. ff. de rebus credit. n. 20. post med.

69 Cum hac tamen moderatione, ut administrator, qui apocham de recepto præstitit, pro debitore ad probandam veram & realem numerationem testis esse possit,

Munnotz. ab Escob. de ratiocin. administr. d. c. 23. nu. 46. ibi, unum tamen singulare. & n. seq. Mascard. de probat. d. conclus. 370. n. 2.

70 Ita, ut etiam is solus, aliis conjecturis concurrentibus, realem numerationem plenè probare possit,

Munnotz. ab Escobar. (& ibid. allegat) d. c. 23. nu. 48. ibi, dico etiam. & n. seq.

71 Sed quid si quæstor, vel alius præfectus semel rationes reddidit, & earum nomine quietatus & liberatus sit, an registra & libri rationum postea revideri, contra eum inquiri, isque, si postea aliquid vel negligentiâ omissum, vel dolosè & fraudulenter occultatum, interceptum & subversum inveniatur, supradictis pœnis affici possit? Vide latè

Paris. consil. 89. num. 1. & seqq. per tot. vol. 1. Prosper. Farinac. consil. 7. nu. 1. & seqq. per tot. & consil. 95. nu. 1. & seqq. nu. 24. 29. & seqq. vol. 1. Iacob Schultz. in add. ad Modest. Pistor. quæst. 126. n. 60. & nu. seqq. part. 3. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæstion. cent. 3. cas. 209. incip. qui aliorum negotia, n. 37. ibi, decimo illud etiam. nu. 38. & seqq. Philipp. Dec. consil. 94. n. 4. & seq. Socin. Sen. consil. 92. n. 1. & seq. lib. 4. Carol. Ruin. consil. 16. n. ult. vers. & ubi, usq; ad fin. lib. 5. Nevitz. consil. 94. nu. ult. Jason. consil. 219. n. 2. & seq. lib. 2. & consil. 14. incip. quia dict. nu. 1. & seqq. vol. 3.

72 Deinde quæritur, an quæstor vel alius præfectus per substitutum administrare possit, & teneatur, si substitutus vel quid negligit, vel dolosè occultat, retinet & intercipit? Quod per substitutum, qui communi æstimatione pro idoneo reputabatur, administrare possit, nec tamen pro eius neglectis vel subtractis & dolo interceptis teneatur, tradit *per text. in l. negantem. 20. ff. commod. l. omnia. sub fin. C. de condit. in publ. horr. Franc. Ripa de peste. c. 5. de remed. ad conserv. ubert. n. 13. ibi, & sic nota. & seq. Br. in l. cum. ad quamlibet. 2. C. de condit. in publ. horr. n. 1. vers. nota quod tutor. & seq.*

Nisi eo solo casu, ubi horrea diligenter inspicere, & sarta tecta conservare debet; tunc enim non excusatur, si substitutus non reparavit, & per eius culpam, & negligentiam quicquam ex publicâ annonâ perierit & frumentum devastatum fuerit, 73

l. cum ad 2. C. de condit. in publ. horr. ubi Br. nu. un. vers. tamen inspicere debet. Francisc. Ripa de peste. d. c. 5. num. 11. ibi, ubi autem susceptoru. num. 13. vers. tamen quoad. & seq.

Ulteriùs quæritur, si quæstor vel alius officia- 74
lis tempore administrationis fiat dives, & multa bona sibi comparavit, an ex bonis fisci, vel domini acquisivisse præsumatur, & consequenter ea domino restituere debeat? Quod negamus

per text. elegant. in l. si defunctus. 10. C. arbitr. tutel. Br. in l. facultas. C. de jure fisci. nu. 12. ibi, secundò, quando officialis. Bl. in l. principalib. 33. ff. de reb. credit. si cert. petat. nu. 3. ibi secundo nota. & in l. quiquis 16. C. si cert. petat. nu. 3. post med. vers. quod dictum est probabilius. & in d. l. si defunctus. 10. C. arbitr. tutel. n. un. & in l. cum oportet 6. C. de bonis quæ liber. (ubi pulchras rationes affert) nu. 13. ibi, quæro quod in. & nu. seq. Phil. Dec. (ubi etiam rationes affert & contraria solvit, & hanc communem dicit) consil. 6. incip. & diligenter. n. 1. ibi, primò quia in dubio, & seq. lib. 1. Iohann. Harpprecht. in §. hi qui in parentum. instit. de oblig. quæ ex delicto. num. 10. sub fin. vers. ubi tamen ex communi & nu. 11. Alex. consil. 82. incip. perspectu his, n. 14. lib. 2. Frider. Mindan. in tract. de mandat. judicial. lib. 2. c. 13. nu. 20. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. num. 30. vers. sed hic incidenter. Virgil. Pingitz quæst. 47. nu. 20. sub fin. vers. deinde & hoc diligenter. num. 21. & nu. seq. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 41. nu. 18. ibi. cæterum deficientib. & seq. Aretin. consil. 31. incip. considerata diligenter. num. 9. vers. præterea illa lex videtur habere. & seq. Aym. Gravett. consil. 101. incip. in causâ egregii. n. 8. in princ. tom. 1. Aegid. Boss. (ubi contrariam opinionem falsissimam esse dicit) in tract. crim. tit. de fisco. & eius privileg. n. 50. vers. & si vera esset. & seq.

Non obstante, quod contrarium velit 75

per auth. licentiam. C. de Episc. & cler. Novell. 131. c. 13. Gl. in l. defensionis facultas. C. de jure fisci. verb. exceptionem. sub fin. vers. ad quod facit. Bl. (sibi contrarius) in l. æs alienum. C. de hæredit. vel actio. vendit. n. 20. sub fin. vers. item in officialis. & in auth. licentiam. C. de Episc. & Cler. num. 5. in princ. junct. vers. sed salvando. Nevitz. in Sylv. nuptiali. lib. 5. num. 110. vers. sit etiam Iohann. Gutteretz. tract. de tutel. & curat. part. 3. c. ult. per tot. Munnotz. de Escobar. tract. de ratiocin. administrat. c. 42. n. 17. in med. vers. quocirca si hujusmodi administratores. & vers. seq. Alex. consil. 13. incip. circa primum. n. 42. usq; ad fin. vol. 3.

Quod verum est, nisi in contrarium adsint 76
quædam præsumptiones, & conjecturæ, administratorem ex bonis fisci vel domini locupletatum fuisse, tunc enim illud meritò restituere tenetur,

Aym. Gravett. consil. 129. incip. proponitur in facto. n. 2. vers. istud tamen. & consil. 191. incip. in causâ egregii. n. 8.

vers. ubi ad probandum. & seq. tom. 1. Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 4. const. 41 n. 14. post princ. & seq. & n. 18. in med. Farinac. consil. 96. n. 7. post med. vers. hoc tamen fallit. lib. 1.

77 Puta, quia non diu in administratione fuit, tunc enim ex temporis brevitate probabilis & efficacissima est conjectura, administratorem ex bonis fisci opulentum evasisse,

Prosper. Farinac. d. consil. 96. nu. 7. ibi, tertiò. & hinc oritur. & seq. lib. 1.

78 Vel, quia quæstor vel alius administrator à Principe vel magistratu interrogatus, unde tanta bona acquisivit, diversis temporibus diversa & contraria eaque subtrepide respondeat, sæpeque conquesti sunt subditi, quod non fideliter in officio versaretur, veluti ita Scabinos Lipsenses respondisse, testatur

Daniel Moller. in comm. ad const. Sax. part. 4. constit. 41. nu. 11. vers. porro cum ad n. 12 & seq. junct. n. 14. vers. sed contrarium in hoc casu. n. 15. & seq.

79 Vel, quia proprio motu novis exactionibus absque consensu & authoritate Principis, & civitatis prægravavit subditos, eosque sub umbra officii turpiter emunxit, & de ista nimia crudelitate & avaritia subindè graves querimonias subditi habuerunt,

Virgil. Pingitz. quæst. 49. nu. 24. ibi, declaratur autem illud. usq; ad fin.

80 Vel, quia non fuit diligens & industrius,

Aym. Gravett. consil. 191. incip. in causa egregii. num. 8. vers. & quando quis non est dives. & seq. tom. 1. Farinac. d. consil. 96. nu. 8. vers. prima est, ut eadem præsumptio. lib. 1.

Plures conjecturas in contrarium vide

apud Farinac. d. consil. 96. nu. 9. ibi, secunda est declaratio. & n. seq. Bero. consil. 191. num. 59. lib. 1. Mascard. de prob. lib. 3. conclus. 1340. n. 13.

81 Quæ conjecturæ summe sunt attendendæ, non obstante quod

Br. in l. Titium. §. altero ff. de administr. tutor. nu. 2. vers. nec in dubio puto. & vers. seq.

omninò nullas conjecturas admittat.

82 Denique quæritur: non rarò fieri experimur, quod quæstores, præfecti, & alii officiales pecuniam publicam aliquandiu, antequam rationes reddunt, penes se retineant, & ex ea mercari & negociari soleant, quæritur igitur an lucrum inde factum eis auferri & civitati, seu fisco applicari debeat? Affirmativè concludit

Br. in l. diu. minime. 7. C. de suscept. nu. un. ibi, hæc lex facit. & in l. auri 1. C. de auri publici persecutorib. nu. 2. ibi, ex quo habes. usq; ad fin.

ubi in hæc verba scribit; ex quo habes, quod isti exactores publici, si exigunt pecuniam, non possunt eam redigere in florenos, vel florenos in pecuniam sine licentia, & sic omne lucrum, quod perciperetur, deberet esse publicum & sic, qui tale lucrum retinet, contra conscientiam retinet, & fiscus potest repetere; hactenus Bartolus; ubi in fine subjicit, quod hoc sit notandum pro exactionibus publicis. Et ratio esse potest, quia lucrum debet esse eius, cujus est pecunia, ex qua provenit,

l. apud Labeonem. 20. ff. de præscript. verb. l. ii. quis 13. §. si quem. ff. commod.

Negative verò econtra tradit *Raphael. Cuman. consil. 178 incip. thesaurarius vicantavit in 2. dubio. nu. 2 in med. vers. videndum est an suum an domini esse debeat. & vers. seq.* 83

ubi verbis disertis concludit, si camerarius in solvendo vel recipiendo solutiones pro domino aliquid lucratur, quod illud lucrum sibi, non domino, acquiratur.

Ad has opiniones concordandas sequentes casus sunt observandi; 84

Primus in eo, qui recipit pecuniam pro domino vel Republ. quam statim debet restituere, & tunc iste nihil lucratur, sed omne lucrum, quod ex illa pecunia percipit, restituere tenetur, & ita prior opinio Bartoli procedit, ut eum ita in dividuo explicat

Dec. consil. 6. incip. & diligenter pro tenui. num. 2. ibi, & tali casu bene dixit. junct. vers. primus est in eo. lib.

Secundus casus, siquidem officialis pecuniam quam recepit, non statim debet restituere, sed illam penes se debet servare, pro rebus necessariis Reipublicæ, & tunc is similiter non debet, nec potest uti illâ pecuniâ, quin lucrum inde proveniens restituere teneatur, 85

Dec. d. consil. 6 num. 2. vers. vel secundò dici potest. & vers. secundus casus in eo. lib. 1. Francisc. Ripa de peste. c. 5. de remed. ad conservand. ubertatem. n. 17. ante med. vers. quid igitur dicendum. & vers. seq.

Tertius denique casus est in eo, qui pecuniam accepit, quam non statim exsolvere, nec pro necessitate Reipubl. conservare debet, sed ad certum tempus duntaxat restituere tenetur, & tunc is merito lucrum, quod intermediò tempore ex negociatione istius pecuniæ percepit, sibi acquirit, nec Principi, vel Reipubl. restituere tenetur, 86

elegant. Philip. Dec. (ubi pulchras rationes affert) d. consil. 6. sub fin. princ. vers. sed tamen prædictü. n. 1. & n. 2. vers. tertius est casus. & per tot. lib. 1. quem sequitur Francisc. Ripa. tractat. de peste. d. c. 5. de remed. ad conservand. ubertat. nu. 17. in princ. junct. vers. ad contrarium respondetur. & seq.

LVIII.

De nunciis, tabulariis, & vectoribus, qui pecuniam vel merces, aliò perferendas & vehendas, retinent, intercipiunt & in proprios usus convertunt, vel literas abjiciunt, & dilacerant, quomodo puniuntur, & cujus tunc erit periculum, an debitoris, an creditoris.

SUMMARIA.

1. *Si nuncius pecuniam in sacculo obsignatam furatur, & aufugit, an furtum committat & suspendi debeat.*
2. *Jure Saxonico quid juris 3. 4.*
5. *Si nuncius pecuniam non obsignatam, sed in quantitate sibi adnumeratam, intercipit, quid juris, n. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. ubi ampliationes & limitationes.*

8. *Mise-*

8. *Miserorum refugium est dicere aliquid esse speciale, & rationem specialitatis non assignare.*
18. *Si nuncius, cui pecunia aliò transferenda est tradita, à latronibus in itinere spoliatur, an illam pecuniam restituere debeat, n. 19. 20. 21. 22.*
23. *Si nuncius vel à latronibus spoliatur, vel ipsemet pecuniam furatus aufugit, cujus sit periculum, an debitoris an verò creditoris, ita ut debitor nihilominus liberatus dicatur, n. 24. 25. 26. 27. 28*
29. *Si creditor scribit debitori, ut pecuniam mittat, & nuncius vel spoliatur, vel ipsemet aufugit, cujus erit periculum. nu. 30. 31. 32.*
33. *Quid juris de eo tabellario, qui literas aliò perferendas accepit, sed eas in itinere vel dilaceravit, vel abjecit, & nihilominus integram mercedem, quasi literas eo detulisset, petiit & accepit.*

1 Nov. Elect. Aug. par. 4. const. 41. § wenn auch ein Bott. ult.

FRequens & utilis est quæstio, quomodo tabellarius vel nuncius, qui pecuniam sibi traditam aliò perferendam retinet, dilapidat, ludo consumit, vel aliter in suos usus convertit, puniatur?

Et quidem si pecunia illa in sacculo obsignata, tanquam species, nuncio est tradita, concurs omnium DD. est opinio, quod is furtum committat & suspendi debeat,

Bl. in l. incendium. 11. C. si cert. petat. n. 9. vers. si autem ut species. vers. illud est necessarium. & seq. Jason. in l. eius qui in provincia. 41. §. quas verò. ff. de reb. credit. si cert. pet. nu. 7. post princ. Virgil. Pingitz. quæst. 48. incip. tametsi hactenus. nu. 15. & n. seq. Daniel Moller. lib. 4. semest. c. 2. nu. 1. vers. secus esse si in sacculo. Johann. Harpprecht. in §. hi qui in parentum. 12. instit. de oblig. quæ ex delict. n. 14. vers. secus esse. Barthol. Bertaz consil. 412. incip. victoria excellentis. n. 2. ibi, ubi si datur. lib. 2.

2 Jure Saxonico verò directò contrarium unanimiter Scabinos respondisse, solumq; pœnam extraordinariam, puta temporalem, vel perpetuam relegationem, vel quandoq; pro quantitate pecuniæ ablatæ, fustigationem, dictasse, constat, *ex Consult. constit. Sax. tom. 1. part 4 quæst. 16. incip.* Wer einen Boten. *n. 4. vers. & hæc opinio. & n. 5. & tom. 2 part. 4 quæst 3. incip.* da Schösser. *n. 4. n. 22. nu. 24 & n. seq. Virgil. Pingitz. d. quæst. 48. n. 23. vers. limitatur tamen. & n. 42. per text.* im Landr. *lib. 3. art. 22.* ubi de rebus commodatis expressè dicitur, quod in illis, si quis eas ad alium usum usurpat, furtum non committatur.

Deinde. *per text.* im Landr. *lib. 2. art. 29. sub fin. vers.* kein Dieberey *usq; ad fin.*
ubi quasi regula generalis traditur, quod in illis rebus, quas quis non animo furandi vel spoliandi à domini possessione abstulit, sed voluntate & consensu domini accepit, furtum fieri non possit. Nuncium autem pecuniam non animo furandi à domini possessione abstulisse, sed ab eo volente & consentiente accepisse, in confesso est.

Verùm, cum textus im Landr. *lib. 3. d. art. 22.* loquatur de rebus commodatis, in quibus dolus seu delictum per actionem ex contractu, puta commodati, potest purgari, quo casu actionem furti non competere, jamdudum in præced. conclus. *num. 15.* dixi; Quod hoc in casu non est, delictumque nuncii per nullam actionem ex contractu potest colorari, non obstante, quod actio locati conducti competere videatur, quoniam dominus nuncium, non ratione pecuniæ, sed ratione operarum, conduxit; Textus im Landr. *lib. 2. art. 29.* directè contrarium innuere videtur, siquidem ibi dicitur, de rebus in viâ inventis, quod quidem ab initio inventor in illis furtum non faciat, quoniam eas non dolosè à domini possessione abstulit, sed tùm demùm, si eas inficiatur, & domino restituere recusat. 4

d. art. 22. vers. leugnet ers aber.

Ideoq; Augustus Elector Saxon. meritò aliud ordinavit & constituit, ut nuncius ob ejusmodi pecuniam interceptam & subversam laqueo puniatur,

in suis Novell. part. 4. constit. 41. §. wenn auch ein Bott *ult. in pr.*

Si verò pecunia tabellario non in specie, sed in quantitate, non obsignata, tradatur, vel adnumeretur, tunc major solet esse controversia, an is furtum committat & suspendio puniri possit? 5

Negat enim *Br. in l. eius qui in provincia 41. ff. de reb. credit. Bl in l. incendium. 11. C. si cert. pet. n. 9. vers. si enim const. & eo translato. & vers seq. Jason. in d. l. eius qui in provincia. 41. § quas verò. ff. de reb. cred. num. 7. in princ. & vers. ego puto quod & vers. seq. Barthol. Bertaz consil. 129. incip. non possum. nu. 9. post princ. lib. 1. Aym. Gravett. consil. 244. incip. in causâ inquisitionis. n. 8. in med. vers. postremò considero. tom. 12. Paul. de Castr. consil. 141. incip. visâ quâdam inquisitione. nu. 4. vers & constat. quod si aliquis. & vers. seq. lib. 1. Tusch. tom. 2. pract. conclus. lit. D. verb. delictum conclus. 178. n. ult.* 6

Tùm, per *text. in l. in nave Saufeij. 31. §. idem juris ff. locat. conduct.*
ubi dicitur, si quis pecuniam numeratam ita deposuisset, ut neque clausam neq; obsignatam traderet, sed adnumeraret, nihil aliud eum debere, apud quem deposita est, nisi ut tantundem pecuniæ solveret,

Jason. in d. l. eius qui. §. quas verò. nu. 7. vers. pro qua optime facit.

Tùm, quia eo ipso, quod pecuniam dominus tabellario annumerat, videtur ei permisisse, ut istâ eâ uteretur; Tùm, quia dominus annumerando, & pecuniam non obsignatam in quantitate dando, videtur dominium transtulisse,

Jason. d. l. eius qui. §. quas. 4. num. 6. vers. quod si ego dominus. & n. 7. vers. ego puto. Gl. ibid. verb. nam & si tibi. vers. secus si eos dederit. Bl. in d. l. incendium. 11. C. si cert. pet. n. 9. vers. si enim constat. & seq.
& ita potiùs contrectavit rem suam, & non alienam, & ob id furti non tenetur, *l. 1. ff. de furt.*

His tamen & similibus non attentis, rectiùs contrarium tradunt, 7

Johann. de Imola (ubi allegat exemplum de quodam juvene, cui quidam Mercator dedit 100. ducatos, ut eos Titio daret, quod juvenis non fecit, sed eos retinuit, & in usus suos convertit, & subjicit quod is juvenis Bononiæ fuerit

fuerit suspensus. nec se eum potuisse defendere, & à furca liberare, etiamsi maximum conabatur) in l. si tibi dederim. 25. ff. de donat. & in l. Cassius. ff. de solut. Chassan. ad consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. si aliquis simplex furtum. nu. 9. ibi, quæro nunquid consumpto. & seq. Prosper. Farin. consil. 96. n. 42. vers. siv. consignatur. & seq. lib. 1. Joann. Harpprecht. in §. hi qui in parentum. 12. instit. de oblig. quæ ex delicto n. 14. vers. verum contraria. n. 15. & seq. Virgil. Pingitz. d. quæst. 48. n. 27. ibi, tertius casus est, & seq. usq; ad fin. Daniel Moller. lib. 4. semest. c. 2. n. 1. sub fin. vers. contrarium autem. n. 2. & seqq. per tot. Consult. const. Sax. tom. 1. part. 4. quæst. 16. num. 2 3. & 4. Joann. Mich. Beuther. de jure prælat. part. 1 c. 43. ante med. vers. quo pertinet exemplum. pag. mihi. 90.

Moventur, per text. clar. & expr. *In l. si is cui C. de furt.* ubi verbis disertis dicitur, quod is furtum committat, qui pecuniam alteri afferendam in suos usus convertit, qui textus eò magis attendi debet, quod in eo in verb. *quantitate numeratâ &c.* non solum numerationis, sed etiam quantitatis fiat mentio. Et licet

Jason. in d. l. eius qui. 41. quæ verò. n. 7. post med. vers. ego responderem. & seq.

dicat, illum textum debere intelligi, quando pecunia non erat data ad numerum; eius tamen divinatio manifestò ex *d. l. 7.* in verb. *numeratâ*, rejicitur;

Deindè *per text. in l. si mandavero. 22. §. si tibi centum dedero. 7. ff. mandat.*

ubi etiam disertis verbis dicitur, si tibi centum dedero, ut ea Titio dares, tuq; non dederis, sed consumpseris, quod furti tenearis.

Tertiò, *per text. elegant. in l. si quis uxori. 52. §. Julianus. 16. ff. de furt.*

ubi etiam verbis claris disponitur, si tu pecuniam à me accepisti, ut eam creditori meo solveres, sed tu, cum tantam pecuniam eidem creditori deberes, tuo nomine solvisti, quod furtum facias.

Quartò facit, quia nunquam nuda traditio transfert dominium, sed ita, si venditio vel aliqua justa causa præcesserit, propter quam traditio sequeretur,

text. in l. nunquam. 31. ff. de A. R. D.

Hoc tamen in casu venditio, vel alia justa causa dominium transferendi, non præcessit, igitur dominium in nuncium translatum non censetur, & consequenter furtum in re alienâ rectè factum dicitur.

Nec movet, quod *Jason. in d. l. eius qui. 41. §. quæ verò. ff. de reb. credit. num. 6. sub fin. vers. potes dicere. & seq.*

dicat, hic subesse causam, quando scilicet dominus tradit pecuniam uni, ut alteri det, vel regulam *in d. l. nunquam. 31.* habere duntaxat locum, in speciebus, & aliis rebus, non item in pecuniâ numerata: Quia *in d. l. nunquam. 31.* non quævis causa fictitia sufficit, sed justa causa, & titulus requiritur, ut est venditionis, dotis, donationis, legati, & eiusmodi similis, qui animum transferendi dominium in tradente demonstrat,

§. namque. 4. instit. de action. ubi gl. in verb. ex justa. in med.

Deindè textus *in d. l. nunquam. 31.* generaliter loquitur, nec facit differentiam inter species & alienas res, & inter pecuniam numeratam. Ideoque nec nos distingvere debemus, præsertim cum *Jason. d. loco* nullam rationem differentiæ, & specialitatis afferat.

Miserorum autem est refugium dicere, speciale quid esse, & rationem specialitatis non assignare, 8

teste ipsomet Jason. in l. quod te. ff. de reb. credit. n. 28. vers. quia ut inquit. & seq.

Quintò, quia actus agentium ultrà vel contrà eorum mentem & intentionem non debent operari,

l. 1. §. si quis hoc interdictum. ff. de itinere actuq; privat. l. 3. ff. de O. & A. l. 4. l. 11. l. 19. in princ. ff. de reb. credit. l. 14. ff. de solut. Molin. in rubr. ff. de V. O. nu. 8. VVesenbec. consil. 52. num. 45. Harpprecht. d. §. hi qui in parentum. 12. nu. 15. Daniel Moller. lib. 4. semest. d. c. 2. nu. 2.

Is autem, qui pecuniam tabellario tradit, ad alium perferendam, etiamsi illi eam in quantitate det & annumeret, nunquam hoc agere dicitur, ut dominium pecuniæ in tabellarium transferat.

Nec movent textus & rationes in contrarium adductæ, quia illis sufficienter respondet

Daniel Moller. lib. 4 semestr. d. c. 2. n. 4. & seqq. Joan. Harpprecht. d. §. hi qui in parentum. 12. nu. 16. vers. accommodet. n. 17. & n. seq.

Et hanc sententiam etiam approbavit, & confirmavit August. Elect. Saxon. 9

in sua Novell. part. 4. const 41. §. wann aber ein Bott. *ult. vers.* versiegelt oder unversiegelt. *ubi in comm. Daniel Moller. nu. 7.*

Ita tamen, ut tùm demùm tabellarius suspendatur, si pecunia illa, quam furatus aufugit, vel fraudulenter in suos usus convertit, ad summam viginti florenorum usitatæ monetæ ascendat, 10

d. const. 41. §. ult. vers. so sol derselbe/ *ubi Moller. nu. 7. princ. Virgil. Pingitz d. quæst. 48. n. 26.*

Si verò quantitas pecuniæ sit minor, & infra viginti florenos, tunc fustigetur tantùm, & in perpetuum relegetur, 11

d. constit. 41. §. ult. vers. und do es unter zwantzig Gülden.

Nisi quantitas sit minima, & perexigua, tunc solùm carcere, vel temporali relegatione puniatur, *d. constit. 41. §. ult. vers.* oder aber do es gar wenig. 12

Quantitas autem minor, pro quâ fustigatio cum perpetuâ relegatione imponi debet, illa dicitur, quæ est supra decem florenos, minima verò & perexigua, pro qua carceratio vel temporalis relegatio infligitur, illa vocatur, quæ est infra decem florenos, 13

VVesenb. in comm. manuscript. ad d. constit. 41. part. 4. quem sequitur Daniel Moller. ibid. n. 7. vers. sin minor sit summa. Virgil. Pingitz. d. quæst. 48. nu. 26. vers. si minor. & seq.

Quæ tamen constitutio solummodò de nunciis, qui utplurimùm sunt pauperes, & in diem vivunt, 14

Daniel Moller. lib. 4. semest. d. c. 2. n. 7. post princ.

ad eorum improbitatem & petulantiam coercendam, est accipienda, non verò ad alios extendenda, & ideò, si quis suo vicino, vel alii amico pecuniam tradit, ut eam alteri exsolvat, is autem eam pro sua necessitate expendit, & restituere paratus est, constitutio illa locum sibi non vendicat,

cat,

car, per ea quæ tradit [illegible] *nu 8. in med. vers.* [illegible] *Mich.* [illegible] *vers. beloniat bie* [illegible] *p. 21.*

15 [illegible] nec eam ad illum casum, ubi quis gratuitò pecuniam aliò transferendam accepit, extendendum puto, propterea quod Elector *in d. constit. 41. §. ult.* de nunciis & tabellariis, qui mercede certa conduci solent, & ita de subjecto qualificato, loquitur.

Notum autem est quod statutum, lex, vel alia constitutio de qualificato subjecto, vel alia dispositione, loquens, locum non habeat, nisi adsit illa qualitas,

latè Tusch. tom. 6. pract. conclus. lit. Q. verb. qualitas conclus. 12. n. 1. & seqq.

Quamvis de jure communi aliud dicendum esse, non diffitear,

per text. in l. si mandavero. 22. §. si tibi centum. 7. ff. mand.

16 Deinde hæc conclusio fallit, si dictum est, accipe talem pecuniam, ut Titio solvas, quoniam tunc solum dictum fuit de effectu solutionis, non de ipsa pecunia,

Aym. Gravett. d. consil. 244. n. 8. post med. vers. secus si dictum sit. tom. 2.

17 Deniq; fallit in auriga, qui è mercibus vel aliis rebus ad certum locum vehendis, sibi traditis, aliquid subtrahit, & in suos usus convertit, veluti ita in Scabin. Lipsensi *per text. im* Landr. *lib. 2. art. 29. in fin.* responsum fuisse, testatur

Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 4. d. constit. 41. n. 9. ibi, sed quid dicendum. & seq.

Quamvis in aliis locis extra Saxoniam aliud statuendum esse, ipsemet

Moller. d. const. 41. nu. 9. sub fin. vers. quamvis non desint. n. 10. & n. seq. evincat.

18 Sed quid, si nuncius, cui pecunia aliò perferenda data est, vel in latrones incidit, & spoliatur, vel ipsemet cum pecunia aufugiat, cujus erit periculum, an creditoris, an verò debitoris? Hic unus atq; alter casus distingvendus erit.

19 Primus, si tabellarius in latrones incidit, ab illisque spoliatur & exuitur, tunc tabellarius quidem est excusatus, nec ad pecuniam illam refundendam tenetur,

elegant. Virgil. Pingitz. quæst. 48. incip. tametsi habemus. n. 1. & seq.

20 Nisi tabellarius relictâ certâ & commodâ viâ per aliam insolitam & periculosam transierit,

Virgil. Pingitz. d. quæst. 48. nu. 7. sub fin. vers. declaratur hoc. nu. 8 & nu. seq. Bl. in l. inter causas. 26. §. non omnia. ff. mandati. nu. 3. vers. & tunc aut ambassiator. & seq. & in l. 1. C. deposit. n. 1. vers. sed si per insolitas.

21 Vel, nisi longiori tempore, quam statuerat, & promiserat, emanserit,

Virgil. Pingitz. d. quæst. 48. num. 10. in fin. vers. deinde declaratur. n. 11. & n. seq.

22 Vel, nisi culpa ejus intervenerit, & ideò si vector mercium non custodiret res sibi commissas, nec adhiberet circa eas justam diligentiam, ita, ut damnum sentirent ex aquis, aut alio modo, talis ex suâ negligentiâ rectè poterit conveniri, maximè si domino mercium damnum illud accidens non denunciasset, veluti ita Scabinos Lipsenses pronunciasse testatur *Christoph. Zobel. in gloss.* [illegible] *ad text. germ.* Landr. *lib. 2. art. 28. lit. A. vers. & tota.* Et ita *Anno 1609 in causa* Matthes Wolmerschen / Bareitkramern zu Leipzig / *contra Martinum* Haasen / *& ejus fidejussorem Paulum* Gößen *in præfectura Bornensi* judicatum est.

23 Quod verò ad debitorem vel creditorem attinet, tunc sive tabellarius a latronibus fuerit spoliatus, sive ipse pecuniam intercepterit, & aufugerit, distingvit

Angel. Aretin. inter consil. crim. Ziletti consil. 72. incip. Johannes de Cornazano. n. 7. & n. seq. lib. 2.

aut debitor ad speciem obligatus fuit, aut ad quantitatem, & sic ad genus, ita, ut in priori casu periculum sit creditoris, debitorq; sit liberatus, non item in posteriori,

l. si quis. 52. §. apud Labeon. 11. ff. de furt.

Cujus opinionis etiam est *Bl. in l. si is cui. 7. C. de furt. n. 3 ibi, quæro nunquid ille. & seq.*

ubi tamen quasdam restrictiones affert.

24 Nos verò dicimus, si tabellarius ipse cum pecunia aufugit, quod periculum sit debitoris, isq; à creditore non sit liberatus,

Anton. Hering. de fidejuss. c. 20 § 27. num. 30. ibi, nec refert, & num. seq. Anton. de Gamma. deci. 190. incip. Tristanus num. 1. & num. seq. per tot. per text. in c. significante. 7. vers. & infra statutum tempus. ext. de pignor.

25 Idem dicimus, si tabellarius a latronibus fuit interceptus, & spoliatus,

per text. in l. eum qui. 10. §. ult. in fin. & l. seq. ff. commod. Anton. Hering. de fidejuss. d. c. 20. §. 27. num. 29. in med. vers. sed quum debitoris. & seq. Bl. in d. l. si is cui. 7. C. de furt. num 3. sub fin. vers. aut non erat nuntius notus.

26 Nisi creditor ipse alicui tertio scripserit, & petierit, ut is pecuniam à suo debitore exigeret, & ei mitteret, tunc enim, si hic tertius pecuniam à debitore exactam tradit tabellario, & tabellarius vel à latronibus spoliatur, vel ipsemet cum pecunia aufugit, tam debitor, quàm exactor erit liberatus, & periculum ad creditorem spectat, ut eleganter consuluit

Aym. Gravett. consil. 247. incip. Antonius Sturlatus. n. 1. vers. sed præmissis non obstantibus. nu. 2. & seqq. per tot. tom. 2.

27 Et prædicta procedunt, etiamsi tabellarius ille aliis erat idoneus, familiaris & notus, qui communi opinione consueverat esse bonus, & diligens, nihilominus enim periculum erit debitoris,

Anton. Hering. d. c. 20. §. 27. nu. 29. post med. vers. etiam idoneus. & seq. per text. in d. l. significante. 7. in med. ext. de pignor.

propterea, quòd pecunia tamdiu sit periculo debitoris, donec ad creditorem fuerit perlata,

Angel. in l. si finita. 15. §. si jam currint. ff. de damn. infect.

Deindè, quia quod tabellarius in latrones incidit, vel ipse pecuniam furatus aufugit, est casus fortuitus,

Gl. in §. namq. 4. instit. de action. verb. casu. Laurent. Sylv. de feudi recogn. quæst. 109. n. 43.

Casum autem fortuitum debitorem non liberare ab ære alieno, in confesso est,

per text. in l. incendium. 11. ubi Bl. & DD. communiter. C. si cert. petat.

Deniq; quia quis constituendo nuncium, eique man-

mandando, ut pecuniam ad aliquem afferat, ante consummationem mandati, & donec pecunia ad locum destinationis perferatur, dominus esse non desinit, sed talis permanet,

Bl. in l. si is cui. 7. C. de furt. n. 1. vers. aut erat nuncius mittens 1. & seq.

Juris autem indubitati est, quod res suo domino, & non alii, pereat,

l. maritus. ff. locat. l. pignus. C. de pign. act. Aym. Grav. consil. 247. n. 1. vers. hoc ita præsupposito. tom. 2.

28 Non attento, quod directò contrarium velit

Bl. in d. l. si is cui. 7. C. de furt. n. 3. vers. tunc aut nuncius erat. & seq. per text. in l. argentum. 20 ff. commod.

Qui tamen textus parùm urget, quoniam loquitur in commodato; inter commodatum autem & hunc nostrum casum magna est differentia, quoniam ibi commodans dominium retinet, & dominus manet, hic in casu non item, sed dominium est penes debitorem, mirum igitur non est, si ibi commodatarius liberetur, & periculum sit commodantis, quoniam, *ut dictum est*, res perit suo domino, præsertim cum commodatarius solùm dolum & culpam, non item casum, qualis est rapina & similis, præstet, *l. contractus. 23. sub fin. ff. de R. I.*

29 Secundus casus, si creditor ipse unà cum tabellario mittit literas ad debitorem, & tabellario pecuniam debitam ad se perferendam dare jubet, & tunc debitor liberatur & periculum est creditoris,

l. eum qui. 10. §. ult. vers. siquidem ego mandaveram. l. si mei. 12 §. commodatam. 1. in pr. ff. commod. Anton. Hering. de fidejuss. d. c. 10. §. 27. nu. 21. ibi, quid autem dicimus. n. 22. & seqq.

30 Dummodo nominatim creditor scripserit, ut pecuniam illi ipsi tabellario tradat, aliàs si creditor simpliciter scripserit, ut pecuniam mitteret, nec expressit per quem, debitor, si dicto nuncio pecuniam dedit, & is aufugit, non liberatur, quoniam tabellarius potiùs ad requirendum & commonefaciendum, quàm ad recipiendum, missus præsumitur, *per text. in d. l. si mei. 12. §. 1. vers. si commonendi causâ. Bl. in d. l. si is cui. 7. C. de furt. nu. 4. ibi, sed pone ego mihi. & seqq.*

31 Quod extenditur, etiamsi debitor ad literas creditoris pecuniam non illi tabellario, sed alii cuidam viro fide digno dederit, nam nec tunc debitor liberatus erit, si hic vir fide dignus pecuniam non tradiderit,

pulchrè Bl. consil. 132. incip. Franciscus domini. num. 1. vers. in contrarium. & seq. per tot. vol. 5. Petr. de Ubald. tract. de duobus fratribus, part. 3. princ. n. 39. Anton. Hering. de fidejuss. d. c. 20. §. 17. n. 23.

32 Cautela igitur est pro debitore, si is pecuniam non ipse afferre velit, ut expressum creditoris de tradenda huic vel illi pecunia mandatum expectet, *Ant. Hering. de fidejuss. d. c. 26. §. 27. ibi, cautela igitur erit, & n. seq.*

33 Sed quid juris de eo tabellario, qui literas in aliquem locum perferendas accepit, sed eas in itinere vel in locum paludosum abjecit, vel dilaceravit, vel sub arena occuluit, & nihilominus integram mercedem, quasi literas ad locum destinatum pertulisset, petiit, & accepit? *vide late Iacob Thoming decis. 14. incip. tabellarius quidam. n. 1. & seqq. per tot.*

LIX.

De injuriis, quæ injuriarum appellatione continentur, vel pro talibus habentur.

SUMMARIA.

1. *Injuriæ quotuplices sunt.*
2. *Verbales injuriæ quæ, & quæ pro talibus habentur. n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46.*
47. *An & quatenus ille injuriarum teneatur, qui dicit tu mentiris. n. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62.*
63. *Quæ pro verbalibus injuriis non habentur. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76.*
64. *An si quis dicat, tu non dicis verum.*
65. *An si quis dicat, tu dicis falsum.*
66. *Vel dicis mendacium.*
77. *Si creditor suum debitorem ob moram solutionis per literas vel aliter diffamet, tanquam perfidum, & perjurum, qui datam fidem non servavit, an & quatenus injuriarum teneatur. 78. 79. 80.*
81. *Reales injuriæ sunt duplices.*
82. *Reales injuriæ ex l. Corneliâ in quib. casibus locum habent.*
83. *An pro illis realibus injuriis ex l. Corneliâ descendentibus etiam jure prætorio agere liceat.*
84. *Actio injuriarum ex l. Corneliâ & ex jure prætorio quid differunt, & in quib. conveniunt. n. 85.*
86. *Reales injuriæ quæ, & quæ pro talibus habentur. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117.*
108. *Judex injuriarum conveniri potest, si aliquem injustè torqueri fecit, vel in torquendo modum excessit. 109.*
118. *Realis injuria est, si magistratus aliquem injustè carcerari fecit.*
119. *Vel pro pœnâ pecuniariâ incarceratum sub idonea cautione dimittere nolit.*
120. *Vel arestum contra alicujus bona, debito nondùm satis liquidato, concessit.*
121. *Vel jam impetratum sub cautione relaxare nolit.*
122. *Vel, executione nondum factâ, aliquem personaliter arestari fecit.*
123. *Creditor etiam tenetur injuriarum, qui debitoris bona vel personam injustè, & frivole arestari fecit.*
124. *Nutu etiam infertur injuria realis.*

125. Plu-

25. Plures casus, ubi injuria vel verbalis vel realis infertur, remissivè.

1 LAtissimam materiam injuriarum aggressurus, operæ precium duxi, antequam de pœnis earundem tractarem, quædam præmittere, quænam injuriarum nomine contineantur, & pro talibus habentur. Ad cujus faciliorem intellectum, sciendum est, quod secundum

Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 135. incip. quum ante. n. 1. & seq.

omnis injuria quadrifariam, verbis, facto seu re, scriptis, & gestu: Vel secundum

Roffred. in oper. libell. part. 4. rubr. de actione civili injuriarum ex l. Corneliâ in princ. fol. 92. col. 2. Prosper Farinac. in suâ pract. crim. part. 3. quæst. 105. num. 2. ibi, prætermitto secundò. n. 3. & seq.

trifariam, vel verbis, vel re, seu facto, vel scriptis, committatur.

Sed cum injuria, scriptis illata, verè sit & dicatur verbalis, ut latè juribus & authoritatibus probat *Plot. de in lit. jurand. c. 46. nu. 4. Stephan. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 127. nu. 9. Farinac. d. quæst. 105. n. 4. And. Gail. lib. 2. observat. 104. n. 1. Ludov. Roman. consil. 378. incip. quoad primum. n. 1. Claud. Bertaz. in addit. ad Barthol. Bertaz. consil. 237. n. 2. lit. B. in princ.*

Et si vel maximè separata esset species injuriæ, ea tamen in peculiare nomen famosi libelli incidit, de quo *infra suo loco* separatim agemus. Injuria verò gestu illata pro qualitate facti, vel inter verbales, vel reales conferatur, Ideoq;

textui in l. 1. §. injuriam. 1. ff. de injur.

& communi DD. opinioni,

Guid. Papa. decis. 465. incip. ex injur. n. 1. in pr. Matth. Coler. decis. 161. n. 1. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria. nu. 1. in princ. inhærens dico, quod injuriæ vel sint verbales vel reales.

2 Verbales injuriæ sunt, si quis alicui minatus fuerit,

August. Bonfranc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. & dictus Titius se defendendo. nu. 28. Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 136. n. 13. & seq. Barthol. Bertaz. consil. 434. incip. dubia subtiliter. n. 8. & seq. lib. 2. Bl. consil. 142. incip. supra quæstione. n. 1. & seq. lib. 2.

3 Vel appellaverit aliquem falsarium,

Roman. consil. 96. n. 1. & seq. per tot. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria. n. 1. vers. vel si appellaverit.

4 Vel proditorem,

Bl. consil. 361. incip. quidam dixit. nu. 1. & seq. per tot. vol. 4. Iul. Clar. d. §. injuria. n. 1. vers. vel proditorem.

5 Vel usurarium,

Aym. Gravett. consil. 145. incip. ipso processu causæ. n. 1. & seqq. per tot. tom. 1. Iul. Clar. d. §. injuria. n. 1. vers. vel usurarium.

6 Vel infamem,

Stephan. Bertrand. consil. 131. num. 1. & seq. lib. 6. Iul. Clar. d. §. injuria. n. 1. vers. vel infamem. Matth. de Afflict. in c. 1. §. injuria punitur. tit. de pace juram. firmand. nu. 9. sub fine vers. item tenetur.

7 Vel Judæum, & ex parentela Judæorum natum,

latè Ludov. à Pegver. (ubi ita, 28. Nov. Anno 1583. in regio consilio Cathaloniæ judicatum refert) decis. 13. incip. in præsenti civitate. n. 1. & seqq. Anton. Thessaur. decis. 18. incip. injuria qualibet. nu. 10. post med. vers. prætereà istius casus. & vers. seq. lib. 1. Didac. Covarr. libr. 1. var. resolut. c. 11. nu. 1. vers. praxis etiam idea recepit. & seq. Joann. Harpprecht. in §. injuria. 1. inst. de injur. n. 52. vers. Judæum.

Vel Bastardum & spurium, 8

Bertrand. consil. 189. nu. 1. & seq. lib. 6. Iul. Clar. d. §. injuria. nu. 1. vers. vel bastardum. Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 136. n. 4. vers. vel ab eu spuria. & seq. Iason. in l. turpia. ff. de legat. 1. nu. 8. & in l. & si pepercerit. ff. de liber. & posthum. n. 7. ibi, quartò nota. Roman. consil. 96. incip. super eo quo quæritur. n. 2. Farinac. d. quæst. 105. nu. 24. in med. Matth. de Afflict. in c. 1. §. injuria punitur. in princ. tit. de pace juram. firmand. num. 9. in princ. Iohann. Harppr. d. §. injuria. 1. inst. de injur. nu. 35. post princ. (ubi ampliat.) n. 84. & seqq.

Nisi Reipubl. intersit, puta, quia quis ideò dicit, quod aliquis sit bastardus & spurius, ne admittatur ad testimonium, ad honorem, vel aliud officium, in quod spurii & bastardi non recipiuntur, *Alex. in l. etsi pepercerit. ff. de liber. & posthum. n. 6. Iason. eod. num. 7. vers. limita & intellige. Br. in l. eum qui nocentem. 18. ff. de injur. nu. 1. vers. certe pro eo quod si. & seq. Daniel Moll. (ubi communem dicit, & ita judicatum fuisse se scire testatur) in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 42. nu. 26. sub fin. & seq. Laurent. Kirchhoff. consil. 33. nu. 7. sub fin. vers. aut deco verum, & quia duo. & seq. vol. 2.* 9

Vel vocavit aliquam meretricem. 10

Matth. de Afflict. in c. 1. §. injuria punitur. in princ. tit. de pace juram. firmand. n. 7. post pr.

Nisi revera talis sit, *Iacob de Bellovis. in suâ pract. crim. lib. 1. c. 3. n. 59. post pr.* 11

Quod procedit etiam in meretrice emendatâ, quæ jam aliquandiu meretricari omisit; nam & tunc eam meretricem vocans, injuriarum non tenetur, 12

Luc. de Penna. in l. errat. C. de Castr. pecul. quæst. 7. Matth. de Afflict. in d. c. 1. §. injuria punitur. n. 10. ibi, quid autem si quis. & seq.

Ubi in fine subjicit, quod etiam is, qui vocat illam meretricem, quæ olim fuit meretrix, non teneatur injuriarum.

Vel, si quis illam, quæ in cælibatu cum aliquo viro concubuit, & ex eo liberos procreavit, sed postea cum illo viro matrimonium iniit, meretricem vocavit; quoniam matrimonium subsequens omnem maculam & defectum tollit, 13

c. tanta. 6. x. qui filii sint legit. l. Imperialis. 13. §. 1. vers. nullo timore tenendis. C. de nupt.

Vel, si quis illum, qui quidem ex honestis parentibus est natus, sed ejus mater post mortem patris turpiter vivit, & suum corpus pluribus prostituit, appellat filium meretricis, 14

Matth. de Afflict. in c. 1. §. injuria punitur in princ. tit. de pace juram. firmand. n. 10. vers. sed juxta hoc quæritur. & seq.

Vel si allegat judicem suspectum, & causas suspicionis probare nequit, 15

Bl. in c. super. x. de offic. iudic. deleg. Angel. in l. quæ omnis. ff. de pact. quos refert & sequitur Ioann. Bajard. ad Iul. Clar. §. injuria. n. 27.

Vel idoneum fidejussorem recusat, *text. in l. si vero. 5. §. 1. ff. qui satisd. cogunt. Schneid. ad §. injuria. 1. inst. de injur. n. 20. Daniel Moller. lib. 2. semestr. c. 4. n. 16. Anton. Hering. de fidejuss. c. 6. n. 37. & seq. usq; ad nu. 52. Valent. Franc. de fidejuss. c. 4. n. 57. & seqq.* 16

17 Quod tamen solum obtinet in judicialibus, non item in contractibus, vel ultimis voluntatibus; unde si tibi aliquid vendidi, vel pecuniam tibi mutuò dedi, vel rem commodavi, & tu non vis solvere precium, vel pecuniam & rem restituere, sed mihi fidejussorem, etiam idoneum & locupletem, dare, illum justè absque metu injuriæ recusare possum,

elegant. Anton. Hering. tract. de fidejuss. d. c. 6. num. 37. vers. aut qui pro contractibus. nu. 38. & n. seq.

18 Item verbalis injuria est, si quis alicui vitia naturæ exprobrat, dicendo, quod sit cæcus, mutus, surdus, gibbosus, loripes, luscus, monoculus, strabo, vel similis,

Jodoc. Damhoud. in suâ pract. crim. c. 136. n. 4. ibi, injuriæ quoque verbis. & seqq. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. tit. 14. quæst. 105. n. 24. Joan. Harpprecht. in §. injuria autem. 1. instit. de injur. n. 98. post princ. & num. 99. Schrad. (inter consilia variorum JCtorum Germaniæ) consil. ult. n. 77. vers. 4. cur is tom. 2.

19 Quod verum est in iis, quibus à naturâ tale vitium est ingenitum;

elegant. Jacob. de Bellovis. in suâ practicâ crimin. lib. 1. c. 3. n. 61. vers. & ideò secùs & seq.

20 Vel, qui casu fortuito in illud inciderunt, ut quia ceciderunt de arbore, vel ex morbo claudi, cæci & manci sunt facti,

Matth. de Afflict. in c. 1. §. injuria punitur. tit. de pace juram. firmand. nu. 8. post med. vers. vel illud sibi obveniet. & seqq.

21 Secùs si propriâ culpâ tales facti sunt, puta, quia sunt fures, latrones, ebriosi, meretrices, & similes,

Jacob de Bellovis. in pract. crimin. lib. 5. d. c. 3. n. 59. ibi, si tale convitium. nu. 60. & n. seq. Matth. de Afflict. d. §. injuria punitur. n. 8. sub fin. vers. secus si culpa. Joh. Harppr. in §. injuria autem. 1. instit. de injur. nu. 98. vers. dummodo talis fuerit. & n. seq.

22 Item pro verbali injuria reputatur, omnis imprecatio, quando scilicet quis alicui mala & diras imprecatur, veluti, precor tibi crucem & furcam, velim te suspensum, videbo te aliquandò in rotam abreptum, &c.

Br. in l. item apud Labeonem. 15. §. ait prætor. ff. de injur. n. 5. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. d. c. 136. nu. 16. ibi, blasphemia verò omnis. & seq. Angel. tract. malefic. verb. verba injuriosa. n. 12. ibi, quid autem. pag. 269. Prosper. Farinac. in suâ pract. crim. part. 3. quæst. 105. nu. 23. Joann. Harppr. in §. injuria. 1. instit. de injur. n. 63. ibi, de illo quoque.

23 Item injuria est, si quis in aliquem verba injuriosa non purè, sed conditionaliter, proferat, puta, si Titius me ebrium fuisse affirmavit, mentitus est, si hoc vel illud dicit, dixit, vel fecit, fur & nequam est, maximè si illa conditio, sub qua verba injuriosa prolata fuerunt, existat,

Schrad. de feud. part. 9. c. 4. n. 107. ibi, tertio hæc Conclusio. Ioann. Harppr. in §. injuria. 1. inst. de injur. nu. 147. ibi, sed nec istud. & n. seq.

24 Vel si quis alicui dixit, quod produxerit falsam chartam,

Riminald. consil. 48. per tot. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria n. 3. vers. vel alicui dixerit.

25 Vel quod fecit falsam monetam, *Socin. jun. consil. 118. nu. 1. & seq. lib. 1. Clar. d. §. injuria. nu. 1. vers. vel quod fecerat.*

Vel aliquem diffamavit de aliquâ re, ex qua eius opinio læderetur, 26

Roman. consil. 97. per tot. Iul. Clar. d. §. injuria. n. 5. vers. vel aliquem diffamaverit. & seq. Bl. consil. 130. incip. omne factum. n. 1. vol. 3.

Vel dispargit, quod quis aliquem ad testamentum faciendum subornaverit, importunis precibus persuaserit, sibi ipsi aliquid in testamento adscripserit, 27

latè Cæsar Manent. consil. 101. incip. firmiter teneo. n. 1. & seqq. per tot.

Vel aliquem accusavit de aliquo crimine, & succubuit, & probare non potuit. 28

per l. item apud. 15. §. si quis libello. ff. de injur. Ægid. Boss. (ubi limitat non procedere, si quis sit deceptus à testibus vel impeditus potentia adversarii, vel alia justa causa) tract. crim. tit. de injur. n. 4. sub fin. vers. ibi dicet, quod accusans. & seqq. Angel. consil. 95. incip. quidam nomine. n. 5. & seq. Iul. Clar. d. §. injuria. nu. 1. sub fin. vers. vel aliquem accusaverit. Matth. de Afflict. in c. 1. §. iniuria. nu. de pace juram. firmand. num. 12. ibi, sed quæro. Schrader. de feud. (ubi ampliat, etiamsi quis protestetur se non animo iniuriandi facere) part. 4. c. 4. num. 111. ibi, octavo hæc Conclusio. & seq.

Vel opposuit alicui crimen, de quo habuit gratiam, 29

pulchrè Gravetta consil. 163. incip. de duobus principaliter. n. 1. ibi, circa primùm dubium. & nu. seq. Harppr. in §. injuria. 1. instit. de injur. n. 57. ibi eiusdem farina. & n. seqq. Iul. Clar. d. §. iniuria. num. 1. sub fine. vers. vel opposuerit. Matth. de Afflict. (ubi limitat) in c. 1. § iniuria tit. de pace juram. firmand. nu. 9. sub fine vers. item tenetur.

Vel quis alicui condemnato de crimine dixit, tædet me condemnatoriæ sententiæ contra te latæ de furto, 30

Petr. à Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 1. nu. 13. vers. itidem si quis dicat. Ripa. in c. cum M. Ferrariens. x. de constit. n. 89. in fin. Ioann. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. iniuria. num. 44. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 106. Iason. in l. turpia. ff. de leg. 1. n. 11. ibi, item adde quod si aliquis.

Item si prædicator concionando mala dixerit de vicino suo, licet illum non nominaverit. 31

Alex. de Neno. consil. 82. per tot. quem sequitur Iul. Clar. d. §. iniuria. num. 1. sub fine vers. vel prædicator. Ioh. Nebelkr. decis. 18. post princ. vers. similiter cum à parocho. & seqq. Adde infrà conclus. seq. n. 8.

Vel si quis alicui dixit bonum verbum, sed ironicè, puta, tu es bona mulier, bonus advocatus, bonus vir, bonus Clericus, & similis, 32

Iacob de Bellovis. in sua practic. crimin. lib. 1. c. 3. nu. 31. ibi, sed si quis. & seq. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. iniuria. nu. 1. vers. vel si dixerit alicui, ubi Ioann. Bajard. in addit. nu. 21. & nu. 44. Petr. à Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 1. num. 12. in fine. & num. seqq. Farinac. in sua practica crimin. part. 3. quæst. 105. num. 123. Iohann. Harpprecht. in §. iniuria. 1. instit. de injur. num. 137. ibi, non minus venusta. & n. seqq.

Prætereà verbalis injuria est, si quis turpibus verbis utitur erga mulierem, 33

l. item apud Labeonem. 15. §. qui turpibus. 21. ff. de iniur.

Vel, qui affectatus mulierem, & frequenter eam sequitur, ut faciunt philocapti, 34

d. l. item

d.l.item apud. 15. §. aliud est appellare 22. ff. de injur. Afflict. in l. 1. §. ... in ... pace juram. firmand. n. 7. ... injuriarum ... seqq.

35 Vel qui ... tacitè ... mulieris honestæ ... , vel ante ... faciit ... ,

Angel. in l. item apud Labeonem §. meminisse. ff. de inj. n. 2. quem sequitur ... Farinac. in sua practic. crim. part. 3. quæst. 105. ... n. 9. ... sexto & seqq.

36 Vel, qui appellat virginem, & blando sermone eius pudicitiam attentat,

d.l. item apud. 15. §. appellare. 20. & §. 22. vers. appellat. ff. de injur. Afflict. d. §. injuria. nu. 7. vers. item qui appellat.

37 Vel, si quis non debitorem, quasi debitorem, appellat,

d.l. item apud Labeonem. 15. §. si quis non. 33. ff. de injur. Afflict. d. §. injuria. n. 7. in med. vers. item si quis non.

38 Vel, si quis interpellat fidejussores debitoris, cum ipse debitor paratus sit solvere,

per textum. l. si creditor 19. ff. de injur. Afflict. d. §. injuria. n. 7. in med. vers. item qui interpellat.

39 Vel aliquem diffamavit de paupertate, qui est dives,

l. 31. §. ult. ff. qui satisd. cog. l. quicunque. §. 1. in fine. C. ad l. Jul. Majest. ... ad §. injuria. 1. instit. de injur. n. 19. Hieronym. Magon. decis. 26. incip. spectabilis. nu. 22. & n. seqq. Iason. in l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cog. n. 5. Ioann. Harppr. in §. injuria. 1. instit. de injur. nu. 64. ibi, sed hic non omnis. & n. seq.

40 Vel, si quis alicui jactando dixit, ego non sum fur, vel mulier dicit, ego non sum meretrix, ex adverso enim innuere præsumitur, quod alter sit fur, vel meretrix,

Luc. de Penna. in l. errat. C. de Castr. pecul. milit. lib. 12. Matth. de Afflict. d. §. injuria. tit. de pace juram. firmand. num. 7. vers. item qui se jactando. Jacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 3. nu. 31. vers. vel ego non sum. & nu. 33. vers. & in istis verbis. Farinac. in sua pract. crim. part. 3. quæst. 105. n. 104. & seqq.

41 Vel, si quis alicui dixit, tu es verus asinus, vel diabolus, vel dixit alicui aliquod impossibile, quod non potest esse, vel dixit mulieri, quod sit striga, venefica,

Afflict. d. §. injuria. n. 8. in med. vers. item tenetur injuriarum.

42 Vel, si quis aliquem ingratum, impudentem, socordem vel negligentem vocavit,

Johann. Harppr. in §. injuria 1. instit. de injur. nu. 142. ibi. incidit hic aliud. & num. seq. Dec. consil. 686. incip. Magnificus Pyrrhus. num. 11. vers. & in isto casu. num. 12. & n. seqq. Schrad. (inter consil. var. JCtorum Germanis) consil. ult. num. 77. vers. quarto hanc sententiam. & vers. seq. tom. 2.

43 Vel, si quis vocat aliquem cucurbitam, einen Hanrehe / vel beccum, & ipse nesciat uxorem suam commisisse adulterium, licet in veritate id commiserit,

Matth. de Afflict. d. c. 1. §. injuria. tit. de pac. juram. firmand. num. 9. vers. item tenetur injuriarum. Roffred. in opere libellor. part. 4. tit. de actione civili injuriar. ex lege Corneliâ. rubr. si aliquis verberatur vel pulsatur. sub fine vers. id est cucurbitam. fol. 93. Jason. in l. turpia. ff. de leg. 1. nu. 9. ibi, item adde. Harppr. in §. injuria autem. 1. Inst. de injur. n. 52. post pr.

Vel, si quis verba injuriosa proferendo solum quidem Titium nominavit, Cajum verò, quem non nominavit, tacitâ mente perstrinxit, dummodo ex indiciis & conjecturis evidenter constet, in contumeliam Caii verba illa injuriosa prolata esse, 44

Joh. Harppr. in §. injuria. 1. instit. de injur. n. 140. ibi, bene in ... Ludolph. Schrader. de feud. part. 9. c. 4. nu. 168. ibi, quarta hæc conclusio. Iason. ... l. ... ff. ... leg. 1. num. 10. vers. & ali quis diceret. Br. in l. item apud. 15. §. cui non sine. ff. de injur. num. 1. vers. puto tamen quod si.

Idem est, si quis injuriosa verba impersonaliter evomat, nec cujusquam mentionem faciat, tamen si ex indiciis sufficientibus appareat, in cujus personæ contumeliam verba illa injuriosa prolata fuerint, is meritò injuriarum tenetur, 45

Joann. Harpprecht. d. §. Injuria. 1. instit. de injur. num. 141. ibi, atque hinc dicitur. Schrader. de feud. part. 9. d. c. 4. nu. 7. vers. 4. hæc conclusio ampliatur. & seqq.

Item injuria verbalis est, si quis per viam exceptionis dicit alicui verba injuriosa, & ob id is meritò injuriarum conveniri potest, si non probavit, 46

August. Bonfrant. in addit. ad Angel. tract. malefic. vel verba injuriosa. num. 4. ibi, & an ille. Gail. lib. 2. observ. 101. nu. 7. post princ. Angel. Aretin. tract. malefic. d. verb. verba injuriosa. n. 16. ibi, quod si turpu.

Ulteriùs verbalis injuria est, si quis alicui mendacium impingit dicendo, tu mentiris, 47

Br. in l. item apud Labeonem. 15. §. ait prætor. ff. de injur. num. 3. vers. ideò puto quod si dicitur tibi, tu mentiris. Iacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 3. nu. 17. Iodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 136. num. 6. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria. num. 1. post med. vers. vel dixerit alicui. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 310. ibi, secunda sit conclusio. Iason. in l. & si pepercerit. ff. de liber. & posthum. nu. 11. vers. item adde quod dicere. in l. ut vim. ff. de I. & I. n. 37. ibi, tamen dicere aliquis. Bologn. ibid. nu. 94. vers. nec admittenda. Socin. in l. un. consil. 122. n. 15. lib. 2. Bertrand. consil. 135. (ubi hoc ita communi omnium consensu receptum testatur) incip. dubia subtiliter. nu. 2. & consil. 252. incip. casus hujus. nu. 5. Philip. Dec. consil. 457. incip. in quæstione nu. 4. Alex. in l. et si pepercerit. 3. ff. de liber. & posthum. nu. 5. ibi, subdit etiam Ioann. Harpprecht. in §. injuria. 1. instit. de injur. n. 71. ibi, planè si quis. & seq.

Quod procedit etiam, si quis alterum mentiri dicat, circa eam rem, quæ illi non prodest & nemini nocet, puta si quis Titium, historiam aliquam recitantem, vel referentem nova, mentiri dicat, 48

Ioann. Harppr. in d. §. injuria. autem instit. de injur. nu. 73. ibi, at quid si quis. & n. seq.

Deindè procedit, etiamsi quis cum protestatione dicit, tu mentiris; nihilominus tamen verbalis injuria est, & quis injuriarum conveniri potest, 49

Br. in l. si quis extraneus. 23. ff. de acquir. hered. n. 1. Ludovic. Roman. ibid. num. 3. ibi, & per istum textum dicunt. Alex. eod. n. 6. ibi. extra glossam. & in d. l. si pepercerit. 3. nu. 5. vers. quod verum est. etiamsi dixerit. Grid. Pap. (ubi ita in curiâ parlamenti determinari se vidisse testatur)

decis.455 [illegible] num.1 per tot. Schneid.ad §.injuria.n.8.inst.[illegible] nu.8.ibi, ita quoque dicere. Angel. tract. malefic. verb. verba injuriosa. nu. 9.ibi, quidam si dixit.& nu.seq. Iul.Clar.lib.5.sent.§.injuria.n. 3.ibi, sed pone. Bertaz.d.consil.152.n.8.vers.etiam si diceret. Philipp Dec.consil.457.n.4.vers. etiam si dicatur. Farinac.d.quæst.105.inspect.7.num 31. Iodoc.Damboud.in suâ pract. crimin.c.136.nu.7.vers.sed quid si dicat. Iason. in l.illud.ult ff.quod quisque jur. n.3.vers.licet subjungam. & in d.l.etsi pepercerit. nu 11.vers. etiamsi dicatur. Ripa in c.cum M. Ferrariens. 9.x. de constit. nu.88. ibi, infertur tertio, quod non excusatur. Alciat.in l.detestatio. 40. ff de V.S.num 22.ibi, sicut & cum quis alteri, Gail lib.2. observ. 101. num.1 post princ. Iacob Menoch. consil. 41. incip.non levi studio. num.9.ibi, hæc jure adeo damnatur. & num.32.ibi. non obstat quintum. lib.1.Didac.Covarr. lib.1.variar.resolut.c.11.num.1.vers.adeo quidem ut nec. & seqq.Felin.in c.quæ in Ecclesiarum. 7. x.de constit. col. 29.num.86.vers. si dicitur de eo, qui dicit. Modest.Pistor. consil.67. incip. wolgeborner vnd edler Graf.num.4. ibi, quod is qui dicit. lib.1. Schrad. de feud.part.9.c.4. nu.109.

50 Indistinctè, sive protestatio procedat, puta, salvo honore tuo, tu mentiris,

Angel.tract.malefic.verb.verba injuriosa.nu 9.Gail. lib.2.observ.101. (ubi rationes affert) nu.1.vers.& procedit ista.& seq.Bertaz. consil.152. incip.casus hujus.n.8. vers. nec interest an talis. Prosper.Farinac.in suâ pract. crimin. d.quæst.105.inspect.7 nu.313.& seq.Iason.in d.l. ult.illud.ff.quod quis. jur.in alium stat. num.3.vers.nam ex ista. junct. vers. sed non puto quod ista limitatio sit vera. Iacob. Menoch. d. consil. 41. incip. non levi studio. num.ult. lib.1. Francisc. Ripa.in d.c.cum M.Ferrariensis. 9.x.de constitut.nu.89. vers. quod dicit verum esse. Fabian. à Monteleon. in sua pract. arbitr. part.4.quæst.9. nu.62.fol.369.Ioann. Harppr.in § injuria autem.1.instit. de injur.n.77.ibi, elegans hic.& seqq.

Quamvis contrarium velit

Br.in l. illud. ult. ff. quod quisq. juris in alium stat ut ipse eod.jure utat.nu.3.Angel eod.n.4.Bertach.in suo repertor.verb.injuria.

51 Sive subsequatur, puta, tu mentiris salvo honore tuo.

Gail.lib.2.observ.101.nu.1. & seq. Bertazol.d.consil. 152.n.8.vers. nec interest Philipp. Dec. consil.686.incip. Magnificus Pyrrhus.n.11. Guid.Papa.decis.465.n.1.vers. quod est contra illos. Farinac. d.quæst.105. nu.313.Iodoc. Damhoud.in suâ pract. crimin.c.136. n.7.vers.sed quid si dicat.Ioann.Harpp.d.§. injuria autem instit. de injur.nu. 77.post pr.& n.seq.Iul.Clar.lib.5 sent.§. injuria. nu.13. ibi, sed pone quod in eodem.

52 Nisi ex præsumptionibus & circumstantiis appareat, quem animum injuriandi non habuisse; tunc enim eiusmodi protestatio multùm operatur, & facit, ut actio injuriarum locum habere non possit,

Oldrad. consil.53 nu.3.post princ. Socin.Sen.(ubi hanc doctrinam Oldrad. communiter esse approbatam dicit) consil.118.nu 5.sub fine.lib.1.Iul.Clar.lib.5.sentent.§.injuria. nu.13. vers. quæ tamen conclusio. Farinac.d.quæst. 105.n.314.

Vel, nisi verum sit, quod quis mentiatur; tunc enim ex eo solo, quod ei dicitur, tu mentiris, actio injuriarum non competit,

Philipp. Dec. consil.686. incip. Magnificus Pyrrhus. n.11.vers. & ista consilii de plano. & seq

Vel, nisi quis maledictis aut conviciis alterius provocatus fuerit, puta, si ei fuerit objectum, quod sit calumniator, prævaricator, adulter & similiter; tunc is injuriam oppositam retorquere, & absque metu actionis injuriarum dicere potest: tu mentiris, 53

Gl.in l.quisquis.3. C.de postul. verb.ante omnia.vers. ut si quis objiciat.Iacob.de Belluvis. in suâ practica crimin. lib.1.c.3.num.17.vers.ut si quis alicui objiciat.Angel.tract. malef.verb.injuriosa.n.9.vers. quod tamen debet intelligi.pag.mihi.2[illegible]. Specul.lib.1. part.4. tit.de advocato.§. jam nunc videndum. 4. num.3.vers si verò alter ei falsitatem.Br. in l quæ omnia. 25. §. sed & si adversarius.ff. de procur. num. 1. ibi, nota quod ei qui dixit. Jason. in l. ut vim.3. ff.de I.& I. num. 36. ibi. quæro quid de injuria verbali. Luc. de Penna.in l. errat. C.de Castr. pecul.milit. num. 3. ibi, hæc faciunt ad quæstionem. Bl. consil.45.incip.statuto Papiæ cavetur.in princip. vers.modò dixit datiarius.num.1.num.2.vers.in contrarium videtur. & per tot.vol.1.Alex.in l.illud, ult.ff quod quisque jur.num.3. vers. ultimo facit iste textus. Felin.in c. dilecti.8.x.de except.num.10.vers. tribus tamen modis declaratur. Dec. consil. 457.incip. in quæstione proposita. num.5.ibi, ubi Bartolus dicit. & consil. 687. incip magnificus Pyrrhus. num.14.ibi, nam diffamatus potest dicere.Natta consil.[illegible] incip.viso processu inquisitionis formatæ. num.5.ibi. nam si aliquis mihi dicit. Menoch. d. consil.41. incip. nam levi studio. nu.9.vers secunda est species mentita.& num.10. lib.1. Mynsing. cent 5.obser.17.num.3. vers.sed licite dicimus.& seq. VVurmbs.lib.1.obser.tit.47.obser.4.nu.1.& seq.& obser.15.n.6.ibi, dicit tamen. & seq.Gail.lib.2.observ.100.nu.3. post princ. & obser.101.incip.honoris præstatione.nu.1.vers. fallit ista conclusio singulariter. Lancelot.Conrad.de offic. prætor. in caus. criminalib. tit. de injuriantib.num.4. vers. quando quis alium mentiri.Damboud.in sua pract.crimin. c.136. nu.6. vers.nisi ipse prior graviter.& nu.7.Schneid.ad §.injuria. 1.instit. de injur. n.8.vers.sed cum quis.& n.12.vers.aut dixi tibi injuriam potius.Andr.Fachin.lib.9.(ubi octo rationes affert) controvers.c.12.incip.non licere verbis per tot. Fulv.Pacian. de probat.lib.1.c.50. incip.ista practicabilis, & fructuosa. nu. 51. vers. ex quo infertur non esse puniendum.& seq. Daniel Moller.in comm. ad constit. Saxon. part.4.constit. 42.nu. 37. ibi, cæterum si quis verbis injuriosis. & seq. Andr. Tiraq.de pœn.temper. & remitt. caus.1. n.11. vers. per quem speculator. & seq. Alciat. consil. 363. num. 4. Schrad.consil.40.(inter consil.Laurent. Kirchofii) incip. ad prima quæst.n.8.& seq.n.19.& seq.tom.1.& tract.de feud.part.9.c.4.114. n.115.ibi, namque generaliter,(ubi exempla affert.) & nu.seq. Prosper.Farinac.in suâ pract. crim part.3.q.105. inspect.7.n.315 ibi, quarta sit conclusio.Bertaz.consil.152.incip.casus hujus.n.5 vers.tertiò non modò.& n.6.lib.1.Capell. Tholos.decis.[illegible].nu.2.post pr. Fabian.à Monteleon. in pract. arbitr. part.4.q.19. n.64. fol.mihi.369. Paul. de Castr. in l.quæ omnia. 25 in pr.ff. de procur. nu.3. vers. & sic nota, quod si dixit. Ioann. Bajard.ad Iul.Clar.lib.5 sent.§.injuria. n.63. & n.seq.Panorm.in c. cum te x.de sentent. & re judicata.nu.25.vers. exemplum. si diceres. Alex.in addit.ad Br. in l.item apud Labeonē.15 §.ait prætor.ff. de injur.n.3.lit. E.in verb.tu mentiris. sub fin. Soc. Iun. cons.122.n.12.lib.2.Ægid. Bossius suâ pract.crim.tit.de homicid.n.86.vers.tamen ob sola verba injuriosa fol.241.& tit.de injur.nu.7. vers. quoad secun-

firmandum dato. fol. vers. Francisc. Marp. in sub rubrica injuria autem. 1. instit. de injur. nu. 10. ibi, quae latius tamen nu. 10. & n. seq. & §. her ... cod. ...

54 Non attento quod contrarium velit

Villalob. in commun. opinionibus lit. A n. 27. Jul. Clar. (ubi ita. 9. Januar. Anno. 15... judicatum fuisse refert) lib. 5. sent. §. injuria. num. 14. ibi, quaero etiam nunquid si aliquis. Capic. (ubi ita per consilium. Neapolitanum decisum fuisse testatur) decis. 18. incip. in causa Nicolai. n. 1. & per tot.

Quorum tamen assertionem benè refutat vel potiùs declarat

Farinac. d. quaest. 105. nu. 318. ibi, verum pro defensione. & n. seq.

55 Quod tamen restringitur, si contumeliam passus in continenti injuriam retorqueat, & injuriantem mendacii arguat, dicendo tu mentiris, aliàs, si id ex aliquo temporis intervallo faciat, ab actione injuriarum non excusatur,

Ludov. Roman. in l. cum mulier. 45. ff. solut. matrim. nu. 64. vers. secundò si appareret. & nu. 67. ibi, tertio ubi te primò. Gail. lib. 2. obser. 101. n. 5. vers. intellige tamen hanc fallaciam. & seq. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. nu. 46 ibi, si verò apparuerit. nu. 47. & seqq. n. 50. vers. quae sententia mihi satis. Aegid. Boss. in pract. crimin. tit. de homicid. n. 87. ibi, & quid si affectus. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quaest. 105. n. 333. Bertaz. consil. 152. incip. casus hujus. n. 21. lib. 1.

56 Deinde procedit, dummodò quis injuriantem mendacii arguat sui defendendi causa, & non ex fervore vindicandi,

Ludovic. Roman. d. l. cum mulier. 45. ff. solut. matrim. nu. 100. ibi, item in quantum supra dixi. Fulv. Pacian. de probat. d. c. 59. nu. 51. ibi, intelliges tamen ita demùm. lib. 1. Gail. lib. 2. obser. 100. num. 9. ibi, limita tamen hanc. & seq. Modest. Pistor. consil. 3. nu. 34. vers. nisi injuriatus dixerit injurianti. lib. 2.

57 Et quamvis

Specul. lib. 1. part. 4. tit. de advocato. §. jam nunc videndum. 4. n. 4. ibi, praemissa tamen.

putet, praemittendam esse protestationem, quod scilicet injuriantem arguens mendacii id non animo injuriandi, sed sui juris conservandi causâ faciat,

58 Eam tamen supervacaneam esse, testatur

Felin. in c. dilecti. 8. x. de except. num. 10. col. 6. vers. 3. restringo dummodò dicens; quem sequitur Iacob Schult. (ubi pulchras rationes affert) in addit. ad Modestin. Pistor. quaest. 127. num. 29. ibi, quanquam autem. nu. 30. & seq. part. 3.

59 Praeterea procedit, si modò illud convitium, quod quis alicui objecit, sit falsum: si verò sit verum & probari possit, tunc retorquens & alium mendacii arguens dicendo, tu mentiris, non excusatur, sed benè injuriarum tenetur,

Felin. in c. dilecti. 8. x. de except. nu. 10. col. 6. vers. restringo tripliciter, primò dummodo. Andr. Fachin. lib. 9. controvers. c. 12. incip. non licet verbu. col. 2. lit. D. vers. sed hoc genus injuriae. & col. ult. lit. A. vers. quia supponimus verum esse. Jacob Schult. ad Modest. Pist. quaest. 127. n. 40. & n. seq. part. 3. Matth. Coler. tract. de process. execut. part. 1. c. 8. n. 86. sub fin. vers. unde est quod si quis. & n. 87. Praeter Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quaest. 105. n. 321. ibi, quinta conclusio est. & n. seq. Aegid. Boss. in pract. crim. de homicid. n. 86. vers. tamen ob sola verba.

Quamvis contrarium velit *Claud. Bertaz. in addit. ad Petrum Bertaz. consil. 3. 8. incip. ab ... fuit. sub lit. A. post med. vers. secundo amplia. lib. 2.*

In dubio tamen, cum quilibet praesumatur bonus, convitium alicui illatum praesumitur falsum, & ideò arguens injuriantem mendacii injuriarum non tenetur, nisi injurians convitium probare velit, secundum 60

Bologn. In l. ut vim. 3. ff. de J. & J. n. 94. sub fine. vers. sed tamen; quem sequitur Farinac. d. quaest. 105. n. 324. & seq.

Ulteriùs procedit solùm in excipiendo non autem in replicando; & ideò is, qui primò crimen objecit, si ei ab injuriato, quod mentiatur, respondetur, denuo replicare non potest imò tu mentiris, alias enim duplici poenâ afficitur, & pro prima injuria, & pro replicatâ mentita, 61

Jason. d. l. ut vim. 3. de I. & I. nu. 37. vers. sed quicquid dicat. Paul. de Castr. in l. illud. ult. ff. quod quisq. jur. n. 4. vers. nunquid ergo poterit. Alex. eod. num 3. vers. tamen si tu replicas. Felin. in c. dilecti. 8. x. de except. col. 6. nu. 10. vel secundò restringe ex dicto. Jacob Schult. ad Modestin. Pistor. quaest. d. quaest. 127. num. 43. Farinac. in sua pract. crim. part 3. quaest. 105 n 325.

Nisi crimen objectum verum sit, tunc primo objicienti meritò licet adversus eum, a quo excipiendo mendacii arguitur, replicare, imò tu mentiris, 62

Dec. in l. ut vim. 3. ff. de I. & I. n. 36. vers. secus si ille verum dixisset. Bologn. eod. nu. 44. vers. ex quo infertur. Iacob Schult. d. quaest. Modest. Pistor. 126. nu. 4. Farinac. d. quaest. 105. n. 326.

Econtra verò pro injuriis verbalibus non habentur, si quis aliquem fratrem stabularium, Stallbruder/ vocat, 63

Hieronym. Schurf. consil. 73. nu. 2. cent. 1. Ludovic. Gilhaus. in sua arbor. judic. crimin. c. 2. tit. 34 §. 4. incip. andivimus. n. 32.

Vel, si quis alicui dicit, tu non dicis verum, 64

Bolog. in l. ut vim. 3. ff. de I. & I. n. 94. vers. nec admittenda est. & vers. sed tamen quia. Hieron. Giaccard. in addit. ad Iul. Clar. lib 5. sent. §. injuria. verb. tu mentiris. lit. L. in pr. Farinac. d. quaest. 105. inspect. 7. 327. ibi, sexta sit conclusio.

Vel tu dicis falsum, 65

Alex. in addit. ad Br. in l. item apud Labeonem. 15. §. ait praetor. ff. de injur. nu. 3. lit. E. Hieron. Giaccard. in addit. ad Iul. Clar. d. §. injuria. lit. L. in princ. Ioann. Harppr. in §. injuria. 1. instit. de injur. num. 69. Farinac. d. quaest. 105. inspect. 7. num 328. Iohann. Schneid. in § injuria. instit. de injur. numer. 10. Bertaz. consil. 88. incip. Magnificus dominus. nu. 4. & consil. 152. incip. casus hujus. nu. 11. lib. 11. Iason. in l. & si pepererit. ff. de liber. & posthum. n. ult. in fine vers. alibi tamen dixit. Adde late Andr. Tiraq. de legib. connubial. verb. & n' est plus en pouvoir. gl. 3. n. 5. & seq.

Nisi quis dicat, tu dicis mendacium; tunc enim injuriarum conveniri potest, 66

Bertaz. dict. consil. 152. nu. 12. vers. si tamen quis diceret. & n. seq. lib. 1.

Item pro injuria non reputatur, si astrologus vel sortilegus consultus ex sua arte, vel Daemonis indicio, respondet alliquem esse furem, 67

l. item apud Labeonem. 15. §. si quis astrologus. ff. de injur. ubi gl. (ubi rationem reddit) in verb. non potest Angel.

ge in l. si non convitium (si tempore ...n.3. ...d. ...ad ... de ... verba injuria.n.2 ... & ideo posset exemplum. Farin.in pract. crimin. part.3.d. quæst.105.n.136.& seq. Hieron. Magon.decis.26 n.2. & seq late Johann. Harppr. in §.non solum. 11. instit.de injur.n. 1 ibi, superioribus annectenda. & n.seq.

68 Quamvis illum propter malam & illicitam, quam exercet, artem, graviùs puniri posse, non dubitatur,

Jodoc.Damhoud in suá pract. crimin.c.136. n.25.ibi, astrologus, aut sortilegus. Farinac. d quæst.105.n.137.

69 Vel, si medicus de constitutione & valetudine alicujus consultus, ex errore, dixit, illum esse leprâ vel morbo gallico infectum,

latè Johann. Harppr. in §. non solum.11.instit.de injur.n.54. ibi, ex quibus.& n.seq.

70 Vel, si quis non sponté, sed à judice in judicium vocatus, & ab eodem interrogatus, respondit, se audivisse à Titio, quod Cajus adulterium commisit, cum filia concubuit, furtum fecit, vel simile delictum perpetravit,

latè Aym.Grav. consil. 13. incip. Michaël Davidis.n.1. & seqq.tom.1. Joh.Harppr. in §.injuria. autem.1. instit. de injur.n.117. ibi, controversa etiam.& n.seq.

71 Item, si quis generaliter quædam dixit, veluti, non totus religiosus es; præstat te esse meliorem; Is es, quem populus te judicat; tu es, qualis es; tu à tuo ingenio non discedis, nec degeneras, & similia,

Iodoc. Damhoud.in suá pract. crimin. d.c.126.nu.12. ibi, porrò generalia.& seq. Ioann.Harppr.in §.injuria.1. Inst.de injur.n.145.ibi, illud autem.& n.seq.

Quamvis contrarium velit

Ludolph.Schrad.de feud.part.9.c.4. num.106.vers.2. hæc conclusio.& seqq.

72 Vel dixit alicui, quod sit nobilior & probior illo;

Ioann. Baptist. de Plet. consil.131. n.2.inter consil.crimin.vol.2.Ioann.Bajard.in addit.ad Iul. Clar.lib.5.sent. §.injuria. n.28. Harppr. in § injuria autem.1.inst.de injur.n.135.ibi, est & illud.& n.seqq.

73 Vel generaliter dixit, tu es malus homo,

Br. in l. turpia. ff. de leg.1.num.3. vers.respondeo non sufficeret.& seq. Iason. eod. num.7. Vincent.Carocc.tract. de excuss.bonor. part.2.quæst.69.in 1.quæst.incip.Anton. Cuchus.n.24.

74 Quod verum est, si quis se contineat in generalitate verborum: secus est, si descendat ad aliquam speciem, vel generalitas illa ex sua natura hominis opinionem gravare, & maculare possit, puta tu es fur, latro, & similia,

Iason.in l.etsi pepererit. ff. de liber.& posthum.nu 5. ibi.tertiò nota. Iacob de Bellovis. in suá pract. crim.lib.1. c.8.n.2.vers.contrarium dico.& seq.

75 Verbalis etiam injuria non est, si quis alicui opponit, quod tanquam falsus & non legitimus procurator fecerit actum, & teneatur de suo,

Dominic.Cardinal. Tusch.tom.4. practic.conclus.lit.I. verb.injuria.conclus.161. incip.injuriarum actione.nu.8. & seq.

76 Vel si quis aliquem tuissavit, & in numero singulari appellavit; tùm, quod ejusmodi appellatio in numero singulari apud omnes nationes, præterquā apud Germanos, sit usitata, & recepta.

Quod autem apud plerasq; gentes usitatum est, pro injuria haberi nequit.

Tum, quia etiam apud Germanos receptum est, ut ... dum ... in ... & ... ætate fuissemus, & in numero singulari vocemus; Quod autem ... & ... tum est, ex post facto ... non potest, per vulgaria.

Tum, quia, quod DEO T. O. M. ... & ... infertur, illud pro blasphemia & injuria reputari non potest.

Sed DEUM omnipotentem in omnibus linguis, etiam in nostra Germanica in numero singulari invocamus, adoramus, & veneramur.

Tum, quia ejusmodi tuissatio potius ex immoderato affectu, & calore iracundiæ procedit, quam ex proposito & animo injuriandi; Quæ autem non ex proposito, sed calore iracundiæ proveniunt, pro injuriis haberi non possunt,

arg.l.quicquid.48.ff.de R.I.

Sed quid dicendum, si creditor suum debitorem, propter moram solutionis per literas vel aliter diffamet, tanquam perfidum & perjurum, qui datam fidem & promissam non servaverit, an & hoc pro injuria verbali habeatur, & actio injuriarum competat? 77

Si quis extrajudicialiter suum debitorem propter moram solutionis in locis publicis ... de perfidia, & perjurio, per scripturas, picturas & libellos passim propositos, diffamaverit, audacter concludimus, quod sit injuria verbalis, & creditor injuriarum conveniri possit, etiamsi expressè debitor se ad hoc obligavit, ut creditori liceat eum, in casu non soluti debiti, traducere per diffamatorias in loco publico intimationes, vel aliter, ut eleganter ostendit 78

Matth. Col.de process.execut.part 1.c.8.n.67.ibi cæterùm quis ut plurimum.68. & seq. n.70. vers.quibus tamen non obstantibus, num.71. & seq.num.77. vers.cum itaq; conventio.num.78.& seq. Ioann.Harppr.in §.pœnatur.2.instit.de injur.num.7.ibi, porrò ex eo.& usq. ... lib.2.de P.P.c.2. nu.6. vers.non sistentes se famosi pictoris.& seqq.

Secùs si in judicio, in libello supplicatorio judici porrecto, dicit & scribit, quod debitor contra datam, & sigillo atque idiochiro confirmatam, fidem fecerit, & sit perfidus, tunc enim hoc pro nulla injuria reputatur, nec actio injuriarum sibi locum vindicat, 79

Matth. Coler. de process. execut. part.1.d.c.8.num.85. vers. neq; tamen hoc eam rationem habet,n.86.& seqq.

per ea quæ tradit

Roman. in l.ult.ff. quod quisq; juris. consil 96. n 1 & seqq. Didac. Covarr.lib.1. var.resolut.c.11. n.6.vers. tertio ad præmissa optimè.& seq.

Usq; adeò, ut debitor, judicialiter conventus, & increpatus, quod falleret fidem, non servando promissa roborata suo sigillo, hoc contra creditorem retorquere, & dicere non possit, creditorem ea fingere, tanquam virum mendacem; aliàs enim debitor à creditore injuriarum conveniri potest, veluti ita in Scabinatu Jenensi Mense Septembr. Anno 158 pronunciatum fuisse, testatur 80

Matth. Coler.de process. execut.part.1.c.8.n.87.vers quod fuit,ad quæst.n.88.& seq.

Atq; hæc de verbalibus injuriis; plura de his injuriis, & quæ pro talibus habeantur, vide apud

Johann

Johann. Harppr. in §. injuria, [illegible] de injur. n. [illegible]

81 Reales [illegible] injuriæ [illegible] sunt, quædam enim ex l. Cornelia, quædam verò ex jure prætorio descendunt.

82 Ex l. Cornelia reales injuriæ obtinent tantùm in tribus illis casibus. Si quis pulsatus, verberatus, vel in ejus domum per vim introitum fuerit,

text. in §. sed & lex Cornelia. 5. qui in domum. 23. ff. eod. Joann. Schneid. ad d. §. sed & lex Cornelia. 7. num. 1.

83 Poterit tamen quis in istis tribus casibus etiam prætoriam injuriarum actionem intentare, sed non econtra,

Gl. in l. lex. Cornelia. 5. ff. de injur. in princip. vers. sed nunquid his casibus. Schneid. d. §. sed ex l. Cornelia. 8. instit. eod. n. 1. ibi, poterit tamen.

84 Debet tamen injuriatus summè deliberare, an ex l. Cornelia, an verò ex jure prætorio injuriarum agere velit, siquidem hæ actiones inter se valdè differunt.

Nam actio ex l. Cornelia est civilis: Actio verò ex jure prætorio est honoraria & prætoria,

§. pœna autem 7. vers. quam 4. prætores, & seq. instit. de injur. l. lex Cornelia. 5. ff. eod.

Deindè actio injuriarum ex l. Cornelia competens est strictior, & datur tantùm pro supra dictis tribus casib.

d. l. lex Cornelia 5. d. §. sed & lex Cornelia 8.

Actio verò ex jure prætorio est generalior, & datur pro omni injuria, tàm verbali, quàm reali,

d. §. pœna injuriarum. 7. Paul. lib. 5. sentent. tit. 4. §. 8. Schneid. d. §. sed & lex Cornelia 8. numer. 1 vers. primò civilis. Joann. Harppr. in §. pœna 7. inst. de injur. n. 8.

Prætereà, actio ex jure prætorio competit etiam pro tribus illis casibus, si quis pulsatus, verberatus vel ejus domus vi introita fuerit: Actio verò civilis ex l. Cornelia pro aliis injuriis realibus non datur, ut modò dictum. Ulteriùs, actio prætoria datur patri pro injuria filio illata; Civilis verò ex l. Cornelia soli filio & non patri datur,

text. expr. in d. l. lex Cornelia. 5. §. illud quæritur. 6. ff. de injur. Roffred. in tract. libellor. rubr. de civili injuriar. action. col. 3. vers. item secundùm quosdam part. 4. fol. 93. Harppr. d. §. pœna. 2. num. 10.

Porrò actio prætoria est annalis,

princ. instit. de perpet. & tempor. action.

Civilis ex l. Cornelia non item, *ut infra latiùs dicetur,*

Harppr. d. §. pœna. 2. institut. de injur. num. 7. post princip.

Deniq; actio prætoria est privati judicii,

l. injuriarum. 7. l. ult. C. de injur.

Civilis verò ex l. Cornelia est publici judicii,

l. hos accusare. 12. sub fin. ff. de accusat. Harppr. d. §. pœna. 7. n. 11. & n. seq.

85 Hæ tamen actiones etiam in nonnullis conveniunt, de quibus vide

Schneid. ad d. §. sed & lex Cornelia. 8. instit. de injur. n. 4. VVesemb. in comm. ff. eod. n. 15.

86 Reales a. injuriæ ex jure prætorio sunt, quando quis crines, vel barbam alterius expilaverit,

c. un. §. si quis aliquem. vers. vel crines ejus. tit. de pace tenend. & ejus violat. Schneid. d. §. sed & lex Cornelia. [illegible] num. 3. numer. 8. Ioan. Harppr. in § injuria. 1. instit. de injur. [illegible]

Vel [illegible] alicui intulerit, alapam impegerit, 87

l. [illegible] ff. de injur. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria, n. 1. post princip. VVesenb. in comm. ff. de injur. nu. 7. Gramm. decis. 14.

Vel aliquem percusserit cubito. Tiraq. consil. 165. 88

incip. pacem inter se. numer. 1. & seqq. Jul. Clar. libr. 5. sent. §. injuria. d. numer. 1. post princip. vers. vel cubito.

Vel cum manu sub mento, Guid. Papa consil. 224. 89

num. 1. & seq. per tot. Iul. Clar. d. §. injuria, numer. 1. vers. vel cum manu.

Vel baculo, *Gramm. decis. 16. incip. in causa. [illegible] 1. & seq. per tot. Iul. Clar. d. §. injuria, numer. 1. vers. vel baculo. Stephan. Bertrand. consil. 161. & in fol. 142. lib. 6. & consil. 154. lib. 7.* 90

Vel vulneret, *Jul. Clar. d. §. injuria, num. 1. vers. vel vulneraverit. Nicol. Boer. decis. 3[illegible] incip. & hac materia, n. 1. & seqq.* 91

Vel adversus quem manus levaverit, & sæpè territus sit, quasi verberaturus, non tamen percusserit, 92

l. item apud §. si quis pulsatus. 1. ff. de injur. ubi Br. n. 1. ibi, nota hic. Schneid. ad d. §. sed & lex Cornelia. 8. instit. eod. nu. 8. vers. verum etiam si quis. VVesenb. in comm. ff. eod. numer. 7. vers. sed adducta manu. Angel. Aretin. tract. malefic. verb. admenavit. n. 1. ibi, nam iste actus, & seq. Matth. de Afflict. in c. 1. §. injuria punitur. tit. de pace juram. firm. n. 7. post princ. vers. item qui levat. Harppr. in §. injuria. 1. instit. de injur. nu. 5. vers. tum etiam si quis. Iason. in l. 1. §. hæc autem verba. ult. ff. quod quisq. jur. in alium statuer. n. 15. vers. nam istum textum limita. Iodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 137. n. 2. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 7. & n. seq. Coler. decis. 163.

Vel si quis alterius literas resignet, signet, vel celet. *VVesenb. in comm. ff. de injur. n. 7. post princip. vers. literas resignet.* 93

Vel alterius pileum, caputium, vel tunicam convellit, 94

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 137. num. 1. Iacob. de Bellovis. in sua pract. crimin lib. 1. c. 3. n. 54. Johan. Harppr. in §. injuria 1. instit. de injur. n. 17. ibi, prætereare & seq.

Vel aliquem ceciderit, jactaverit, & læserit, 95

Jodoc. Damhoud. d. c. 137 n. 3. ibi, si verò ceciderit, & seq. VVesenb. in comm. ff. de injur. n. 7. post princ.

Vel aliquem sine justa causa in jus vocaverit, 96

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. d. c. 137. num. 6. ibi, quinquies item. & seq. Iacob. de Bellovis. tractat. eod. lib. 1. c. 3. num. 10 Matth. de Afflict. in c. 1. §. injuria punitur, tit. de pace juram. firm. num. 7. ante med. vers. item qui vexandi.

Vel injustè novum opus nunciat, 97

per text. in l. injuriarum. 13. §. si quis me probibet. ff. de injur. l. qui prudentem. ff. de action. empt. Gail. lib. 1 obser. 16. incip. & si nunciatio. num. 8. Iason. in l. prætor. ait. §. hoc inter dictum, nu. 7. ibi, quod quando nunciatio. ff. de nov. oper. nunc. Harppr in §. injuria 1. institut. de injur. n. 23.

Vel in vicini domum, aut fundum, stercora, fimum, vel alias sordes mittit, 98

Jodoc. Damhoud. d. c. 137. nu. 5. vers. prætereà qui, & nu. 9. Matth. de Afflict. in d. c. 1. §. injuria punitur. num.

num. 7. post med. vers. item tenetur injuriarum. Harppr. in §. injuria 1. instit. de injur. n. 5. vers. vel si quis, pro. & num. 17. post princip.

99 Vel si quis ad meam dignitatem minuendam me non permisit obtinere officium, mihiq; suum votum malò animò denegavit,

per text. in l. injuriarum. 15. §. si quis de honoribus. 4. ff. de injur. ubi gl. verb. quod faciat. Bonifac. de Vitalin. tract. malefic. tit. de injuriis, numer. 34. Hartman. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49. obser. 4. incip. quodcunq;. n. 6. & seq.

100 Vel alterius agrum venandi causâ intraverit, quod ex generali quadam consuetudine receeptum est, teste

Jul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria. num. 2. ibi. quæro nunquid.

Quamvis de scripto jure aliud dicendum sit, *per text. in l. injuriarum. 13. §. ult. ff. de injur. Matth. de Afflict. in c. 1. §. injuria punitur. tit. de pace juram. firm. n. 7. vers. item tenetur injuriarum.*

101 Vel vestem, quam ei portare non licet, in alterius ignominiam gerit,

l. item apud 15. §. generaliter. 27. l. vestem. 39. ff. de injur. Schneid. ad §. injuria. 1. inst. eod. n. 25. & seq.

102 Vel tempore Bacchanaliorum utitur Cappâ Eremitarum, Monachorum, vel alterius habitu & vestitu,

Novell. 123. c. omnibus. 44. Schneid. d. §. injuria. 1. n. ult. Gl. inc. cum decorem. 12. x. de vita & honest. cleric. verb. larvarum.

103 Vel accusator judicium criminale super crimine, non perspicuo vel manuali, handhaffte that/ cum clamore, mit geruffte oder zetergeschrey/ institui, & agi curavit,

Daniel Moller. lib. 4. semestr. c. 33. n. 13. sub fin. vers. quod si verò crimen, & n. 14.

104 Si tamen ejusmodi clamor criminalis pro more usitato tribus vicibus fuerit peractus, & postea appareat, accusationem cum clamore non debuisse institui, tunc accusator non pro tribus, sed pro una injuria, tantum conveniri potest, veluti ita in Scabinatu Lipsiensi responsum se scire testatur

Daniel Moller. lib. 4. semestr. d. c. 33. n. 15. vers. quæri potest an si. & n. seq. usq; ad fin.

105 Vel si quis honoris ordinem turbare, & illos, qui altiorem locum tenent, præcedere velit, secundum

Bl. in l. observare. 4. §. antequam. ult. ff. de offic. proconsul. n. 3. vers. & qui vult ordinem turbare. & seq. Ioan. Bajard. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria. n. 6. & seqq. Andr. Gail. lib. 1. obser. 21. incip. licet causa. n. 22. vers. quandoq; etiam actio injuriarum.

A quo tamen dissentit

Francisc. Zonnet. (per text. in l. injuriarum. 15. §. si quis de honoribus. in princ. ff. de injur.) tract. de empt. vendit. sub pacto reconvendit, num. 157. ibi, inde propter Baldum dicebat. & seq.

106 Vel alicujus scamnum seu scabellum in Ecclesiâ vel alibi de loco digniori tollit, & in locum inferiorem ponit,

Latè Paris. consil. 149. incip. in præsenti causa. num. 1. & seqq. per tot. vol. 4.

107 Vel alicui medium unguem vel digitum ostendit, vel ficas facit, quod nos vulgò, einen Münch stechen, vocamus, *late Anton. Tessaur. decis. [illegible] incip. inquirebatur quidam, n. 1. & seqq. per tot.*

Item realis injuria est, si magistratus aliquem 108 injuste, sine indiciis, vel præter modum, torqueri facit,

l. item apud Labeonem. 15. §. 34. sub fin. & §. 41. ff. de injur. Bl. in l. rubr. C. de pœn. judic. qui male judic. n. 7. ibi, quæro qualiter. Andr. Rauchb. quæst. 4 [illegible] datur quoq;, num. 1. & seqq. part. 1. Hippol. de Marsil. in l. 1. §. præterea. ff. ad l. Cornel. de sicar. num. 7. & in pract. crimin. §. expedita. num. 87. ibi, quæro consequenter. Matth. Coler. decis. 16 [illegible] incip. clarum est, n. 9. ibi, Item. judex part. 1. Chil. König in suo processu. c. 2. num. 37. vers. So aber ein Richter. Aym. Gravett. consil. 806. vitiose & per injuriam. num. 20. ibi, apparet ex his. part. 5. Harppr. in §. injuria. 1. instit. de injur. n. 4. & seq.

Concordat constitutio criminalis Caroli V. in der peinlichen Halsgerichtsordnung. *art. 20. vers.* Wo auch eine Obrigkeit.

Imò judex, si malo dolo quem torturæ subjecit, vel modum excessit, non solùm injuriarum tenetur, sed etiam capite plecti potest, 109

Bl. in l. decuriones. 16. C. de quæstion. num. 2. ibi, & nota casum. Hippol. de Marsil. in l. 1. ff. eod. n. 32. & in pract. crim. d. §. expedita. num. 87. vers. Baldus autem in Harppr. d. §. injuria. 1. inst. de injur. n. 4. vers. quinimò non desunt, & seq. Gravett. d. consil. 806. n. 10. vers. sed & capite. Chil. König in suo process. d. c. 2. num. [illegible] princ. Angel. Aretin. tractat. malefic. verb. quod fama publica. n. 95. vers. & idem tenet pag. 195. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 64. incip. cæterum ubi, nu. 2. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. casu. 34 [illegible] n. 3. Rotschitz in suo process. part. 2. art. 11. sect. 12. incip. zu dem letzten/ *n. 5. ibi,* also auch zu antworten.

Vel si quis retinet eqvum fræno, quamvis equitantem non percutiat, 110

Vulpel. tract. de pace. quæst. 92. quem sequitur Ioan. Bajard. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria. n. 2.

Vel injuriam infert cadaveri defuncti, vel famam alicujus defuncti lacerat per vias, 111

l. 1. §. & si fortè. & §. quoties. ff. de injur. Matth. de Afflict. in c. 1. §. injuria punitur. tit. de pace juram. firmand. n. 7. post princ. vers. item qui facit.

Vel ad infamiam alicujus veste lugubri, aut squalida utitur, aut barbam dimittit, aut capillos assumit, aut linguam exerit, oculos distorquet, vel faciem deformat, 112

l. item apud Labeonem. 15. §. generaliter. 27. vers. hæc autem fere sunt. ff. de injur. Matth. de Afflict. d. c. 1. §. injuria. punitur. num. 7. post princ. vers. item tenetur actione. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 139. n. 1. per tot. Ioann. Harppr. in §. injuria. 1. instit. de injur. n. 32.

Vel aliquem medicamentis vel alio modo ad insaniam mentis adigit, 113

Matth. de Afflict. d. c. 1. §. injuria punitur. n. 7. post princip. vers. item qui alienat. Harppr. in §. injuria autem 1. inst. de injur. num. [illegible] vers. vel si quis malo medicamento.

Vel prohibet me uti re communi, 114

l. injuriarum. 13. §. si quis me. 7. ff. de injur. Matth. de Afflict. d. c. 1. §. injuria punitur.

Vel si quis injuriæ faciendæ causâ signâsset 115 propria authoritate domum debitoris,

text.

text. in l. si injuria. 20. ff. de injur. Matth. de Afflict. d. c. 1. §. injuria punitur. num. 7. ante med. vers. item qui auctoritate.

116 Vel propriâ authoritate res furto sibi subtractas in alienis ædibus perquirit & non invenit,

l. qui in domum. 23. ff. de injur. Ioann. Kopp. decis. 8. incip. hæc quæstio. n. 6. sub fine vers. & si eo casu.

117 Licet secus sit, si authoritate judicis ejusmodi res in vicini ædibus perquirit, veluti ita in curia Burdegalensi judicatum refert

Nicolaus Boer. decis. 174. incip. & videtur, num. 5. ibi, & per prædicta, usq; ad finem. Ioann. Kopp. d. decis. 8. n. 6. in princip.

118 Item realis injuria est, si magistratus aliquem injustè carcerari facit,

l. nec magistratibus. 32. ff. de injur. l. pen. C. qui bon. ced. poss. Mynsf. (ubi ita in Camera Imperiali judicatum & Senatum Coloniensem eundem Petro Quintinck ob injustam carcerationis injuriam in 600. aureos condemnatum fuisse testatur) cent. 5. obser. 69. incip. quamvis multis. num. 5. & seq. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 28. num. 1. & seq. Ioann. Harppr. in §. injuria. 1. inst. de injur. n. 15. ibi, illud extra omnem. & n. seq.

119 Vel carceratum pro pœna pecuniaria, sub idoneâ cautione relaxare nolit,

Schneid. ad §. injuria. 1. instit. de injur. nu. 29. vers. quem text. notabitur. Paul. de Castr. in l. si vero. 5. §. qui pro rei. 1. ff. qui satis cogunt num. 4. ibi, nota etiam contra judices. Anton. Hering. de fideiuss. c. 6. num. 40. vers. sed inquis. n. 41. & seq. Petr. Peccius de jure sistendi. c. 45. n. 3. vers. teneturq; actione injuriarum, & seqq. Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. attingam. n. 11. vers. quinimmo dixit. num. 12. & seq. n. 16. sub fine vers. & scias etiam, & num. 17. Gail lib. 1. obser. 26. n. 1. & num. seq. Johan. Gadd. tract. de contrah. stipula. c. 6. conclus. 5. n. 404. vers. si pecuniariam tantum. n. 405. & seq. Bl. in l. sed etsi. 21. ff. de in jus vocand. num. 1. vers. aut venit imponenda pœna. Zobel. part. 1. differ. 43. n. 6. Jacob Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 110. nu. 14. & seq. part. 3.

120 Vel arestum contra alicujus bona, debitô nondum satis liquidatô, nec demonstrato, quod debitor facultatibus labatur, concessit,

Bl. in l. consentaneum. 5. C. quomodo & quando judex. n. 25. vers. quia nec à captura rei. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 72. n. 16. sub fin. & num. seq. Joan. Harppr. in §. injuria. 1. inst. de injur. n. 13. ibi, nec enim simpliciter, & n. seq.

121 Vel arestum, jam impetratum, sub idoneâ cautione relaxare nolit,

Daniel Moller. lib. 2. semestr. c. 4. num. 26. ibi, quæ enim in aresto. & seq. Harppr. in §. injuria autem 1. instit. de injur. n. 25. post princip.

122 Vel, nondum excussô & non solvendo inventô debitore, contra ejus personam arestum decernit,

Bl. consil. 318. incip. ista captura peccat. num. 3. n. 4. & seq. vol. 4. & in l. consentaneum, 5. C. quomodo & quando iudex, num. 25. Ruland. tract. de commiss. part. 2. lib. 4. c. 1. nu. 3. vers. & si iudex omissa. & seq. Petr. Peccius de iure sistendi, c. 18. incip. quoniam vero. n. 1. & seqq. per tot. Iacob Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 110. num. 3. & num. seq. part. 3. Matth. Coler. de process. exec. part. 1. c. 6. n. 23. ibi, pro qua parte, n. 24. & seq. Zanger. de except. part. 2. c. 10. n. 28. Laurent. Kirchov. [illegible] l. 14. num. 3. ibi, deinde quis vel. 5. Ludov. Rom. consil. 224. incip. ista captura facta, num. 1. u. 3. & num. seq.

Pro reali etiam injuria habetur, si creditor sui debitoris bona vel personam injustè & frivolè arestari facit, 123

Ut supra part. 1. conclus. 53. n. ult. latius dixi. Joan. Harppr. in §. injuria. 1. inst. de injur. n. 8.

Deniq; nutu etiam potest inferri injuria, modo ex signo aliquo appareat, de voluntate injuriantis, 124

Jacob. de Bellovis. in suâ pract. crimin. lib. 1. c. 8. n. 34. ibi, imo etiam crederent. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 139. n. 1. ante med. Joan. Aloys. Riccius collect. decis. part. 1. decis. 138. col. 2. post princ. vers. & nutu sine verbu. Tessaur. decis. 229. num. 1. & seq.

Plures & ferè infiniti casus, ubi injuria vel verbalis vel realis inferri solet, vide apud 125

Matth. de afflict. c. 1. §. injuria punitur. tit. de pace juram firmand. n. 7. 8. & n. seq. Harppr. in §. injur. 1. inst. de injur. n. 2. & seqq. usq; ad n. 51. Rutg. Rulond. tract. de commiss. part. 4. lib. 7. c. 6. num. 1. & seqq.

LX.

De substantialibus requisitis ad fundandam actionem injuriarum, an juramentum purgatorium locum habet, & quid juris in judiciis Curialibus harum terrarum.

SUMMARIA.

1. *Dolus malus, & animus injuriandi requiritur ad injuriarum actionem.*
2. *Lata culpa non sufficit.*
3. *In dubio dolus & animus injuriandi præsumitur. n. 4.*
5. *Quando & quibus casibus animus injuriandi non præsumitur. n. 6. 7.*
8. *An in Sacerdote & concionatore, suos auditores durioribus verbis notante.*
9. *Ad probandum, quod quis animum injuriandi non habuerit, sufficiunt conjecturæ.*
10. *An reo iuramentum purgationis deferri possit, si is dicat, se verba animo injuriandi non dixisse. 11. 12. 13.*
14. *In Curialibus judiciis juramentum purgatorium non est necessarium, sed sufficit, si quis se declaret, se verba illa, quæ ab actore, tanquam injuriosa allegantur, animo injuriandi non protulisse.*
15. *Quæ declaratio etiam nunc hodie in illis judiciis obtinet.*
16. *Quando hæc declaratio in judiciis curialibus fieri debet. 17.*
18. *Hac declaratione an actor invitus contentus esse cogitur. 19.*

20. *In*

20. *In aliis judiciis an etiam locum habeat.*

21. *An in libello debet exprimi, quod reus animo injuriandi injuriam intulerit. 22. 23.*

24. *Injuria debet ad animum revocari. 25.*

26. *In continenti debet ad animum revocari.*

27. *Si injuria absenti vel ignoranti fuerit illata, sufficit, si à tempore scientiæ ad animum revocetur.*

28. *An requiratur, ut in libello ponat actor, quod injuriam etiam adhuc ad animum revocet.*

29. *Pro fundanda actione injuriarum requiritur, ut injuria non sit extincta & sublata.*

1 PRimum & principale requisitum est, ut injuria ex affectu & malo proposito fiat, dolusque & animus injuriandi adsit,

Text. expr. in l. illud relatum 3 §. fine. 1. & l. seq. ff. de injur. l. si non. 5. l. qui liberos 10. l. seq. C. eod. l. qui servum. 34. versic. injuria enim. ff. de O. & A. Jacob de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. cap. 3 nu. 6. VVesenb. in comm ff. de injur. num. 8. sub fine. Schneid. ad princip. instit. eod. num. 2. Petr. Heig. part. 2 quæst. 31. num. 36. & seqq. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 111. & seq. August. Bonfranc. in addit. ad Angel. tract. malefic. verb. verba injuriosa. n. 2. post princip. vers. nisi ille qui facit. Ægid. Boss. in pract. crimin. tit. de injur. num. 13 Bertaz. consil. 58. incip. magnificus dominus Annibal. n. 6. vers. nam injuria. ubi Claud. in addit. sub lit. C. Daniel. Moller. in comm. ad const. Sax. part. 4. const. 42. n. 24 Joan. Harppr. ad princip. instit. de injur. n. 6 ibi. comprimis ergo. Ludov. Roman. consil. 96. incip. super eo, quo quæritur. n. 3. Aym. Gravett. consil. 9. incip. accusatus Titius n. 35. vers. ideo videmus tom. 1. Thom. Gramm. decis. 37. incip. Magnificus Carolus. n. 5. vers. sed prædictu. n. 6. & seqq. Hieronym. Magon. decis. 26. incip. spectabilis Joseph. n. 11. & seqq. Hennig. Gœden. consil. 31. incip. proposita impetitione. n. 11. ibi, nam substantiale. & consil. 106. incip. primum evidentiale. n. 27.

2 Verus tamen dolus requiritur, lata verò culpa non sufficit.

Bl. consil. 277. incip. in causa Guilhelmi de Corradis. n. 2. vers. & ideò in actione injuriarum. lib. 5. Aym. Gravett. d. consil. 9. n. 35. sub fine vers. fortius voluit. tom. 1. Joann. Batard. ad Jul. Clar. lib. 7. sentent. §. injuria. n. 19. in fin. Farinac. d. quæst. 105. n. 112. Schrad. (inter consil. var. jurisconsul. Laur. Kirchhofii) consil. ult. n. 73. vers. neq; hoc casu. & seq. tom. 1. Hieron. Magon. d. decis. 26. n. 12. Daniel. Moller. in comm. ad constitut. Saxon. part. 4. constit. 42. n. 25. sub fine.

3 Et quidem in dubio omnis injuria dolô & animô injuriandi facta præsumitur, nec quis excusatur, si dicat, quod non habuerit animum injuriandi, nisi hoc manifesto probet.

text. in l. si non convicii. 5. vers. probare potes. C. de injur. Socin (ubi communem dicit) consil 146. n. 7. vers. circa tertiam lib 1. Paris. (ubi etiam communem testatur) consil. 149. incip. in præsenti causa vertente. n. 17. sub fine. vers. & in dubio. n. 18. n. 19. ibi, [illegible] enim certum est. & num. seq. vol 4. Jul. Clar. (ubi idem dicit) lib. 5 sent. §. injuria num. 12. ibi, quare nunc Felin. in l. [illegible] x. de jure & in judic. num. 18. vers. [illegible] rebus. Jacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. [illegible] 3. num. 5. [illegible] si injuriant. August. Bonfranc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. verba injuriosa. num. [illegible] mini. 2. [illegible] Andr. Gail. lib. 2. [illegible] num. 1. & seq. Farinac. d. quæst. 105 [illegible] primo. Hieron. Magon. d. decis. 26. num. 24. [illegible] & quamvis in hoc num. 1[illegible] & seq. [illegible] in Camera in causa B. Egen [illegible] contra [illegible] hardt observatum testatur) de comm. ff. part. 4. lib. 7. cap. 6. incip. tria sunt num. 3. Johann. Harppr. ad princip. instit. de injur. num. 6. vers. reus tamen probare. & num. seqq. VVesenb. in comm. ff. de injur. num. 8 sub fin. Wurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 10. num. 1. & seq. Henning. Gœdd. consil. 106. num. 28. Petr. Heig. part. 2. quæst. 31. num. 37. 38. & 39. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. cap. 137. num. 14. vers. hic enim sicut dum est. & seq. Ludov. a Pegu. decis. 13. incip. in præsenti civitati num. 7. & seq. Daniel. Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 4. const. 42. num. 26. Menoch. lib. 6. præsumpt. 65. incip superiore libro. n. 1. & seqq.

Quod procedit non solum in masculo, sed 4 etiam in fœmina, & rustico injuriante,

Paris. consil. 149. num. 26. vers. sive sit rusticus. & seq. vol. 4. Cæsar. Manent. consil. 101. incip. firmiter teneo n. 21. & seq. per tot.

Non obstante, quod contrarium velit

Prosper. Farinac. in sua pract. crimin part. 3. & quæst. 105. n. 114. ubi allegat Hieronym. Magon. decis. 26. n. 5. & n. 12. quem tamen in meo codice invenire non potui.

Fallit tamen in verbis & factis, quæ de suâ na- 5 turâ licita sunt, & injuriam non continent; tunc enim animus injuriandi non præsumitur, sed ab injuriato probari debet,

Alber. in l. injuriarum actio. in princ. n. 1. ff. de injur. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. d. quæst. 105. num. 117.

Item fallit in verbis indifferentibus, quæ pos- 6 sunt importare injuriam, & eam non importare,

Aym. Gravett. consil. 9. incip. accusatur Titius. n. 20. ibi. & considero pro fundamento. n. 21. & seq. tom. 1. Farinac. d. quæst. 105. n. 118 ibi quare in verbis. & seq. August. Bonfranc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. verba injuriosa. n. 3. vers. non dubito. & seq. Schneid in §. ult. inst. de injur. n. 3. vers. si [illegible] est dictum. Hieronym. Magon. d. decis. 26. n. 17. ibi, secus si sint. & seq. Schrad. de feud. part. 9. princip. c. 4. n. 120.

Quamvis contrarium velit,

Cyn. in l. si convicii. 5. C. de injur. in 7. quæst. n. 10. Angel. ibid. n. 4. Salic. eod. n. 6. quos refert, & sequitur Berthol. Bertaz. consil. 89. incip. non obstantibus. n. 9. vers. & quando sumus. & seq. vol. 1.

Vel si qualitas facti & conditio personarum 7 injuriantis & injuriati aliud suadeat, puta, quia percutiens, vel verba per se injuriosa dicens, est magister, dominus, præpositus, pater, mater, amicus, propinquus, socius & similis, tunc animus injuriandi etiam non præsumitur, nisi probatur,

l. sed etsi 6. §. ult. & l. seq. ff. ad l. Aquil. l. item apud Labeonem. 15. § adjuvatur. 38 ff. de injur. Br. in l. ut vim. ff. de I. & I. num. 4. & consil. 104. incip. visis testibus num. 4. lib. 1. Cephal. consil. 15. incip. lis quæ inter. num 205. & seq. vol. 1. Jacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 3. num. 7. vers. aut est tale factum. & num. seq. Andr. Gail.

Gail. lib. 2. obser. 106. incip. quæsitum. num. 6. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 8. num. 1. Sanger. Ruland. de commiss. part. 4. lib. c. 6. num. 4. ibi, qualis sit. & seq. Salice ad d. l. si non convicii. §. C. de injur. num. 4. August. Bonfrancisc. ad Angel. de malefic. verb. verba injuriosa. num. 3. vers. probatur autem contrarium. Daniel. Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 42. num. 31. Harppr. in princip. instit. de injur. num. 7. sub fin. vers. verum enim verò illud. & n. 8.

8 Veluti etiam in sacerdote & concionatore, qui pro concione aliquem, sive in specie nominatum, sive ita depictum, ut à quovis cognosci possit, durioribus verbis notat, & increpat, animus injuriandi etiam non præsumitur, sed potiùs corrigendi.

late Ioan. Harppr. in §. non solùm. 11. instit. de injur. num. 31. vers. verum enim verò num. 32. & seq. usq; ad num. 51.

Nisi constet, illum ex quadam amarulentiâ, invidiâ, odio & privato affectu falsa quædam crimina alicui objicere, & in publico proferre, ut supra conclus. 59. n. 29. dixi.

9 Et licet ut modò dictum est, in dubio injuriandi animus præsumatur, ad probandum tamen contrarium quod quis animum injuriandi non habuerit, non requiruntur exactæ & plenæ probationes, sed sufficiunt conjecturæ,

Petr. à Bellapert. in l. si non convicii. §. C. de injur. num. 3. vers. & probabis. Cyn. eod. num. 2. sub fin. vers. dicit modo. Felin. in c. cum te. x. de sent. & re judic. num. 18. sub fin. vers. quod cognoscitur ex conjecturis. Farinac. d. quæst. 105. num. 121. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. lib. 4. part. 4. tit. de injur. & damn. dato. §. 1. n. 1. lit. B. post med. vers. per circumstantias enim. & seq. Iacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 3. num. 3. ibi, quod probatur & num. seq. Daniel Moller. in comm. ad const. Sax. part. 4. const. 42. num. 30. & seq. Francisc. Pfeil. consil. 136. incip. injuria ex affectu n. 1. & seq. cent. 2. Heig. quæst. 31. n. 39. ibi, tamen interdum. part. 2.

10 Sed quid, si reus constanter dicit, se verba quædam animo injuriandi non protulisse, hoc autem conjecturis, vel aliter probare non possit, an ei juramentum purgatorium deferri possit, ad hoc, ut juret, se animum injuriandi non habuisse?

11 Negativè concludit

Alex. à Nevo consil. 82. n. 6. quem sequitur. Joan. Bajard. in addit. ad Jul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria. n. 50. Farin. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 116. vers. sed quod immò.

12 Econtrà verò affirmativè tradit, & reum ad juramentum purgatorium admittit, dummodò præsumtiones aliquas, ab amicitiâ forsitan aut consanguinitate ductas, pro se habeat.

latè Petr. Heig. quæst. 40. incip. de juramento. n. 33. vers. dummodò contra & seq. part. 1. Br. in consil. 104. incip. visis testibus. num. 4. in fin. vers. debeat sibi, vol. 1.

13 Rectius tamen indistinctè affirmat

Gail. (ubi rationes affert, & ita in Camerâ imperiali judicatum fuisse testatur) lib. 2. obser. 106. incip. quæsitum. num. 3. vers. hoc tamen communi. num. 4. & seq. per tot. Ioann. Schneid. ad § ult. instit. de injur. num. 3. vers. quia ... per juramentum. Barthol. Bertaz. consil. 88. incip. magnifi. us dominus. num. 6. in fin. vers. & hoc casu. & seq. lib. 1. Ernest. Cothman. consil. 3. incip. acta inter W. ex una. num. 478. ibi, nam ea. & seq. vol. 1. Weichb. tit. So die Injurien nicht aus frevel vnd in gemüth zu schmehen / geschehen in princip. fol. 141. Coler. decis. 108. incip. clarum est. num. 42. ibi, ideo reum part. 1. König in sua process. c. 138. num. 6. sub fin. vers. saget auch der beklagte / Daniel. Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 42. n. 16. sub fin. vers. de juramento vero purgationis. n. 82. & seq. n. 3. vers. quod si præsumptiones. & seq.

Quod etiam tam in foro communi, quàm Saxonico, verissimum est, & quotidie ita practicari videmus.

In judiciis verò Curialibus Electoris Saxoniæ, 14
quæ singulis semestribus Lipsiæ & VVittenbergæ habentur, non obtinet, sed reus, si coram Judice & Assessoribus dicat, se verba illa, quæ tanquam injuriosa ab actore acceptantur, & allegantur, non animo injuriandi protulisse, sed ad hoc per alias circumstantias motum fuisse, & se de actore non nisi bonum & honestum loqui posse, protinùs absolvitur, nec juramento purgatorio vel alia probatione oneratur.

Churfürst Moritzen Oberhoffgerichts Ordnung zu Leipzig. Anno 1549. tit. von Schmehesachen §. würde sich aber auch. p. mihi. 207. vol. 2. item Wittenberg. Hoffgerichts Ordnung Anno 15.. tit. von Schmehesachen. § würde sich aber Daniel Moller. in comment. ad Constit. Saxon. part. 4. constit. 42. num. 32. ibi, in judicio tamen. & seq. Beust. ad l. nam postesquam. §. si damnetur ff. de jurejur. n. 18 vers. circa quam doctrinam. pag. 254.

Quæ ordinario provincialis etiamnum hodiè 15
in viridi observantiâ in judiciis Curialibus servatur, rejectâ illorum opinione, qui ante paucos annos in judicio Curiali Lipsiensi summe contradicere, & asserere volebant, eam hodiè per jus novissimum Novellarum Electoris Augusti part. 4. const. 42. esse abrogatam, rationem suæ opinionis addentes, ideò prædictam ordinationem curiarum provincialium emanasse, quoniam olim de jure Saxonico, ut in seq. conclus. num. 11. & seq. num 3. & seqq. num. 91. & seq. dicitur, vilis admodum, & levis pœna in injuriantes erat statuta, cujus intuitu honestus quisq; injurias potiùs mussitare quàm litigare & magnos sumptus facere malebat, præsertim cum in foro Saxonico olim pœna recantationis, ut infra conclus. 62. n. 3. & seq. dicetur, in usu non erat, quapropter ut injuriantis petulantia aliquo modo coërceretur, injuriatusq; suæ famæ, absq; infamia tamen injuriantis, restitueretur, ab Electore Mauritio prædictam declarationem inventam esse, putabant;

Quæ ratio, cum hodie cesset, & jus antiquum per d. const. 42. part. 4. sit abrogatum, meritò etiam prædictam ordinationem provincialem cessare, & esse abrogatam & correctam autumabant.

Verùm, cum dicta constitutio Electoris Mauritii non sit necessitatis, sed voluntatis: & liberæ facultati injuriantis relictum, an se ita declarare velit, nec ne, legesq; correctoriæ etiam ex majoritate rationis non sint extendendæ,

auth. quas actiones. ubi Br. & DD communiter. C. de SS. Eccles. Jason. ibid. num. 21. vers. sic ergo firma. Dec. in l. non debet cui ff. de R. I. n. 4. Bruno à Sole in locis legalibus verb. lex. n. 12.

ideoq;

ideoq; meritò concludebatur, prælibatam ordinationem curialium judiciorum non esse innovatam, & correctam, quemadmodum etiam ita tota die practicari experimur.

16 Hanc autem declarationem, reus ad ordinariam injuriarum actionem, pœnam palinodiæ, & maculam infamiæ evitandam, facere debet ante litis contestationem, posteà non auditur, sed contra eum nihilominus secundùm *d. constit. 42. part. 4.* proceditur, ut quotidiana experientia attestatur.

Ratio est. quia dubium non est, quin hæc declaratio sit inventa ad instar illius, quâ interpretes juris communis tradunt, posse se reum ab actione injuriarum liberare, si dicat, se verba injuriosa protulisse ex iracundia, vel malâ informatione, eaq; vera non esse, sed se illa revocare, & se ita declarare,

Schrad. de feud. part. 9. princip. c. 4. n. 127.

Quam revocationem tamen & declarationem ab interpretibus juris communis inventam tantùm ad litis contestationem usq; admitti, tradit

Cagnol. in l. quicquid calore. ff. de R. I. num. 13 Ioan. Plot. in l. si quando 7. C. unde vi §. 45. num. 3. Schrader. de feud. d. part. 9. prior. c. 4. n. 127. in fine.

17 Unde plærunque in limine statim judicii, & dum causa inter amicabiles tractatus adhuc versatur, vor gütlicher Handlung / istiusmodi declaratio fieri, & admitti solet.

Reinhard. Rosa. in addit. ad Daniel Moller. constit. Saxon. part. 4 d. constit. 42. num. 32. lit. A. ibi, hodie plærumq;.

18 Qua declaratione actor etiam nolens volens contentus esse cogitur, nec admittitur, si actionem injuriarum prosequi & probare velit, mentem & intentionem injuriantis aliam fuisse, veluti ita in judicio curiali 8. Septemb. Anno 1610. est judicatum.

Auff fürbringen vnd erfolgtes Gesetz Heinrich Gram beklagten an einem / Anwalden des wolgebornen Herrn P. E. Grafen zu M. Klegern anders theils / erkennen wir / daß beklagter bey seiner anerbotenen erklerung vermöge der Hoffgerichtsordnung billich gelassen wird. V. R. W.

19 Ideoq; injuriato suaderem, ut actionem injuriarum non in judicio curiali, sed alibi, &, si propter incompetentiam non possit, saltem coram commissariis ab Electore ab hoc deputatis instituat, quo reus pœnam, sua petulantia dignam, luere cogatur.

20 Hæc etiam declaratio in judiciis curialibus solummodò locum habet, nec in aliis judiciis attenditur, veluti ita in Consistorio Lipsiensi *27. Septemb. Anno 1614. in causa I. S. verbi ministri* zu Martinsriethe *contra C. T.* est judicatum, ubi ego pro liberatione rei prædictam ordinationem curialem summe urgebam, & eam etiam in aliis judiciis valere multis rationibus evincere conabar, sed frustrà &, irrito conatu.

21 Post hæc nunc quæritur, an in libello actor debet exprimere, quod reus injuriam animo injuriandi intulerit? Si verba per se sunt injuriosa, negatur, quoniam præsumptio juris est contra reum, quod animum injuriandi habuerit,

Petr. à Bella part. in l. si non convicii. 5. C. de injur. col. 1. n. 3. vers. gratia hujus quæro. Cyn. eod. n. 11. Iacob de Bellovis. in suâ pract. crimin. lib. 1. c. 3. n. 6. ibi, an autem sit necessarium. August. Bonfranc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. verba injuriosa. num. 3. post princip. Ioan. Schneid. ad §. ult. inst. de injur. n. 3. vers. ad quod respondetur. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 123.

Secùs, si verba vel facta sunt indifferentia, vel talia quæ sui naturâ injuriosa & criminosa non sunt, vel ab ejusmodi personis prolata, in quibus animus injuriandi non præsumitur, de quibus paulò antea dixi; & tunc necessè est, ut in libello exprimatur, ea animo injuriandi esse prolata, 22

Iacob. de Bellovis. in suâ pract. crimin. lib. 1. d. c. 3. n. 7. vers. aut est tale factum, & n. seq. Ioan. Schneid. d. §. ult. inst. de injur. n. 3. vers. si verò est dictum. & seq. August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. de malefic. verb. verba injuriosa. n. 2. vers. si verò dictum. & n. 3. vers. non dubito quod.

Quamvis 23

Angel. in d. l. si non convicii. 5. C. de injur. n. 4. quem sequitur Prosper. Farinac in suâ pract. crimin. d. quæst. 105. num. 124.

velit, quod nec in hoc ultimo casu necessè sit, ut in libello exprimatur, quod verba sint animo injuriandi prolata, nisi reus de generalitate libelli opposuerit.

Alterum requisitum est, ut quis injuriam sibi illatam ad animum revocet, 24

Iacob. de Bellovis in suâ practicâ crimin. lib. 1. c. 15. incip. sed quando poterit in princip.

Non quidem verbis expressis, sed sufficit, si ejusmodi revocationem ad animum tacitè per signa & iracundiam ostendat, 25

Gl. in §. ult. inst. de injur. verb. non revocaverit. vers. sed nunquid est nata. Ioan. Schneid. ibid. num. 3. ibi, circa quod. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 3. incip. quando aliquis. n. 1. & seqq. per tot.

Et quidem in continenti quis injuriam debet ad animum revocare, alias ex intervallo nihil facit, sed injuria remissa censetur, 26

§ ult. vers. hoc statim inst. de injur. Francisc. Vir. decis. 55. quem sequitur Ioan. Aloys. Riccius. collect. decis. 138. col. 3. ante med. vers. actio autem injuriarum.

Nisi absenti & ignoranti fuerit illata, tunc sufficit, si à tempore scientiæ ad animum revocetur, 27

elegant. Iacob. de Bellovis. in suâ pract. crimin. lib. 1. c. 15. nu. 1. ibi, dic quod sufficit. & seqq. per tot.

Injuriam autem semel ad animum revocasse sufficit, nec necesse est, ut actor in libello ponat, quod eam adhuc ad animum revocet, 28

pulchre Iacob. de Bellovis. in suâ pract. crimin. lib. 1. c. 16. incip. an autem hoc fit per tot.

Tertium requisitum est, ne injuria aliquo modo sit extincta, & sublata, *de quo infra latiùs dicetur.* 29

LXI.

De pœnis injuriarum, tàm de jure communi, quàm Saxonico.

SUMMARIA.

1. *Pro injuria duplex competit actio civilis & criminalis.*

2. Una

2. *Una electa absumit alteram, n. 3. 4. 5 6 7. 8. ubi ampliationes & limitationes.*

9. *Jure civili si criminaliter agitur, quomodo injuria puniatur. num. 10.*

11. *Jure Saxonico extra Electoratum, si criminaliter agitur, quæ pœna imponitur, tam pro injuriis verbalibus, quam realibus, n. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.*

19. *Jure Saxonico actio injuriarum dicitur actio mixta* eine vermengte Klage / *& cur ita?*

50. *Hodie in Electoratu Saxoniæ quomodo injuria punitur, si criminaliter agitur 51. 52. 53.*

54. *Lex corrigens in uno casu non porrigitur ad alium casum, diversam rationem habentem.*

55. *Atrox injuria quæ remissivè.*

56. *Pœna arbitraria hoc in casu an ad mortem usq; extendi possit.*

57. *Injuria sacerdotibus & ministris Ecclesiarum illata, capitaliter punitur.*

58. *Civiliter pro injuriis, duobus modis agi potest.*

59. *Præter injurias an etiam quis ad damnorum & operarum amissionem agere possit, tàm de jure communi, quam Saxonico n. 60. 61.*

62. *Æstimatio damnorum & operarum quomodo probatur de jure civili.*

63. *Jure Saxonico committitur juramento minutionis.*

64. *Juramentum minutionis an locum habet in injuriis. num. 65. 66.*

67. *Ob injustam carcerationem juramentum minutionis etiam habet locum.*

68. *Ob manum amputatam an hoc juramentum etiam locum sibi vendicet.*

69. *Jure civili quomodo injuria punitur, si civiliter agitur.*

70. *An actor in libello injuriarum certam quantitatem æstimationis injuriarum exprimere debet. n. 71. 72. 73.*

74. *An actor æstimationem injuriarum ad damna, an verò ad lucra referre debeat. nu. 75. 76.*

77. *Quid juris, si actor est pauper & egenus.*

78. *Actor suas æstimationes injuriarum juramento confirmare debet n. 79. 80. 81.*

82. *An juramentum præcedere, an verò sequi debet taxationem judicis. 83. 84. 85.*

86. *Forma pronunciandi hoc in casu quæ.*

88. *Si actor ad moderationem judicis jurare nolit, eò quod suâ petitione & opinione minus taxatum, quid juris.*

89. *Si reus non est solvendo, punitur in corpore.*

90. *Æstimatio injuriarum non refertur ad tempus judicati, sed ad tempus injuriæ factæ.*

91. *Jure Saxonico extra Electoratum quomodo injuria punitur, si civiliter agatur. num. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101.*

102. *In Electoratu quomodo punitur.*

103. *In Electoratu an etiam pœna pecuniaria actori applicetur. num. 104.*

105. *Lex abrogata amplius allegari nequit.*

106. *In Electoratu an actor injurias secundum modum juris communis æstimare & taxare possit.*

107. *Lex nova disponens de materiâ juris communis, omnes declarationes & extensiones juris communis recipit.*

108. *Per constitutionem Electoralem jurisdictioni inferiori vel superiori, & illis, quæ ad alterutram pertinent, nihil est derogatum.*

COmmunis est DD. conclusio, quod pro injuria duplex actio competat, criminalis & civilis, 1 Nov. Flect. Ang. par 4. consil. 42.

§. in summa. 10. instit. de injur. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria. num. 4. ibi, scire debes. Ant. Gravett. consil. 58. incip. nobilis Hugo. num. 1. ibi. breviter puto. tom. 1. Prosper Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105. in spect. 2. num. 26. & seq. Joan. Harppr. in §. in summa autẽ. 10. inst. de injur. n. 1. & seq. Lud. Roman. consil. 97. incip. viso themate. nu. 2. vers. hæc autem opinio. & seq. Andr. Gail. lib. 1. obser. 65. incip. pro injuria. nu. 1. & seq. Matth. Coler. decis. 161. incip. clarum est. num. 2. part. 1. Matth. de Afflict. in c. 1. §. injuria punitur. n. 3. post princip. Thom. Gramm. decis. 37. incip. magnificus Carolus. n. 11. König *in suo process. c. 58. n. 4. post princip. & nu. 6. vers.* vnd vmb solche oder dergleichen. *Gl. ordin. in* Landr. *lib. 1. art. 68. num. 4. post princ. vers.* Es ist aber dem Kläger.

Ita tamen, ut una intentata alteram absumat, 2 *l. quod senatus consultum. 6. sub fin. ff. de injur. l. prætor edixit. 7. §. si dicatur. 1 ff. eod. Roffred. in tract. libellor. rubr. de civili actione injur. ex leg. Cornelia. col. 2. quæst. 3. incip. sed quæritur quando actio injuriarum. part. 4. fol. 92. Gail. (ubi rationem affert) d. obser. 65. num. 1. vers. sed quoniam. lib. 1. Johann. Aloys. Riccius collectan. decis. 138. col. 3. sub fin. vers. & num. ibi. illa part. 1. Anton. Tessaur. (ubi ita in senatu Pedemontano. 10. Febr. Anno 1560. judicatum refert, & septem limitationes affert.) decis. 18. incip. injuria qualibet. num. 2. vers. verum pro reo dicebatur. num. 3. & seq. Jodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 30. n. 12. vers. verum alterutrius lectione. & seq. Petr. à Plac. in epit. delict. 1. 6. num. 30. Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49. de injuriis. obser. 3. incip. de omni injuria. n. 9. & seq. Joan. Harppr. in §. in summa. 10. inst. de injur. num. 58. ibi, porrò incomperto est. & n. seq. VVesenb. in comm. ff. de injur. num. 14. post princip. vers. alter tamen. Ægid. Boss. tit. de injur. num. 12. vers. ex quo sequitur. Alex. consil. 212. incip. visis & discussis*

n.4.lib.2. Marant. in suo speculo lib.4 part 4. tit. de injur. & damno dat. § 1.nu.16.vers & (?) solitur civile. Prosper Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. inspect. 2.n.28. & seq.

3 Nisi actio civilis, ex l. Aquilia intentata, tendat ad persecutionem rei familiaris, puta ad emendationem & æstimationem damni & interesse, tunc enim ea cum criminali benè cumulari potest, & si quis criminaliter egit, posteà actione l. Aquiliæ civiliter ad damnum & interesse agere non prohibetur. & econtra,

per l. si servum. 34. ff. de O. & A. l. un. C. quando actio civil. præjud. crimin. Mynsing. (ubi ita in Camera Imperiali in causa Joann. Kern contra Ludovicum de Bernhausen. item in causa Jaegerin contra Wolwartus. judicatum refert (cent. 1. Obser. 25. incip. cumulatio act. ordinis per tot. Andr. Gail. lib. 1. observ. 63. (ubi ita in Cameræ observandum. & ita observari testatur) num. 9. ibi, item observandum. & obs. 67. n 2. Hartm. Hart. lib. 2. observat. tit. 40. obser. 3. num. 10. Anton. Tessaur. d. decis 18. num. 8. (ubi ita Senatum Pedemontanum in quadam causa Montubasilii censuisse refert) ibi secundò & num. 11. ubi ita in Senatu Pedemontano 2. Maij. Anno 1586. pronunciatum fuisse testatur) ibi, quintò fallit. & seq. VVesenb. in comm. ff. de injur. num 14 vers. secus enim fuerit. Specul. d. tit. de injur. & damn. dat. num. 17. ibi, si tamen. usq; ad fin. Farinac. d. quæst. 105. insp 2 num. 30. & seqq. Harppr. d. § in summa. 10. nu. 60. vers. quare si injuriarum.

4 Vel, injuria foret illata atrox humili personæ, & injuria talis esset, ut eam ipse injuriatus remittere non possit; tunc enim, si injuriatus leviter æstimaret damnum, fiscus nihilominus, etiam parte non instante, ultra eam condemnationem aliquid plus petere potest,

Anton Tessaur. d. decis 18. n. 10. in med. vers. secundus casus in quo. & seq.

5 Vel, nisi injuria respiciat plures personas, tunc si unus civiliter agit, alter criminaliter agere non prohibetur, & econtra.

Anton Tessaur. d. decis. 18. n. 6. in fin. vers. fallit verò supra dicta. & seq.

6 Unde fit, si personæ privatæ, & juri publico facta fuerit injuria, quod tunc reus rectè duplici pœnâ afficiatur, unâ ordinariâ erga partem læsam, alterâ extraordinariâ erga fiscum,

Maranta in suo specul. de ordin. judic. part. 6. num. 9. vers. secus est. Anton. Tessaur. (ubi ita Mense Martio Anno 1568. senatum Pedemontanum judicasse, & ejus sententiam in revisione fuisse confirmatam testatur) d. decis. 18. n. 7. vers. vel denique si & privatæ personæ. & seq.

7 Quemadmodum etiam, si alicui in Ecclesia, vel in loco publico, aut palatio Principis, aut coram judice, verbalis injuria infertur, civilis & criminalis actio etiam concurrere potest, & ideò, si injuriatus, ad æstimationem injuriæ egit, fiscus nihilominus ad pœnam pro crimine sacrilegii, læsæ majestatis, vel suâ authoritate conservandâ, agere potest.

Anton. Tessaur. d. decis. 18. num. 12. ibi, fallit sextò. & sequent.

8 Idem videmus, si injuria filio vel uxori est illata, quo casu non tantùm filio, sed etiam patri, & non solùm uxori, sed etiam ejus marito, patri, & socero injuria illata censetur, & ob id, si unus injuriarum egit, alter agere non vetatur,

l. 1. § ult. ff. de injur. Schneid. in d. § patitur 2. instit. eod. num. [illegible] VVurms. lib. 1. obser. tit. 47. num. 14 nu. 5. Anton Tessaur. d. decis. 18. num 1. post princ. Specul. lib. 4. part 4. tit. de injuria. & damn. dato § 1. n. 15 ibi, item ex n. d.

His ita præmissis, nunc ad ipsas pœnas injuriarum accedamus.

Et quidem si criminaliter injuriarum agitur, 9
de jure civili pœna extraordinaria & arbitraria, pro modo delicti, & personarum qualitate, imponitur, vel pecuniaria fisco applicanda, vel pœna corporalis,

l. ult. ff. de injur. Stephan. Aufrer. decis. Tholos. 145. sub fin. prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. inspect. 2 quæst. 105. numer. 56. & sequent. Ludovic. à Peg. decis. 13. incip. in præsenti. numer. 18. & sequent. Aym. Gravett. consil. 53. numer. 1. vers. criminaliter quando. tom. 1. Matth. de Afflict. in c. 1. § injuria punitur. tit. de pace jur. firm. num. 3. post. med. vers. criminal. autem agitur. Matth. VVesenb. in com. ff. de injur. nu. 16. post princ. Gail. lib. 1. obser. 65. num. 2. vers. criminaliter vero agitur. Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 40. obser. 3. n. 1. & seq. Matth. Coler. decis. 161. incip. clarum est. n. 4. & seq. part. 1. Anton. Gomez. lib. 3. variar. resolut. c. 6. num 7. ante med. VVurms. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 2 & num. seq. Jul. Clar. lib. [illegible] sent. § injuria. num. 7 ibi. sed quarò. Ludov. Roman. consil. 97. num. 2. sub fin. vers. pœna autem imponenda. Harppr. in § in summa. 10. instit. de injur n. 4. & seq.

Et plerumq; humiliores fustibus subjiciuntur, 10
cæteri verò vel exilio temporali, vel interdictione alicujus certæ rei, coërcentur,

text. in. l. ult. ff. de injur. VVesenb. in comm. ff. eod. n. 16 post princ. vers. & plerumq. & seq. Johan. Harppr. d. § in summa. 10. inst. eod. nu. 5. ibi solent enim.

Jure Saxonico verò distinguendum est inter 11
injurias verbales, & inter reales.

Pro injuriis verbalibus, si criminaliter agitur, 12
de hoc jure qualisnam pœna imponatur, expedita Interpretum conclusio non est.

Nonnulli enim statuunt, quod etiam sit pœna 13
arbitraria, ita ut æstimatio injuriæ in arbitrio judicis sit posita, & is pro arbitrio graviorem pœnam, quàm triginta solidorum, reo inferre possit, nec reus liberetur, si intra legitimum tempus triginta solidos exolvere velit,

Zobel. id addit. ad gl. ordinariam. (ubi dicit se hodie ita pronunciatum fuisse vidisse) Landr. lib. 1. art. 68. n. 3. sub fin. incip. addit. circa hanc glossam. vers. verùm tum glossæ allegantes. & seq. König in suo process. (ubi ita in practica observari testatur) c. 58. num. 2. vers. als denn flehet die achtung der peen. & vers. seq. Tum per text. in Landr. lib. 2. art. 16.

Tùm, quia in causâ injuriarum, criminaliter intentatâ, debet quis etiam criminaliter puniri, *Zobel. d. loco vers. videlicet quod*, Tùm, quia in quum esset, ut reus ipse injuriam æstimaret, & certam quantitatem, puta 30. solidos solveret, & ita judici arbitrium præriperet. Tùm, quia pœna arbitraria etiam est de jure communi; Eadem igitur pœna etiam est servanda in foro Saxonico, præsertim cum in jure Saxonico verbis expressis nulla certa pœna est statuta,

König d. c. 58. n. 2. sub fin.

14 Et licet hæc opinio de jure verior & æquior esse possit,

teste Schneid. ad §. in summa. 10. instit. de injur. n. 9. vers. [illegible] sententia.

Et secundum eam hactenus non solum Jenenses, sed etiam Lipsienses pronunciasse, testetur

Matth. Coler decis. 161. incip. clarum est. nu. 16. vers. licet Zobelius. junct. in fine vers. & nos hactenus. & n. 28. in fin. part. 1.

15 Ea tamen non attentâ alii contrarium statuunt, quod reus, intra legitimũ tempus triginta solidos solvendo, se ab institutâ actione injuriarum criminali liberare possit,

König *in suo process. d. c. 58. in addit. n. 6. vers.* doch wo die klage peinlich. *& seq. Gl. in* Landr. *lib. 1. art. 61. n. 3. post med. vers.* Ob sie wol zum ersten. *Modest. Pistor. (ubi ita contra dictam opinionem* Christiani Königs *judicatum se vidisse testatur) consil. 26. quæst. 4. num. 45. vers.* ich habe auch wol geschehen *junct. n. 51. vers.* wie wol ichs anders habe gesehen. *vol. 1. Schneid. in §. in summa. 10. (ubi communiter ita in practica observari & secundùm hanc pronunciari testatur) instit. de injur. n. 9. vers. altera tamen opinio. Matth. Coler. (ubi n. 13. ita Jenenses Mense Octobr. Anno 1583 in causa* Schönbergs *contra* Holbach. *Item n 29. sub fin. Lipsienses, Magdeburgenses & VVittenbergenses pronunciasse refert) decis. 161. incip. clarum est. n. 15. & seq. n. 22. ibi, porro recedendo. n. 23. & seqq. & n. 29. part. 1. VVesenb. in comm. ff. de injur. n. 17. post princip.*

16 Ita tamen, ut præter triginta illos solidos reus etiam in expensas condemnetur. *arg. l. si reum 73. ff. de procurat. Matth Coler. (ubi non solum Jenenses, sed etiam Lipsienses crebrò ita pronunciasse testatur) d. decis. 161. n. 23. vers. condemnando tantùm. part. 1*

17 Quæ assertio etiam, si fontes juris Saxonici intuemur, verissima est, & manifesto fundatur, in Landr. *lib. 1. art. 65. incip.* wer den andern *vers.* oder jhn zu bessern nach recht, ubi verbis disertis dicitur, si quis super injuriis criminaliter conventus, postea comparеat, quod solvendo legitimam mulctam, puta, triginta solidos,

Zobel. in gl. lat. ad text. germ. Landr. *lib. 3. art. 37. lit. D. sub fin.* se ab illa criminali actione liberare possit.

18 Et ratio est, quia de jure Saxonico, pro qualicunq; injuria sufficit, si triginta solidi fisco solvantur.

Gl. marg. ad gl. ordin. Landr. *lib. 1. d. art. 68. n. 3. incip. nota quod pro injuria. Coler. d. decis. 161. n. 23. part. 1. Schneid. d. §. in summa. 10. instit. de injur. n. 9. post med. vers. adeò ut loco regulæ sit. & seq Gl. lat. ad text. germ.* Landr. *lib. 3. art. 45. lit. B. vers.* vnd diese 30. Schilling gibt.

19 Unde etiam fit, quod in jure Saxonico actio injuriarum dicatur mixta, eine vermengte klage/ propterea quod, licet criminaliter sit intentata, tamen per comparitionem rei civilis efficitur, & reus solvendo 30. solidos liberetur. econtra verò, ubi civiliter est instituta, propter contumaciam rei criminalis fieri, & reus banniri, & præscribi possit,

text. in Landr *lib. 1. art. 62. per tot. ubi, gl. ordinar. n. 2. & seqq.* König *in suo process. d. c. 58. in addit. num. 6. vers.* vnd davon heist. *actio. & seq.*

20 Et hæc assertio, quod pro injuria qualicunq; quisque solidis solvendo liberetur, procedit, etiam in viro Nobili ab homine plebeio facta,

Matth. VVesenb. in comm. ff. de injur. n. 17. vers. etiam nobili. & seq.

21 Fallit tamen in rusticis, his enim pro injuria illata, non triginta, sed quindecim solidi duntaxat, solvi debent,

Landr *lib. 3. art. 45. ante med vers.* den Bawergüldern *& seq.* Vrthel *post* Landr. *tit.* von wette vnd busse. *col. 3. sub fin. vers.* gegen den Landsassen. *fol. 530. & tit.* Weiber vnd Jungfrawen gibt man halbe busse *per tot. fol. 531. Schneid. in §. pœna autem. instit. de injur. n. 15. vers. rusticis verò. & seq.* König *in suo process. c. 138. n. 6. vers.* Bawergülden oder Pfleghafften. *junct. vers.* welche sich auch *in injurien* sachen.

22 Deinde fallit in mulieribus; illis enim dimidia tantùm pars mulctæ pro cujuslibet mariti conditione, pro quâlibet injuria solvitur,

Landr. *lib. 3. d. art. 45. post princip. vers.* jegliches Weib hat jhres Mannes König *in suo process. c. 138. n. 7. post* Landr von wette vnd busse *col. 4. vers.* wo aber solche brüche an Jungfrawen. *fol. 530.*

23 Et ideò mulieribus rusticorum, pro injuriâ etjam criminaliter intentatâ, solummodò septem solidi cum dimidio debentur,

Schneid. in d. §. pœna. instit. de injur. n. 15. sub fin. vers. unde uxoribus rusticorum. & n. 16.

24 Reliquis verò mulieribus quindecim solidi solvendi sunt,

Matth. Coler. decis. 161. n. 19. ibi circa quod obiter. nu. 20. & num. seq. VVesenb. in comm. ff. de injur. num. 17. vers. ad quindecim verò injuriâ. Schneid. d. §. pœna. inst. eod. num. 10. vers. cæteris verò. & seq. Vrthel *post* Landr. *tit.* Weiber vnd Jungfrawen giebt man halbe busse. *per tot. fol 531.*

25 Quod activè & passivè intelligi debet, adeò, ut sicut mulieri injuriatæ non nisi quindecim, vel septem solidi cum dimidio pro mariti conditione debentur, ita & ipsa injurians viros vicissim plus solvere non teneatur,

Schneid. d. §. pœna. inst. de injur. (ubi ita pronunciari testatur) num. 16. vers. & hoc activè. Matth. Coler. d. decis. 161. num. 19. versu. quod hoc verum esse. part. 1.

26 Sed quid judici pro injuriâ, criminaliter intentata, pœnæ nomine debeatur, majus dubium est?

27 Siquidem *Gl. lat. ad text. germ.* Landr. *lib. 3. art. 45. lit. B. vers.* vnd dem Richter vult, quod judici nomine mulctæ triginta solidi sint solvendi; quam sententiam etiam Lipsienses secutos esse, testatur

Matth. Coler. decis. 161. num. 31. vers. & hanc sententiam.

28 Econtrà verò

Gl. marginal. ad gl. ordin. Landr. *lib. 1. art. 68. n. 3. lit. B. incip. nota quod pro vers judici mulcta. & seq.*

dicit, quod judici tres solidi pro mulcta debeantur, & ita practicari testatur.

29 Quæ sententia licet aliquantò sit verior, ita indistinctè tamen procedere non potest. Ideoq; dicemus, quod in civitatibus, nach weichbild, judici octo tantùm solidi, in pagis verò nach Landrecht/ tres solidi tantùm mulctæ nomine debentur,

per text. in Landr. *lib. 3. §. art. 64. sub fine. vers.* dem Schult-

Schultheiſſen wetten & verſ ſeq. Vrthel poſt Landr. tit. von wette vnd buſſe col. 3 ſub fin. verſ. vnd allezeit dem Richter zu Weichb & ſeq. & col. 4 ſub fin. verſ. ſiebender das g. wettes. & ſeq. fol. 530. König in ſuo proceſſ. c. 138. num. 6. ſub fin. verſ. vnd zu Weichbild/ Matth. Coler. de proceſſ. exec. in præfat. nu. 21. verſ. licet autem. & verſ ſeq & d. deciſ. 161. n. 23. verſ. & judicii inſuper. n. 30. & n. ſeq. part. 1.

Ubi ſubjicit, quod hoc notandum ſit, contra Nobiles, & præfectos judiciorum, qui etiamſi tantùm habeant in prædiis & civitatibus ſuis inferiorem juris dictionem, tamen in cauſis injuriarum puniunt injuriantes, non tantùm in 30. ſolidis, ſed etiam in multis florenis. Et ita menſe Aprili Anno 1580. Jenenſes pronunciaſſe teſtatur quærelori contra Senatum VVimarienſem, qui punierat quendam temerarium, qui in curia verberabat mulierem, braun vnd blaw/ in ſeptem florenis, quod ſcil. tanta pœna wegen der Erbgerichte ipſis non deberetur, ſondern nur 8. ſchilling/ oder auff den Dörffern den Edelleuten 3. Schilling.

30 Quæ omnia tamen intellige, niſi ab uno vel alio judice major pœna ſit præſcripta, veluti ita Jenenſes Menſe Majo Anno 1578. Ruſticis Reibaldorum propè Plauen im Voigtlande reſpondiſſe, refert

Matth. Coler. d. deciſ 161. num. 31. ſub fin. verſ. quæ omnia. part. 1.

31 Et ita ubiq; in provinciis Thuringiæ uſu inductum eſſe, ut judici inferiori vel hereditario, dem Erbrichter/ triginta ſolidi debeantur, teſtatur

Matth. Coler. in tract. de proceſſ. exec. in præfat. num. 21. verſ. quod officium ſicut hodiè. & ſeq. & part. 2. c. 1. n. 134. verſ. in hiis autem provinciis.

32 Deindè procedunt ſaltem in Ruſticis, plebeis & nobilibus, ſecùs ſi Imperatori, Regi, Duci, Comiti, vel alii illuſtri perſonæ, injuria ſit illata, tunc enim longè major pœna poteſt imponi, ut latè oſtendit.

Matth. Coler. d. deciſ. 161. num. 33. (ubi quædam præjudicia affert) 34. 45. & ſeq. part. 1.

33 Ad injurias verò reales quod attinet, tunc ſi illæ ſint leves, & pro iis criminaliter agatur, parti læſæ etiam non plus, quàm emenda triginta ſolidorum, ſolvi debet, perindè ut paulò antè num. 16. de verbalibus injuriis dixi;

Matth Coler. d. deciſ. 161. nu. 32. ibi, ſic eſt concluſio. n. 36. verſ. licet enim pro vulnere. & ſeq. part. 1. Chilian. König in ſuo proceſſ. c. 58. in addit. n. 6. ſub fin. verb. daraus erſcheinet. & c. 138. n. 6 poſt princ. & n. 9. ſub fin & n. ſeq. Vrthel poſt. Landr. tit. von wette vnd buſſe. col. 3. verſ. begebe ſichs aber daß einer vor Gerichte beklaget wird & ſeq. fol. 530. Schrad. in §. ſed & lex Cornelia. inſtit. de injur. n. 5. & in princ.

34 Quod tamen etiam fallit in ruſticis, quibus pro ejuſmodi injuriis, realibus etiam, quindecim duntaxat ſolidi debentur,

Vrthel poſt. Landr. d. tit. von wette vnd buſſe. col. 3. d. verſ. begebe ſichs aber junct. verſ. gegen den Landſaſſen fol. 530. Chilian. König in ſuo proceſſ. c. 138. num. 6. poſt princ. Schneid. d. §. ſed & lex Cornelia. num. 5. poſt. princip. verſ. vel. 15. ſolidorum.

35 Et in mulieribus, quibus etiam dimidia pars mulctæ ſuorum maritorum ſolvi debet, non aliter ac ſupra num. 22. & ſeqq. in injuriis verbalibus dictum eſt,

Vrthel poſt. Landr. d. tit. col. 4. verſ. wo aber ſolche brüche an Jungfrawen. & ſeq fol. 530.

Judici verò licet nonnulli mulctam triginta 36 ſolidorum pro ejuſmodi levibus injuriis realibus adjudicarint, veluti ita per Lipſienſes Menſe Auguſto Anno 1571. Judici & Schulteto des Churfürſtlichen gerichs zu Saltza reſponſum fuiſſe, teſtatur

Matth. Coler. deciſ. 161. n. 31. poſt med. verſ. pro injur. tamen realibus. & ſeq. part. 1.

Male tamen ab iiſdem eſſe reſponſum, ſubjicit 37 idem

Coler. d. deciſ. 161. poſt med. verſ ſed malè. & ſeq. per text. in Landr. lib. 3. art. 64. ſub fin.

Quapropter per hunc textum idem ſtatuimus, quod paulò antea nu. 29. de injuriis verbalibus dictum eſt, veluti etiam ita in ſpecie tradit

König in ſuo proceſſ. d. c. 138. n. 6. poſt princ. junct. in med. verſ. Vnd zu Weichbild Vrthel poſt Landr. tit. von wette vnd buſſe col. 3. verſ. begebe ſichs aber. junct. verſ. vnd allezeit dem Richter. fol. 530. Matth. Coler. de proceſſ. exec. part. 2. c. 1. n. 134. verſ. qui autem inferiorem. & deciſ. 161. n. 32. verſ. ſive reali junct. verſ. nomine octo ſolidi & ſeq. part. 1.

Niſi uſu & præſcriptione aliud ſit receptum, 38 quemadmodum paulò antea, n. 30. & num. ſeqq. de verbalibus injuriis dixi.

Vel gravitas delicti aliud ſuadeat, puta, quia 39 ejuſmodi injuria realis levis eſt illata in loco publico, tunc tanquam pro graviſſimâ & atroci meritò imponitur mulctâ dimidii VVergeldi,

Zobel. (ubi ita per Scabinos Lipſienſes pronunciatum fuiſſe teſtatur) in gl. lat. ad text. germ. Landr. lib. 1. art. 68. lit. A. verſ. ego vidi per ſcabinos. & ſeq. quem ſequitur Matth. Coler. d. deciſ 161. n. 57. verſ. dicit tamen additio. part. 1.

Leves autem injuriæ reales hoc in caſu vocan- 40 tur omnia illa vulnera, So ſchwellen oder fleiſchen/ blutrünſten vulnus non ſanguinolentum, vulgò braun vnd blaw/ hoc eſt verbera, ſo mit Knütteln oder mit ſteinen geſchlagen/ oder auch geworffen worden/ Item haarrouffen/ ſo nicht ſchwellet/

Landr. lib. 2. art. 16. ſub fin. Matth. Coler. deciſ 161. incip. clarum eſt. num. 57. ibi. ſchlechte Wunden. part. 1. Schneid. in §. ſed & lex Cornelia. inſt. de injur. n. 5. verſ. quod eſt verum. König in ſuo proceſſ. d. c. 138. n. 6. & n. 9. in princip.

Sub hac ſpecie injuriarum realium levium, vel 41 vulnerum ſimplicium, continentur quidem etiam illa vulnera, quæ infliguntur capiti, non tranſeuntia per cranium, item extractio dentium, & digitorum in manibus, & pedibus, ſed eorum mulcta aliquantò major eſt, & pro ſingulorum digitorum & ſingulorum dentium amputatione datur mulcta decimæ partis unius VVergeldi,

Landr lib. 2. art. 16. verſ. jeglich Finger/ Zehn vnd Zahn ubi gl. lat. ad text. germ. lit. K. in med. Matth. Coler d. deciſ. 161. num. 58. part. 1. & tract. de proceſſ. exec. part. 1. c. 9. n. 55. in princ. verſ. adeò quod cujuſq; digiti. & ſeq. König in ſuo proceſſ. c. 138. n. 5. in princ.

Si verò injuriæ reales ſint graviores, & atro- 42 ciores, & tunc, ſi criminaliter agitur, earum pœna eſt amputatio manûs,

text.

text.expr.in Landr.*lib.2.art.16 post princ.vers.* wer den andern lamet *ubi gl.lat.ad text.lat.verb.qui alium mutilat.post princ.& ibid.gl.lat.ad text.germ. lit. C.in princ.Matth.Coler.decis.161.num.36. in princ. & num. 37.ibi tamen secus est.num. 53. & seq. part. 1. & de process.execut.part.1.cap 9.num.53.sub fin.vers.si pro in criminaliter.& seq.* Vrthel *post* Landr.*tit* von wette vnd Busse *col. 2. vers.* geschehe aber solche frevelunig. *fol. 529.col. 4.* Rotschitz *in suo process. part. 2. art. 2. num. 1.post princ.*

43 Judici autem nulla emenda debetur,

Vrthel *post* Landr.*tit.*von wette vnd busse *col. 2.in fin. vers.* vnd dann folget keine wette mehr nicht. *Matth.Coler.(ubi ita Lipsienses pronunciasse testatur)d. decis. 161.num. 53.vers. neq; inde debebatur. num. 64. ibi,ultimò circa.& n seq.part.1.Jacob.Schul in addit.ad Modest.Pist.quæst.107.num.38.& seq.* König *in suo process.c.138.nu.4.in med.vers.*vnd da folget. Rotschitz *in suo process. part. 2. art. 2. num. 1. vers.* vnd folget auch keine.

Et licet

44 *Chilian.* König *in suo process. d. c. 138. num. 4. vers.* begebe sich aber *sub fin.in verb.*doch so ist diese Straffe/dicat,quod hodiè pœna illa amputationis manûs recesserit ab usu, & solum pœna dimidii VVergeldi usurpetur,quem sequitur

Matth.Coler.d.decis.161.incip.clarum est nu.54. ibi, hodiè autem.part.1. Schneid.in §.sed & lex Cornelia instit.de injur.num.5.vers.quando autem pro gravioribus. & seq.

45 Contrarium tamen etiam post tempora Chiliani Königs non solùm Lipsiæ,sed etiam in dicasterio Jenensi pronunciatum se vidisse, testatur idem

Matth.Coler.de process.exec.part.1.c.9.nu.54. vers. licet autem Regulus junct.nu.56.ibi, tamen contrarium vidi. & seq. Joan.Schneid.(ubi suo tempore contra Chilianum König *judicatum fuisse testatur) tract. de feud. part.2.tit.quæ res in feudo dari possunt. nu. 86. ibi,nam quando talia vulnera.& num.seq. quos sequitur Jacob. Schult.in addit.ad* Rotschitz*.part. 2.d.art.2.nu. 1. vers. & quamvis in addit.ad Modest. Pistor. quæst. 107. num. 56.part. 3.*

Veluti etiam *Mense Maio. Anno 1602.* Scabini VVittenbergenses ad requisitionem Senatus Pegaviensis contra J. H. juniorem responderunt: Wiewol nun dißfals nach scherff der Sächsischen Rechte die straffe ist abhawung der Hand/ So mag doch J. H. darmit verschonet werden/ er wird aber billich verwiesen/ V.R.W.

46 Et quidem ea manus debet amputari, quâ delictum est commissum,

Schneid. in §. in summa. 10.instit.de injur.num. 9.post princ.vers.debet autem amputari.

47 Dummodò injuriatus reo,& ejus heredibus,de periculo mortis cautionem præstet,quod in casu, ubi ille,cui manus abscindenda est, moritur, non velit aufugere,sed rursum parere judicio propter mortem secutam quasi ex homicidio,

elegant.gl.lat.ad.text.lat.(ubi pulchras rationes affert) Landr. *lib.2.art. 16. vers. qui alium mutilet. post princ.vers.nisi prius de mortis periculo.& seq.usq; ad fin. & gl. lat. ad text. germ. ibid, lit. C. vers.nota tamen & sequentib.*

48 Reales autem injurias graviores & atrociores hoc in casu vocamus illa vulnera, quæ vulgò kampffer wunden / item beinschrötigte vnd offene wunden/ item Schandtmal / item lambden dicuntur,

Matth. Coler. d. decis.161.n.47.ibi, ast jure Saxonico part.1. Schneid. in §.sed & lex Cornelia inst.de injur. 5. in med.

Quæ autem sint,& dicantur kampffer wunden/ 49
fleischwunden / beinschrötigte vnd offene wunden/ item Schandtmahl vnd lämbden/ vide latè

*Zobel.addit.in gl.lat.ad text.lat.*Landr.*lib.2.art.16. vers.cui sola caro vulneratur incip.*weil in diesem Articul *& seq.Gl. in* Weichbild. *art. 79. & seq. n.5.vers.* Zum ersten eine fleischwunden ist.*& vers.seq.elegant. Chilian* König *in suo processu.c.138.in addit.n.12. ibi,i*tem kampffer wunden sind. *& num. 13.per tot pulchrè Matth.Coler.d.decis.161.n.48.ibi,*lämbden *vocamus.n. 40.50.51.52.& n.seq.part.1.& de process.exec. part. 1.c. 9.n.53.Schneid.in §.sed & lex Cornelia 8.inst.de injur.n. 5.in med.*Vrthel *post* Landr. *tit.*wie man eine jegliche wunden nach ihrer art erkeñen sol *per tot.f l.530.col.2.*

Et hæc de jure Saxonico verissima sunt,utcunq; tamen sese habeant,& adhuc in aliis locis, ubi jus Saxonicum servatur,in usu retinentur.

Hodiè tamen in Electoratu Saxoniæ prorsus 50
abrogata sunt & constitutum,ut vetus dispositio juris Saxonici amplius non valeat,sed pœna arbitraria juris civilis sibi locum vendicet, ita ut injurians non solùm publice revocare cogatur:

Novell. Elector. August. part.4.constit 42.§.sub fin. vers. setzen/ordnen vnd wollen *in verb.* einen öffentlichen wiederruff

sed insuper etiam gravi pœnâ pecuniariâ, vel carcere, vel temporali relegatione vel pro conditione & qualitate personarum,loci, temporis,& aliarum circumstantiarum,etiam fustigatione pro arbitrio judicis puniatur,

Novell. Elector. Augusti d. part. 4. constit. 42. §. doruber aber vnd daneben soll auch. *ubi in comment. Daniel Moller.nu.1.& seq.*

Quæ abrogatio juris Saxonici non solùm in 51
verbalibus,sed etiam in realibus injuriis procedere debet,ut injurians arbitrariâ, vel pœnâ pecuniariâ,vel carcere vel temporali relegatione, vel quandoq; etiam fustigatione,puniatur,

Novell.Elector.Augusti.part.4. d. constit. 42. §. wir wollen auch diese vnsere *Constitution.4. ubi in comm. Daniel Moller.n. 33. & seq.*

Quod tamen cum micâ salis accipiendum, 52
puto,de realibus injuriis,levibus tantùm,pro quibus si criminaliter agitur,saltem mulcta triginta solidorum,ut suprà,*n.33.*dixi imponitur, vel etjam de realibus injuriis gravioribus & atrocioribus, in iis casibus, ubi dimidius VVergeldus duntaxat nomine mulctæ solvi solet. Secùs verò est in eis injuriis realibus atrocioribus,pro quibus amputatio manûs,ut supra *nu. 42. & 46.* dictum est,dictatur;In illis enim dispositio juris Saxonici non est abrogata,nec hoc unquam Electori Augusto in mentem venit,id quod ostendo *ex princ. d. Novell. part. 4. const. 42.*ubi Elector ideò,ad ejusmodi abrogationem juris Saxonici venit. quod perquam exigua pœna, nimirùm triginta tantùm solidi,in injuriantes esset statuta.

53 Ad alias igitur injurias, in quibus major pœna & quidem corporalis, puta amputatio manus, obtinet, extendi nequit, quoniam lex corrigens in uno casu non porrigitur ad alium casum, diversam rationem habentem,

Jason. in l. Gallus 29. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. n. 9.

Deindè, quia legem, quæ jus antiquum abrogat, & graviorem pœnam, quàm antea fuit statutum, inducere nititur, ita interpretari debemus, ne contra mentem & intentionem mitior & levior pœna imponatur. Si autem in *d. constit. 42. part. 4.* diceremus, quod jus Saxonicum quòd pœnam amputationis manûs abrogaretur, & in ejus locum pœna arbitraria, vel pecuniaria, vel carceris vel relegationis vel etiam fustigationis, surrogaretur, istud inde sequeretur, quoniam amputatio manûs quavis pœna pecuniariâ, vel relegatione vel etiam fustigatione, est major & grandior,

Novell. 134. c. quia v. 13. §. si verò tale in fin. & §. seq. c. 10. §. si quis alium intra. tit. de pace tenend. & ejus violat.

Veluti etiam ita mense Majo *Anno 1602. à VVittenbergensibus ad consultationem Senatus Pegaviensis responsum fuisse, supra n. 45. sub fin.* ostendi.

54 Diligenter autem judex, ad imponendam hanc pœnam arbitrariam debet attendere, an injuria sit atrox, an verò non, ita ut pro atroci injuria, pro qualitate ejus, majorem pœnam dictet, quàm pro aliâ,

Alvarott. in c. 1. § injuria. tit. de pace juram. firm. cod. n. 3. ibi, quare subsequenter & seq.

55 Quæ autem sit injuria atrox, & quæ pro tali habeatur, vide

elegant. Menoch lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 263. num. 1 & seqq. Farinac. consil. 30. num. 14. & seq. lib. 1. & in sua pract. crimin. part. 1. quæst. 18. num. 96. & seq. & part. 1. quæst 105. n. 1?5. & seqq. usq; ad num. 218. Cæsar. Manent. consil. 101. num. 6. & seqq. Gl. ordin. in Landr. *lib. 1. art. 62. n 5 & seq.*

56 Illud autem hoc in loco omittendum non est, quod judex pœnam arbitrariam, in hac materia injuriarum criminali, propter qualitatem, & atrocitatem facti, personarumq; dignitates, & conditiones, etiam ad mortem usque extendere possit

Gomez. lib. 3. var. resolut. c. 6. num. 8. Schneid. in §. in summa. 10. instit. de injur. n. 8. vers & poterit propter. Gl. ibid. verb. extraordinaria. Laurent. Kirchoff. consil. 33. num. 7. sub fin vers. vnd wird auch offt *extraordinaria pœna. & seq. vol. 2. Matth. Coler. decis. 161. incip. clarum est. num. 5. sub fin. part. 1. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. observ. 2. num. 2. vers. pœna autem arbitraria. & num. 3. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49. obser. 1. n. 18. Alvarot. in. c. 1. §. injuria. tit. de pace juram. firmand. n. 4. ante med. vers. imò etiam usq; Jul. Clar lib. 5. sent. §. injuria. nu. 7. in fin. & §. ult. quæst. 83. n. 11. vers. sed dato etiam. & seq. Pulchrè Joan. Harppr. in §. in summa. 10. instit. de injur. nu. 14. ibi, an porrò præfata. & seq.*

57 Quod etiam nominatim ad constitutionem Electoris Saxoniæ extendit

Andr. Rauchb. quæst. 7. incip. locus est paulo. num. 36. vers quod vel eò magis ... voce ... & seq. part. 1.

Quamvis contrarium velit

Daniel Muller. in comm. ad constitut. Saxon. part. 4. constit. 43. num. 2 vers. quamvis hodiè id locum. & sequent.

Unde fit, quod injuria sacerdotibus & mi- 58
nistris Ecclesiasticum illata, pœna capitali puniatur,

text. expr. in l. si quis in hoc. 10. C. de Epis. & Cleric.

Civiliter injuriarum agi potest duobus modis, 59
uno, quando agitur ad persecutionem damni per injuriam dati, vel ad persecutionem rei familiaris per injuriam ablatæ

Alterò, quando solùm agitur ad vindictam, & æstimationem injuriæ datæ, puta, si quis dicat se maluisse perdere magnam pecuniæ quantitatem, quàm talem injuriam sustinuisse,

Aym. Gravett. consil. 53. incip. Nobilis Hugo Boniparis. num. 1. vers. civiliter duobus modis & sequent. tom. 1.

Priori modo, quod quis damnum sibi per in- 60
juriam illatum persequi, & ejus restitutionem petere possit, nemo unquam dubitavit,

per text. in l. liber homo. 13. in princ. ff. ad l. Aquil. Aym. Gravett. d. consil. 53. num. 1. vers. primò quando agitur. tom. 1. Hartm. Pistor. lib. 1. quæst. 27. num. 3. vers. sed cum quidam. & num. seq. Jacob. Thoming. decis 24. incip. cum Nicolaus. num. 12. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105. inspect. 2. num. ?. & seq. Br. in l. item apud Labeonem. 15. §. si quis servo. ff. de injur. num. 1. in princ. Didac. Covarr. lib. 2. var. resolut. lib. 10. n. 7. vers. quartò eod. jure. & seq. Menoch. lib. 3. præsumpt. 114. incip. jure & quidem optime. num. 1. & num. seq.

Quod etiam in foro Saxonico est receptum; non obstante, quod pro injuriis realibus certa quædam mulcta sit constituta, vel hodie ex Novell. Elector. Augusti. *part. 4. constit. 42.* pœna arbitraria sit surrogata, tamen actio legis Aquiliæ ad damna & interesse injuriato non denegatur,

Joan. Schneid. in §. in summa. 10. instit. de injur. (ubi hanc veriorem & communiorem dicit) num. 4. vers. & licet quidam teneant. & seq. Matth. Coler. de process. exec. part 1. c. 9. num. 57. vers. at si civiliter agatur. junct. vers. ita tamen ut ultra & n. seq. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 107. n. 28. 30. & seq.

Consequitur autem injuriatus hâc actione 61
non solùm mercedes Medicorum, & impensas in curatione factas, sed etiam æstimationem operarum, quibus caruit, vel cariturus est ob id, quod inutilis est factus,

Matth. Coler. de process. exec. part. 1. d. c. 9. n. 58. & seq. Hartm. Pistor. obser. 103. incip. dictum fuit. n. 11. & seq. ut suprà part. 4. conclus. 11. n. 24. & seq. & conclus. 18. n. 21. dixi.

Quemadmodum etiam ita VVittenbergenses *Anno 1602.* ad requisitionem Senatus Pegaviensis contra J. J. pronunciarunt;

Wiewol mehr gemelter J. J. solches alles verneinen wöllen/ dieweil er aber dessen vberwiesen/ so ist er den beschedigten das Artzlohn zu bezahlen/ vnd jhnen sonsten gebührlichen abtrag wegen erlidtenen schaden vnd vnkosten/ auch propter omissas operas auff vorhergehende liquidation vnd moderation zu thun schuldig/ V. R. W.

Nisi injurians criminaliter, vel amputatione 62
manus, vel aliâ pœnâ corporali, fuerit punitus, tunc ad ejusmodi damni & interesse restitutionem non tenetur,

per

per Novell. Elector. Aug. part. 4. constit. 13. Kirchbirz. in suo process. part. 2. art. 1. n. 1. & art. 2. n. 1. vers. vnd solget auch. *Schult. ad Modest. Pistor. quæst. 107. n. 38. & per ea, quæ supra part. 4. conclus. 19. per tot. dixi.*

63 Æstimatio autem damnorum & operarum amissarum de jure civili committitur arbitrio judicis, qui primò damna & operas æstimat, & postea parti læsæ juramentum defert,

Matth. Coler. decis. 155. incip. jure civili n. 9 part. 1.

In Saxonia verò aliud est receptum, ut actor sua damna & operas ad aliquam quantitatem æstimet, quam reus etiam præstare tenetur, nisi suo juramento aliquid de ea diminuere possit.

64 Et licet videatur dicendum, quod hoc in casu juramentum minutionis locum habere non possit, quoniam illud non nisi in vi ablativa vel expulsiva admittitur,

Hartm. Pistor. quæst. 16. incip. ad damn. n. 17. ibi, porrò hæc. & seq. & n. ult. sub. fin. (ubi in hac ipsa materia injuriarum Mense Decembri, Anno 1556. ita pronunciatum refert) vers. & ideò anno lib. 1.

65 Hodiè tamen usu quotidiano receptum est, ut illud juramentum in qua vis vi, & injuriâ, sive rebus, sive personæ illata, locum sibi vendicet,

Andr. Rauchb. quæst. 9. incip. juramentum minutionis. n. 1. & seq. part. 1.

66 Et in specie, quod actor injuriatus, damna & operas ad certam summam æstimare possit, ad hoc, ut reus eam solvere teneatur, nisi juramento suo eam diminuat, tradit

Daniel Moller lib. 3. semestr. c. 38. incip. valdè magnus sub fin. princ. vers. vel enim quispiam. n. 1. & seq.

67 Unde 19. Martii Anno 1603. in judicio curiali Lipsiensi *in causa Martin* Seidman vnd *consorten contra* N von Ende zu Königsfeldt.
in puncto carcerati mis est pronunciatum, quod prædictus Nobilis von Ende subditis ob injustam carcerationem teneatur quantitatem æstimatam solvere, nisi eam juramento suo diminuere possit.

Non obstante, quod contrarium statuit *Hartm. Pistor. d. quæst. 16. n. 20. ibi contra vero cum u. lib. 1.*

68 Quemadmodum etiam, si alicui in rixa manus amputata, vel aliud membrum mutilatum & vulneratum est, is præter emendam Saxonicam, damnum rectè æstimare, & juramento minutionis rei conventi submittere potest,

Hartm. Pist. (ubi hanc opinionem à VVittenbergensibus admissam, & in Aula Electoris Saxoniæ probatam esse dicit) d. quæst. 16. num. 23 post med. vers. sed animadverti tandem. & seq. lib. 1. pag. mihi 157. Matth. Coler. tractat. de process. exec. part. 1. c. 9. num. 58. vers. una cum operis.

Non attento, quod contrarium velit, & ita à Scabinis Lipsensibus pronunciatum fuisse, restetur *Hartm. Pistor. d. quæst. 16. n. 21. ibi, hinc etiam in casu n. 22. & seq. usq. ad fin. lib. 1.*

Cujus tamen rationes parùm urgent, dum enim inter alia dicit, & præcipuum ejus fundamentum est, quod scilicet textus im Landr. *lib. 1. art. 51.* in illis demùm casibus juramentum hoc minutionis seu minorationis admittat, in quibus nulla certa est statuta æstimatio, seu VVergeldum: nihil movet: Quia æstimatio & emenda in jure Saxonico expressa, & reparatio damni & interesse omninò sunt separata; & licet pro amputatione manus, vel mutilatione alterius membri, in jure Saxonico certa pœna sit expressa, per hoc tamen æstimatio damni, & operarum non excluditur, aliâs si hæc ratio *Hartmanni Pistoris* valeret, sequeretur, quod præter emendam Saxonicam nulla æstimatio damni & interesse fieri posset, quod tamen est magnum absurdum, & quotidiana experientiæ contrarium, *ut modo dictum*, valdeq; durum & crudele foret, pro amputatâ manu, vel accepto damno corporis perpetuo & irreparabili, in brachio, pede, vel alio membro, per cujus usum vulneratus, antea tam seipsum, quàm totam familiam honestè exhibere potuit, satisfactione dimidii VVergeldi ipsum debere esse contentum, qui ad victum unius semestris, vel quadrantis anni vix suppetat, & ita sub sequenti vitæ tempore fame confici, vel ostiatim panes quærere compelleretur, ut rectè tradit

Matth. Coler. de process. execut. part. 1. d. c. 9 num. 58. vers. quia valdè durum. & vers. seq.

Posteriori modo, etiam extra omnem controversiam positum est, quod de jure civili injuriatus injuriam sibi illatam æstimare & æstimationem petere possit, 69

Gravett. d. consil. 53 nu 1. vers. secundò quando solùm. tom. 1. Matth. de Afflict. in c. 1. §. injuria punitur tit. de pace jur. am. firmand. n. 3. princ. vers. secundo modo. Gail. lib. 1. obs. 65. n. 2. vers. civiliter injuriarum agitur. Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49. obser. 3. n. 1. & seq. VVesenb. in comm. ff. de injur. n. 14. post princ. Br. in l. prætor edixit. §. si dicatur. ff. de injur. nu. 1. & seqq. Iacob Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 107. n. 14. part. 3. Prosper Farinac. in suâ pract. crimin. quæst. 105. n. 35. & seq. Angel. Aretin. tract. malefic. verb. & ad querelam Titii infra scripti. nu. 96. fol. mihi 93. Iohann. Harppr. in §. in summa autem. Inst. de injur. n. 2 & seq.

An autem necessè sit, ut injuriatus certam quantitatem, ad quam injurias sibi factas æstimat, in libello exprimat, an verò sufficiat, si in genere interesse petat, & per judicem taxari contendat, non usque adeò clara inter interpretes est decisio? 70

Quicquid sit, communiter est receptum, quod tutius sit, ut injuriatus certam quantitatem in libello exprimat, salvâ tamen taxatione judicis, 71

Schmid. (ubi hanc communiorem dicit) in §. pœna. instit. de injur. num. 4. vers. communior tamen est opinio. & seq. VVesenb. in comm. ff. eod. n. 15. sub fin. vers. tamen tutius est. Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49. obser. 3. num. 2. & nu. 5. Angel. Aretin. (ubi se semper practicando ita servasse dicit) tract. malefic. verb. & ad querelam Titii. nu. 96. vers. ego autem practicando. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105. nu. 38. ibi, secunda fit conclusio. Iul. Clar. lib. 5. sent. § injuria. n. 6. post prim.

Quod procedit, non solùm in actione prætoria, sed etiam in actione civili, ex l. Cornelia descendente, 72

Gail. lib. 2. obser. 102. n. 9. vers. tam in actione prætoriâ. Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49. d. obser. 3. nu. 3 sub fin. vers. & tam in actione. & num. 4. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. d. quæst. 105. inspect. 2. n. 93. & n. seq.

Non attento, quod contrarium velit

Gl. in § sed & lex Cornelia. instit. de injur. verb. introduxit post princ. Br. in l. prætor edixit. §. si dicatur. ff. de in-

de injur. nu. 4. sub fin. vers. sed quod dicitur de actione. & in l. injuriarum æstimatio ff. eod. nu. 4. vers. tertio quæro.

73 Et quidem, si alicui plures injuriæ sunt factæ, aliquæ verbis, aliquæ autem facto, tunc in libero arbitrio est actoris, utrum omnes una æstimatione comprehendere, an verò singulas sigillatim æstimare velit,

Cyn. in d. l. si non convicii. 5. C. de injur. n. 19. Farinac. d. quæst. 105. inspect. 2. n. 51. Schneid. in §. pœna autem inst. de injur. n. 9. ibi, ex quo oritur.

74 Sed quid, utrum necessè est, ut injuriatus æstimationem injuriæ referat ad damnum, puta, quod potius voluisset tantam quantitatem de suo patrimonio amisisse & perdidisse, quàm talem injuriam passum esse: an verò sufficiat, si æstimationem referat ad lucrum, quod scilicet pro tot tantisque coronatis tantam injuriam nollet pati, vel nollet lucrari tantum, & pati tantam injuriam? Necessariò quidem non requiritur, ut actor se vel ad lucrum vel ad damnum referat, sed sufficit, si absque ulla relatione dicat, se passum esse talem injuriam, quam taori æstimat, reumque in illam quantitatem condemnari petit, salva taxatione judicis,

Cyn. in l. si non convicii. 5. C. de injur. n. 10. quæst. n. 14. Alber. eod. nu. 14. Johann. Faber. in §. sed & lex Cornelia. inst. de injur. nu. 3. vers. sed pro Dno Joann. Schneid. in §. pœna autem inst. eod. n. 6. vers. sed Cynus Farinac. d. quæst. 105. n. 41. ibi, tertia est conclusio. Felin. in c. cum te. 23. x. de re jud. n. 17. vers. & si simpliciter. Salyc. in l. atrocem. 4. C. de injur. n. 4. vers. quæro tunc post pr.

75 Si verò actor taxationem & æstimationem injuriæ ad alterutrum referre velit, tunc necessè est, ut eam ad damnum referat, alias libellus vitiatur, & æstimatio non valet, quoniam lucri & damni non est par ratio,

l. ult. C. de Codicill. Iacob de Bellovis. in suâ pract. crim. lib. 1. c. 17. nu. 3. ibi, sed nunquid est necesse. & n. 4. Angel. consil. 95. incip. quidam nomine. nu. 2. vers. fieri debet æstimatio. & sub fin. vers. nam passus injuriam. Felin. in c. cum te. 23. x. de re judic. nu. 16. post princ. vers. ubi optimè ponit. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. inspect. 2. nu. 24. ibi, sed si vult. & num. seq. Cyn. in d. l. si non convicii. 5. C. de injur. num. 14. Alber. eod. nu. 14. vers. si tamen. & in l. injuriarum æstimatio. ff. eod. (ubi dicit, quod communiter errent advocati facientes referre æstimationem ad lucrum.) num. 2. sub fin. & num. seq. Specul. libr. 4. part. 4. (ubi dicit hanc opinionem prævaluisse) tit. de injur. & damn. dat. §. 1. num. 6. vers. ego juro quod prius vellem. & num. 7. Hostiensis in summ. x. de injur. §. & in quantum. nu. 7. post princ. vers. sed secundum. & seq. Gail. lib. 1. obser. 65. num. 2. vers. utputa si in libello ponat. & seq.

76 Non obstante, quod contrarium velint, & nihil interesse statuant, an actor ad damnum, an verò ad lucrum æstimationem referat,

Gl. in l. injuriarum æstimatio. 21. ff. de injur. verb. injuriarum æstimatio. vers. qui juret & vers. seq. Br. eod. nu. 3. ibi, secundo quæro. junct. sub fin. vers. sed non obstat. Iodoc. Damboud in suâ pract. crim. c. 135. num. 2. vers. hoc modo si injuriatus. & seq. Angel. Aretin. tract. malefic. verb. & ad querelam Titii. n. 66. in princ. vers. videbitur, duplici modo. & vers. seq. Schneid. in §. pœna autem inst. de injur. nu. 6. vers. verior tamen est Ægid. Boss. in pract. crim. tit. de injur. n. 2. post pr. vers. quæ æstimatio. & seq.

Si verò actor est pauper, ita, ut injuriam æstimare, & jurare non possit, quod tantum potius de suo patrimonio voluisset perdere, quàm talem injuriam pati, tunc is debet in libello dicere, quod vellet tantum de suo patrimonio amisisse, si haberet, 77

Specul. lib. 4. part. 4. tit. de injuriis. & damn. dato. §. 1. n. 7. vers. pono enim, quod aliquis. & nu. 8. vers. sed dic quod primò. Iacob de Bellovis. in suâ pract. crim. lib. 1. c. 17. n. 6. ibi, quod si injuriatus sit pauper. & nu. seq. Prosper. Farinac. in suâ pract. crim. part. 3. d. quæst. 105. inspect. 2. n. 43. ibi, quid si actor. Angel. in l. si non convicii. 5. C. de injur. n. 10. vers. est ergo videndum. Alber. eod. n. 14. vers. quomodo ergo faciet. Ioann. Fab. in §. sed & lex Cornel. inst. de injur. n. 2. vers. pro opin.

Et quidem non sufficit, ut actor injuriam sibi illatam æstimet, sed insuper etiam requiritur, ut æstimatio illa fiat cum juramento, 78

Gl. in §. pœna. inst. de injur. verb. æstimaverit. Farinac. in sua pract. crim. part. 3. d. quæst. 105. inspect. 2. n. 47. ibi, quinta sit conclusio. Angel. consil. 95. incip. quidam nomine. n. 2. post med. vers. & quod hæc extimatio.

Nisi actor quantitatem æstimationis injuriæ per testes probare velit, 79

Socin. consil. 146. n. 2. vers. circa tertiam quæstionem. n. 8. & nu. 17. lib. 1. Boss. de injur. nu. 2. vers. & quia si est facta. & seq. Farin. d. quæst. 105. nu. 46. Ioann. Aloys. Riccius. decis. 138. col. 3. vers. sed injuriarum.

Et licet *Gl. in l. lex. Cornelia ff. de injur. verb. lex Cornelia sub fin. vers. item non juratur. Br. in l. injuriarum æstimatio. 21. ff. eod. nu. 2. ibi, quæro, qualiter fiet. & seq. Mynsing. (ubi hanc gl. opinionem per dominos Assessores Cameræ approbatam fuisse dicit) cent. 1. obser. 84. incip. quod actio in med. vers. porrò fuit etiam. & seq.* 80

velit, quod tunc demùm æstimatio fiat per juramentum actoris, si agitur ex jure prætorio, secùs si ex l. Cornelia, tunc enim æstimatio juramento fieri non debet, sed sufficit, si officiò judicis fiat.

In practicâ tamen ubiq; locorum receptum est, ut etiam in l. Cornelia æstimatio injuriarum mediante juramento fiat, 81

Azo in summ. de injur. Angel. consil. 95. incip. quidam nomine. num. 2. post med. vers. vel secundum. & seq. Roffred. in tractat. l. libellor. rubr. de civili act. injur. col. 3. vers. & sic quantum ad ista. part. 4. fol. mihi. 93. VVesenbec. in comm. ff. de injur. num. 14. vers. ac si quidem junct. vers. & cum ex l. Cornelia agitur. Gail. lib. 2. obser. 102. num. 10. vers. tam in actione prætoria Schneid. (ubi hanc communiorem dicit) in §. pœna autem inst. de injur. n. 4. vers. & licet quidam. & seq.

Sed jam dubitatur, quando hoc juramentum sit præstandum, an debeat præcedere taxatio judicis, an verò priùs jurari, & postea moderatio judicis subsequi? 82

Et licet videatur dicendum, quod moderatio judicis nec præcedere, nec subsequi possit, sed sufficiat, si actor injurias ad certam quantitatem æstimet, & æstimationem juramentô confirmet,

Iodoc. Damboud. in sua pract. crimin. c. 135. n. 2. ibi, de quâ ipsi injuriato. & n. 3.

Hæc tamen assertio mihi non placet; Inveniuntur enim non raró nonnulli homines tam improbæ & perversæ naturæ, qui propter lucra captanda ad infinitum usque jurarent, ideoque ut 83

hæc

hæc iniquitas evitetur, meritò taxatio judicis præcedere debet,

Hostiens.in summ.x. de injur.§. & in quantum.nu.7. post.pr.vers. & re quu.& seq.

84 Alii verò dicunt, quod juramentum debeat præcedere taxationem judicis, ita ut actor prius juret, & æstimationem in libello expressam juramento confirmet, postea verò judex quantitatem æstimatam, & juratam taxet, & moderetur,

Cyn. in l. si non convicis. C.de injur. nu.19. Roffred.in tract.libellor.rubr.de civil.action.injur.col.2.in fin.vers. Dominus tamen meus. & vers.seq. part.4.fol. mihi.92. Jacob de Bellovis.(ubi hunc processum in actione injur. servari dicit) in suâ pract. crim.lib.1.c.3.num.82.ibi, unde in istâ actione.& num.seq. VVesenb.in comm ff. de injur.num.14.vers. moderatione tamen. & n.15.post med. vers. sed revertamur. Schneid. in §. pœna autem instit. eod.num.12.ibi, ultimò & conclusivè. Matth.de Afflict. in c.1.§.injuria punitur. tit. de pace juram.confirm.nu.3.in med. vers.& judex postea debet. & seq. Br.in l.injuriarum. æstimatio.21.ff.de injur. nu.2.vers. taxatum tamen per judicem. Socin.Sen.consil.146 nu.15.sub fin.lib.1. Didac.Covarr.lib.2.variar.resolut.c.10. n.7.sub fin. vers.sic injuriam passus post pr.in verb. si quidem injuriæ æstimatio. & seq.

Nec hæc opinio placet, præterquam enim, quod actorem jurantem perjurii arguat, reclamat etiam textus *in auth.post jusjurandum. C.de judic. Novell.82.c.10.*

ubi quodammodò generalis regula traditur, quod in æstimatione expensarum, & damnorum talis ordo observetur, ut priùs à judice fiat moderatio, postea verò subsequatur confirmatio juramentalis.

85 Ideoq; rectiùs faciunt, qui statuunt, quod judex pro suâ discretione æstimationem, ab actore in libello expressam, restringere, ad certam quantitatem redigere, & præambulâ interlocutoriâ taxare possit, ad hoc, ut postea actor usq; ad quantitatem à judice taxatam, & ad certam summam redactam, jurare teneatur,

Felin.in c.cum te.23.x.de re judic.num.16.post princ. vers.adde etiam Rotam.& seq. Hostiens.in summ. x de injur.§.& in quantum.num.7. vers.inde est, quòd communue.& seq. Johann. Harppr.in § in summa.instit.eod. n.3. ibi, cæterum judex. Andr. Gail.lib.2 observ.102. (ubi ita ubiq; in foro observari testatur) num.8. nu.9. nu.10.ibi, ubi dixit.& n.seq.& lib.1.de pignorationib.c.18.num.3. ibi, item in causis injuriarum. Jul. Clar.lib.5. sentent.§. injuria.num.6.ibi, sed nunquid. Angel. tractat. malefic. verb.& ad querelam Titii.nu.96.post princ.vers.taxatione judicis. Johann. Schneid. in §. pœna instit.de injur. num.4.vers.judex enim. & seq. Jacob de Bellovis. in suâ practic.crimin. lib.1.c.17.num.5. ibi, tales æstimationes, & seq. Johann. Aloys. Riccius. lib.1. collect.decis.133.col 2. in fin.vers.ante injuriæ æstimationem.& seq Prosper. Farinac. in suâ practic.crimin. part.3.quæst.105. inspect.2.n.49.ibi, altera fuit. Johann. Plot. de in lit.jurand §.46. n.1 Mynsing.(ubi ita in causâ Gobelii Emerich. *contra Senatum Coloniensem, item in causa* Vogel *contra Senatum Monacensem, & contra Comitem de* Fürstenbergk *in Camerâ judicatum refert) cent.1.observ.14. sub fin.vers.attamen de stylo.usq; ad fin.*

86 Unde communiter pronunciari solet: Würde Kläger mit einem leiblichen Eyde erhalten / daß er die auff Richterlichem Ampte ermessigte Summen Ihme von wegen Ihme Jnn dem Vertragbeklagten ... ten willn von den seinen entrahten / denn solche geklagte Injurien leiden wolte / ergienge in der Sachen ferner was recht ist. V.R.W.

Hac interlocutoria ita præmissâ, si actor juravit, judex reum præcisè in summam illam taxatam & juratam condemnare debet, 87

Bonifac.de Vitalin.in tit. de injur. numer.37. Prosper. Farinac. (ubi limitat, nisi subsit justa causa) in suâ practic.crimin. part 3. quæst. 105.inspect.2. num.50. ibi, sed retentâ Jason.in l.si quan 0 9 C. unde vi. (ubi etiam limitat) num. 25. vers. quod quando præcessit taxatio.& num 26.Nicol.Boer.decis.55.incip.& videtur dominum. num. 3.

Si verò actor nolit jurare ad moderationem & æstimationem judicis, eò, quod minus petitione & opinione suâ æstimatum sit, tunc judex interloquendo ei juramenti præstationem sub comminatione absolutoriæ sententiæ rei injuriantis injungere potest, veluti ita in Camerâ imperiali observatum fuisse, testatur 88

Andr.Gail.lib.2. obser.102. incip.condemnatum injuriarum.num.11. vers. sed quid si injuriam passus. & seq. quem sequitur Johann. Harppr in §.in summa.10. inst.de injur 3.vers. quod si actor.& seq.

Et si actor ad quantitatem taxatam juravit, tunc reus eam præcisè solvere debet, alias si non est solvendo, punitur in corpore, 89

Felin.in c.cum te.23.x.de re judic. num.17.post princ. vers.& si injurians non est solvendo. Jacob de Bellovis.in sua pract.crim.lib.1.c.17.n.8.Farinac. in sua pract.crim. part.3. quæst.105.inspect.2.nu.52. & n.seq. Schneid.in §. pœna.instit.de injur. n 7. Jul.Clar.lib.5.sent.§.ult.quæst. 95.nu.2.Plot.de in lit.jurand.§.46.nu.2.Joann. Harppr. in §.in summa. 10. instit.de injur.nu.27.ibi, controvertitur vel de (ubi pulchras ampliationes affert.) & n.seqq. usq ad n.46.

Illud tamen ultimò locô hic notandum est, quod æstimatio injuriarum non ad tempus, quò judicatur, sed quo alicui injuria facta est, referri debeat, 90

l.injuriarum.21.ff.de injur.pulchrè Johann.Harppr. in §.atrox.9.inst de injur. n.9.ibi, ex quibus consultat.& n.seqq. Tiraq. de pœna temper.caus.5.n.5.

Et hæc de jure civili verissima esse, nemo inficiabitur.

Jure Saxonico verò ejusmodi æstimatio & taxatio injuriarum non habet locum, sed per hoc jus juxta uniuscujusq; statum & conditionem certa pœna expressa & statuta est, ultra quam pars ea, si civiliter convenitur, non potest condemnari. 91

Landr. lib.3.art.45.Gl. ordin. im Landr. *lib.1. art. 68 n.0.in med vers,* hie sagen etliche Leute *& n.seq. & ibid.gl.marginal.lit B.incip.æstimatio injuriarum. Joann. Schneid.in §.pœna.inst.de injur.n.15.vers. tamen non necesse.& seq. Matth.Coler.decis.161.incip.clarum est.n.10. ibi,jure autem Saxonico. n.11. & n.seq.part.1.*

Imò actor, si pro injuriâ sibi illata majorem pœnam seu emendationem petit, quam jure Saxonico habet constitutam, cadit utraque, 92

Matth.Col.d.decis.161. n.14 si quis pro injuria part.1.

Ideoq; omnia illa, quæ supra *num.12 & n.seqq.* dicta sunt, etiam hoc in loco, ubi civiliter injuriarum de jure Saxonico agitur, obtinent, 93

Matth.

Matth. Coler. decis. 161. nu. 19. & seq. fol. vers. in verb. [illegible] part. 1.

94 Ita ut reus, si pro injuriis verbalibus conveniatur, non plus, quam triginta solidos, actori, si masculus est,

Matth. Coler. d. decis. 161. n. 1. & seq. & n. 32. Schneid. d. §. pœna. 7. inst. de injur. n. 15. post princ. & §. sed & lex Cornelia inst. eod. n. 5. post princ. VVesenb. in comm. ff. eod. n. 17. post pr. König *in suo process. c. 55. n. 1. in med. vers.* aber nach unserm. *& seq.*

95 Mulier vero quindecim solidos, perindè ut suprà. *n. 22. & seq.* dixi, solvere debeat,

Matth. Coler d. decis. 161. nu. 19. & seq. Schneid. in §. pœna. 7. inst. de injur. nu. 15. sub fin. König *in suo process. c. 128. n. 7.*

96 Et insuper judici mulctæ loco octo solidos in civitatibus, & tres solidos in pagis.

Coler. d. decis. 161. n. 15. & seq. ut etiam supra. n. 20 & seq. dictum est.

97 Quod procedit etiam, si pro injuriis realibus, legibus tamen conveniatur, nam & tunc solvendo triginta solidos actori liberatur reus,

Matth. Coler. d. decis. 161. num. 57. schlechte Wunden. *& seq. Schneid. d. §. pœna. instit. de injur. num. 15. & seq. & § sed & lex Corneli. inst. eod. nu. 5. post pr.* König *in suo process. c. 138. n. 6. non secùs, ac paulò ante n. 33. & seqq. dixi.*

98 Si verò pro injuriis realibus gravioribus & atrocioribus civiliter conveniatur, tunc eius pœna est dimidius VVergeldus,

Urthel *post* Landr. *tit.* von wette vnd busse. *col. 2. vers.* würde aber einer. *& col. 2. vers.* so aber solche That. *fol. 129. & seq. Matth. Coler. decis. 161. n. 38. & n. 53. vers. ubi autem civiliter. part. 1. & tractat. de process. execut. part. 1. c. 9. 57. vers. at si civiliter agatur. & n. seq. Schneid. in § sed & lex. Cornelia. instit. de injur n. 5. in med. vers. quando autem pro gravioribus. Jacob Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 107. num. 29. & seq.* König *in suo process. c. 128 nu. 4. vers.* so aber solche. Rotschitz *in suo process. part. 2. art. n. 5.*

99 Nisi sit mulier, tunc ei reus quartam partem VVergeldi duntaxat solvere debet,

Matth. Coler. d. decis. 161. n. 55. ibi, circa quod. & seq. part. 1.

100 Judici verò supremam mulctam, puta sexaginta solidos, das höchste gewette seynd 60. Schilling/

Matth. Coler. d. decis. 161. nu. 51. (ubi ita Ienenses Ernest *a* Schönberg *contra Reiboldos Mense Aprili Anno 1579. respondisse testatur) post med. vers. nos respondimus. & n. 63. ibi, judici tamen. part. 1. & de process. exec. in præfat. n. 21. ibi. quod pro. edit. in princ.*

101 Quam emendam reus etiam præcisè solvere cogitur, alias si non habet in ære, adjudicatur injuriato ad manus, adinstar alterius debitoris, non solvendo existentis,

Matth. Coler. d. decis. 161. num. 67. ibi, quod si autem vulnerator. part 1.

Et quidem si injuria verbalis universitati vel pluribus est facta, tunc omnibus & singulis prædicta pœna & mulcta, secundùm uniuscujusque statum & conditionem, solvi debet, veluti ante aliquot annos Scabini Lipsenses pronunciarunt, Hat einer auß mercklicher grober Vergessenheit/ ewern Weibern/ Jungfrawen vnd Töchtern/ schmehewrtt zugesagt/ daß keine fromme Fraw oder Jungfraw in ewer in Städtlein wohnen/ vnd hat sich dergestalt bekennet/ vnd seinen wandel vnd abtrag gestalt/ So muß er solche schmeheliche Zulage vnd Nachrede mit gesatzter busse gegen einer jedern Jungfrawen/ vnd die solches Alters were/ daß sie mit Vnfrömmigkeit möge beschuldiget / oder bezüchtiget werden / abtragen vnd verbüssen/ vnd mag solches mit einer Buße allein gnugsam zu rechte nicht achten/ V.R.W.

Quæ quidem omnia procedunt in iis locis, ubi jus Saxonicum observatur.

In Electoratu verò nostro hodie sunt correcta, 102 & statutum, quod injurians prædictam pœnam solvendo non liberetur, sed injuriam alicui illatam publicè in loco judicii revocare, & insuper alia pœna arbitraria, vel gravi pecuniaria, vel carcere, vel relegatione temporali, vel pro conditione, & qualitate personarum, loci, temporis, & aliarum circumstantiarum, etiam fustigatione, puniri debeat,

Novell. Elector. August. part. 4. constit. 42. n. 2. sub fin. vers. einen öffentlichen Widerruff. *& §. seq.*

Sed cuinam illa pœna pecuniaria, cujus in dicta 103 *const. 42. §. 3. vers.* mit einer hohen Geldbusse/ *&c.* fit mentio, applicari debet, an fisco seu judici, an verò parti? Breviter dico, quod dicta verba mit einer hohen Geldbusse/*&c.* indistinctè tàm de criminali quam civili actione possint accipi, ita ut pœna illa pecuniaria, si injuriarum criminaliter agatur, applicetur fisco, seu judici, si verò civiliter, parti seu actori. Tùm, quod *in d. constit. 42. § 3.* non exprimatur, cuinam illa pœna pecuniaria debeat applicari.

Lex autem vel dispositio generaliter loquens, comprehendit omnia, licet in uno militet major ratio, quam in alio, *l. in fraudem. in fin. ff. de milit. testam. Dec. in c. sedes. x. de rescript. n. 12. & n. seq. Gozadin. consil. 10. n. 17. consil. 35. n. 6. & consil. 103. n. 3.*

Tùm, quia constitutio vel dispositio generalis, quæ de pluribus casibus potest accipi, generaliter, & de omnibus casibus etiam debet intelligi,

Br. quæst. 9. incip. judex per imperitiam. num. 7. vers. sexto probatur. part. 1.

Tùm, quia verba constitutionis novę, per quam reditur ad jus commune, latissimè sunt intelligenda, *gl. in c. statutum. verb. numerandum. de præbend. in 6. Roman. consil. 318. incip. quæritur etiam. nu. 5. Curt. Iun. consil. 5. n. 29. seq. & consil. 6. n. 14. Aym. Gravett. consil. 174. n. 7. Dec. consil. 3. n. 5. vers. statutum verò. & seq.*

Dicta autem constitutio Electoralis vetus jus Saxonicum corrigit & nos ad jus commune reducit.

Tùm, quia si illa verba, mit einer hohen Geldbusse / de criminali actione tantum acciperemus, vel etiam de civili quidem, sed ita tamen, ut illa pœna pecuniaria, non parti, sed fisco tantùm applicaretur, sequeretur, quod *d. constitutio* actionem civilem injuriarum vel omninò tolleret, vel si eam non tolleret, tamen ita restringeret, ut pœna contra dispositionem juris communis & intentionem actoris & tenorem libelli, fisco conferretur. Utrumque autem esse absurdum, juri communi contrarium, divinatorium & in *d. const. 42.* ne verbulo quidem expressum, quis non videt?

Ex his

104 Ex his igitur patet, superfluum esse illud, quod tradit *Wesenb. in comm. ff. de injur. (ubi ita pronuntiatum se vidisse testatur) nu. 18. ante med. vers. existimo tamen. & usq. seq.*
dum putat, quod actor, præsertim tenuis & egenus, si malit civilem actionem injuriarum instituere, & inde lucrum aliquod consequi, possit ad jus vetus Saxonicum redire, & mulctam Saxonicam, juxta
Landr. lib. 2. art. 16. & lib. 3. art. 45. Chilian König: c. 138. & ea, *quæ paulò antea dicta sunt*, sibi petere, propterea quod d. constitutio Electoralis in eius favorem sit inventa, quæ in eius odium non retorquenda,
l. quod favore. 6. l. nulla. C. de legibus.
Quamvis tamen & in hoc à VVesenbecio rectè dissentiat
Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 4. const. 42. n. 33. vers. quæri autem potest. & vers. seq.

105 Propterea, quod lex abrogata amplius allegari, & quis ex ea lucrum consequi non possit,
Br. in l. 1. in princ. ff. de conjung. cum emancip. liberi Plot. de in lit. jurand. § 6. n. 5. Aretin in §. in personam. instit. de action. Iason. eod. num. 19. Dec. in c. 1. x. de constit. n. 37. late Tusch. tom. 5. pract. conclus. lit. L. verb. lex. conclus. 279. n. 1. & seqq. per tot.

106 His ita positis, quod dicta verba, mit einer hohen Geldbusse / etc. etiam de actione civili possint accipi, & pœna illa pecuniaria parti applicetur, nunc insurgit alia quæstio: an actor in libello injuriam æstimare, & certam quantitatem exprimere possit, ad hoc, ut eam judex præambulâ interlocutoriâ taxet, & postea actor ad summam taxatam juret, perindè ut supra. *nu 69. & seqq.* de jure civili obtinere dixi? Quoad damna quidem, & operas amissas minus dubium est, quod ea actor æstimare, & juramento minutionis rei submittere possit, ut suprà. *n. 64. & seq.* dixi.

Quoad ipsas verò injurias, an eas actor æstimare, & dicere possit, quod potiùs tantùm de suo patrimonio perdere voluisset, quam talem injuriam pati, *ut suprà dictum est*, aliquantò major solet esse dubitatio? propterea, quod hoc *in d. const. 42.* non exprimatur, & unquam in his terris ita practicatum fuisse non constet.

107 Verum enimverò mihi affirmativa magis arridet; tùm, quia regula est universalis, quod nova lex & constitutio disponens de materia juris communis, omnes declarationes & extensiones juris communis recipiat,
c. ex parte. & ibid. not. Abb. x. de V. S. l. 1. §. lex Falcidia ff. ad l. Falcidiam. Br. in l. omnes populi. 10. ff. de I. & I. n. 60. Hartm. Pist. quæst. 43. incip. etsi de jure. nu. 15. ibi, est enim regulare. & n. seq. lib. 1. part. 2.

Prædictam autem novam constitutionem Electoralem disponere de materia juris communis, omnibus patet. Tùm, quia d. constitutio Electoralis abrogat jus Saxonicum, & nos reducit ad jus antiquum civile, ut in Electoratu injuria arbitrariè perinde, ut de jure civili, puniatur; Lex autem nova correctoria reducens nos ad jus antiquum, censetur favorabilis, & per consequens ad omnes qualitates juris antiqui extendenda, *Curt. Iun. consil. 99. (ubi hanc veram & communem dicit) incip. Iacobin. de Put. n. 3. ibi, quo casu succedit vera. & seq. part. 2.*

Tùm, quia per eiusmodi æstimationem injuriarum, ab actore factam, judici arbitrium suum non præripitur, sed is nihilominus summam injuriarum, quanti velit, æstimare, & taxare & juramento actoris committere potest. Nec movent in contrarium adducta; Quia quod in *d. constit. 42.* expressum non est, debet ex jure communi suppleri, per vulgaria. Minus movet, quod hactenus ita in his terris non fuit practicatum: Quia lex vel constitutio, quæ antea non est practicata, per hoc non tollitur, potest enim adhùc practicari, cum non sit abolita per contrariam consuetudinem, *l. 2. C. quæ sit longa consuetud. elegant. Paul. de Castr. in l. in criminali. 5. C. de jurisdict. nu. 1. vers. tertiò puniit tales judices. & seq.*

Illud tamen ultimò locô notandum est, licet 108
per constitutionem Electoralem juri Saxonico quoad pœnas in causis injuriarum sit derogatum, illis tamen, qui vel de superiori vel inferiori jurisdictione, eiusq; dependentibus investiti sunt, quoad eorum jurisdictiones, nihil est derogatum, sed ille, qui inferiorem jurisdictionem habet, in iis casibus, ubi cognitio injuriarum ad eum spectat, ut supra *part. 1. conclus. 1. nu. 11. & seq.* dictum est, nihilominus injurias punire, & injuriantem in majorem & graviorem pœnam, quam aliàs in aliis causis, ad inferiorem jurisdictionem pertinentibus permissum est, pro arbitrio condemnare potest, ut
per text. in Novell. Elector. Augusti part. 4. constit. 42. §. ult. sub fin. vers. jedoch daß gleichwol die gebräuche. rectè animadvertit *Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 4. d. constit. 42. n. 34. ibi, cæterum quod subjicit. & seq.*

LXII.

De actione ad palinodiam, seu de revocatione, & recantatione injuriarum.

S U M M A R I A.

1. *Actio ad palinodiam juri scripto est incognita, & usu tantum recepta.*
2. *Hodie in Imperio Romano est approbata.*
3. *In foro Saxonico an etiam sit usitata. nu. 4. num 5.*
6. *An actio ad palinodiam sit civilis, an verò criminalis. n. 7. 8. 10. 11. 12. 13.*
9. *Recantatio injuriarum est pœna corporalis.*
14. *Omnis dispositio augmentativa præcedentis dispositionis, etiamsi sit stricti juris, ex tacita juris repetitione in se continet omnes qualitates & limitationes, quæ continentur in dispositione augmentata.*
15. *Determinatio adjecta determinationi legali, cui fit additio, intelligitur tacitè repetita in dispositione addente.*
16. *Recantatio solum obtinet in injuriis verbalibus.*

17. Ha-

17. *Habet locum etiam adversus condemnatum. nu 18.*

19. *Doctores etiam possunt condemnari ad palinodiam.*

20. *Contra universitatem, & communionem an locum habet.*

21. *Judicium palinodiæ an sit famosum.*

22. *An habet locum in Clericis.*

23. *Non habet locum, si crimen objectum sit verum. n. 24.*

25. *Si injuriatus moritur, an actio palinodiæ ad eius hæredes transmittatur.*

26. *Actio palinodiæ est personalis, & ad solius injuriati favorem inducta.*

27. *Si injurians post litem contestatam moritur, an eius heredes ad palinodiam cogi possint.*

28. *Nobiles an ad palinodiam canendam adigi possunt. n. 29. 30.*

31. *In pœnis uniformiter, determinatè & indiscriminatim impositis, inter nobiles, & plebeios nulla est differentia.*

32. *Quid de Comitibus, & aliis illustribus personis, dicendum.*

33. *Reus palinodiam in loco publico canere debet. 35.*

34. *Et quidem in propriâ personâ, nec per procuratorem.*

36. *Quid juris, si reus palinodiam canere, & injuriam revocare nolit. 37. 38. 39. 40. 41. & n. 42.*

43. *Actio injuriarum recantatoria quanto tempore præscribitur.*

44. *An judex reum etiam condemnare possit ad veniam petendam injuriato,* eine Abbitte zu thun.

Nov. Elect. Aug. par. 4. const. 42 §. e v. einen öffentlichen Widerruff.

UBique locorum in praxi servatur, ut injuriatus ad palinodiam & revocationem verborum injuriosorum, & restitutionem famæ læsæ agat, daß der Geschmechte auff einen Widerruff klaget.

Quæ quidem actio ad palinodiam seu recantationem injuriarum in jure scripto non est fundata, *Herman Vult. in §. pœna autem 7. inst. de injur. n. 6. vers. juri civili scripta incognita. Diaz. in pract. crimin. Canonicâ. c. 66. alias. 60 in verb. maledic. n. 7.*

1 sed usu tantùm & consuetudine recepta,

Mynsing. cent. 2. obser. 98 in p. formula agendi. n. 4. & n. 10. VVurmbs. (ubi ita in judicio Imperiali sententionatum fuisse testatur) lib. 2. obser. tit. 47. obser. 1. in p. quod libellus. num. 1. & seq. Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49. obser. 3. nu. 6. Gail. lib. 1. obser. 60. num. 2. in med. Herman. Vult. lib. 2. jurisprudent. Roman. c. 19. nu. 53. ibi. ex usu seu consuetudine. Barthol. Blarer. in repet. l. diffamari. 4. in argumento eiusdem legis. n. 4. post princ. vers. ad quod & injurians. pag. mihi. 5. Johann. Harppr. in §. in summa. 10. inst. de injur. num. 63. in med. vers. præter duas præmissas: Jodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 136. nu. 1. vers. is inquam. Trost. er. Farinac. in sua pract. crimin part. 3. quæst. 105. num. 71. ibi, tertiò est pœna, Didac. Covarr. lib. 1. var. resolut. c. 11. num. 4. sub finem. vers. [illegible] Bertaz. consil. [illegible] incip. Alexander Thomatam. [illegible] col. 2. Schrad. de feud. part. [illegible] princ. part. [illegible] 6. numer. [illegible] vers. & quod propter injuriam. [illegible] in summa. x. de pœnitent. & remiss. num. 61. [illegible] quibus & qualiter à quibus. vers. quia de accusatoribus in verb. obligantur etiam tales. fol. mihi 421. col. 2. Paris de puteo tractat. syndic. verb. ton positio. vers. quia plures. num. 5. ibi, & quando vellet, & num. seq. pag. mihi 34. Zobel. in addit. ad gl. ordin. Sandr. lib. 1. art. 63. nu. 4. vers. jure tecto communi. Beust. in l. nam postaquam. 9. §. si damnetur. ff. de jurejur. n. 3.

Et hodie in Imperio Romano Germanico Imperatoriâ constitutione est comprobata, Cammergerichtsordnung / *part. 2. c. 35. §.* vnd sonderlich setzen / *post princ. vers.* doch sollen die Sachen *injuriarum.* 2

In Saxoniâ verò an hæc pœna revocationis & recantationis injuriarum locum haberet, olim res non ita erat expedita? Negativè enim pronunciabant Scabini Lipsenses, ut videre est in sententiis post Weichb. 3

tit. so die *injurien* nicht auß frevel oder gemüth zu schmehen geschehen / *col. 2. vers.* Ihr seyd aber in diesem fall dem Kläger vber bestimpte Wette / Busse vnd Pœn / einen öffentlichen Widerruff zu thun nicht schüldig. *fol. mihi. 141. Consult. const. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 31. incip. quamvis jure. nu. 1. & seq. per tot. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 42. nu. 3.*

Affirmativè verò econtrà pronunciabant, & pœnam recantatoriam, præsertim si criminaliter agebatur, adjudicabant VVittenbergenses, 4

teste Ioann. Schneid. in §. in summa. 10. instit. de injur. nu. 9. sub fin. vers. hinc etiam pronunciatur.

Quam posteriorem sententiam etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis 5

part. 4. constit. 42. §. 3. sub fin. vers. einen öffentlichen Widerruff. *Schrad. de feud. part. 2. part. 9. princ. sect. 6. n. 51. in fin. Beust. in l. nam postaquam. 9. § si damnetur. ff. de jurejur. n. 15.*

Sed pulchræ disquisitionis est, utrum actio ad palinodiam cùm quâvis actione injuriarum cumulari possit, sive injuriarum civiliter, sive criminaliter agatur, an verò civilis vel criminalis tantùm sit, & cum alterutrâ tantùm actione institui possit? 6

In foro communi quidem ubique locorum receptum est, quod cum quâvis actione injuriarum cumulari non possit, sed separatim cum alterutra tantum illarum institui debeat, ut quotidiana experientia testatur. 7

Sed cum quânam actione injuriarum cumulari possit, & ita, an sit civilis vel criminalis, major solet esse controversia?

Quod sit criminalis, & cum actione injuriarum, criminaliter tantùm institutâ, cumulari possit, tradit *Robert. Marant. in suo speculo. part. 4. distinct. 1. incip. devenio nunc ad quartum. n. 17. vers. an tale judicium simul. vers. tamen ego teneo contrarium. & seq.* 8

Movetur, quia eiusmodi recantatio injuriæ dicitur pœna *Azo in summ. x. de pœn.*

Et quidem non simplex pœna, sed pœna corporalis, cum fiat cum vituperio, 9

Paris

Paris de puteo. in tract. Syndic. verb compositio. vers. quia plures. num. 1. vol. med. vers. nam illa satisfactio. & seq. pag. mihi 346 Marant. in suo specul. d. part. 4. distinct. 1. n. 17. vers. & moveor. & seq.

Si igitur est pœna corporalis descendens ex delicto, sequitur eam esse criminalem, quoniam causa etiam tum dicitur criminalis, quando pœna infertur parti in corpus,

Br. in l. si quis actiones. ult. ff. de privat. delict. num. 4. vers aut agit. ad pœnam applicandam. & in l. prætor ait. 2 ff de sepulch. violat. n. 1. vers. criminaliter quando imponitur. junct. vers. alibi videtur velle. & vers. seq. Marant. d. part. 4. dist. 1. num. 17. vers. hoc probatur ex dictis & seq.

10 E contrà verò, quod actio ad palinodiam sit civilis, & tantùm in actione injuriarum civiliter intentata locum habeat, tradit

Mynsing (ubi ita in Camerâ Imperiali in causâ Bernhardi Ober contra Sebastianum Guldlingen / item in causa Horst contra Baman. Anno 1549. judicatum refert) cent. 2. obser. 98. incip. formula agendi. nu. 1. vers. an autem talis actio. & seq. usq; ad finem. Gail. (ubi etiam ita in Camera Imperiali receptum esse testatur) lib. 1. observ. 65. n 2. vers. meritò quæritur. num. 3 n. 5. ibi, sed in Camerâ. & n. seq. VVurmbser. lib. 1. obser. tit. 9. observ. 8. (ubi ita in Electorali Consistorio Comitis Palatini per consiliarios & assessores determinatum fuisse refert) incip. quando agitur. n. 1. & seq. per tot. & tit. 49. obser. 8. incip. quod libellus (ubi idem testatur) n. 3. ibi, an autem libellus. & observ. 16. incip quando agitur pro revocatione (ubi idem recenset) n. 1. & seqq. per tot. Hartm. Hart. lib. 2. obser tit. 49. obser. 3. incip. in omni. n. 6. ibi, quandoque tamen & n. seq. Ioann. Harppr. in § in summa autem. 10. inst. de injur. nu. 64. ibi, ecquid autem isthæc. n. 65. & seq. Sibrad. de feud. part. 2 part. 9. princ. sect. 6. nu. 51. post princ. vers. cum tamen. Marq. Freher. tract. de existimat. lib. 2 c. 9. nu. 4. Bart. Blarer. in l. diffamari. 4. C. de ingen. manumiss. in princ. n. 2. sub fin. vers. solum itaq; hæc quæstio. nu. 4. (ubi ita in Camerâ Imperiali Anno 1495. decisum. conclusum & servatum fuisse testatur) vers. an tunc civiliter. & vers seq. pag. mihi 5. Ioach. à Beust. in l. nam postea quam. 9. §. si damnetur. ff de jurejur. n. 14. ibi, an vero actio injuriarum. Daniel Moller. lib. 1. semestr. c. 23. in princ. Vult. lib. 2. jurispr. Roman. c. 19. num. 53. sub fin. vers. civilis & ipsa. & in § pœna autem. inst. de injur. nu. 6. vers. quæ plerunq;. & seq. Aym. Gravett. consil. 53. incip. Nobilis Hugo. nu. 1. vers. rursus quando. tom. 1. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 71. junct. nu. 77. ibi, an autem hæc junct. vers. licet in Camerâ. & seq usq; ad fin. Ludov. Gilhaus. in suâ arbor. crimin. c. 2. tit. 24 §. 7. n. 13 vers. verior tamen. & seq.

Tùm (1.) quia quandocunq; in libello pœna petitur applicari non fisco. sed parti, tunc actio non criminalis, sed civilis esse censetur,

Br. in d. l. ult. ff. de privat. delict. n. 4. post princ.

Sed in libello reclamationis & recantationis nihil petitur fisco applicari, sed pars agens petit sibi tantùm aliquid præstari, puta, restitutionem famæ læsæ,

VVurmbs. d. tit. 9. observ. 8. nu. 2. in med. & d. tit. 47. obser. 8. n. 3. post princ. & obser. 16. n. 2. Hartm. Hartm. d. tit. 49. obser. 3 n. 6.

Tum (2.) quia si hæc actio esset criminalis, sequeretur, quod ea in Camera Imperiali non reciperetur, cum vigore ordinationis Cameræ ibi nulla causa criminalis, exceptâ fractæ pacis. ventilari possit, & debeat. Posterius falsum est, cum actiones recantatoriæ quotidie in Camera recipiantur, & tractentur,

Gail. lib. 1. obser. 65 nu 5 Mynsing. cent. 2. d. obser. 98. n. 8. Harppr. d. §. in summa. inst. de injur. n. 68.

Tum (3.) quia in causa etiam injuriarum, criminaliter instituta, nullus procurator admittitur,

l. ult. C. de injur. l. pen. §. ult. ff. de publ. judic.

In controversiis autem reclamatoriis injuriarum diversum observari, & procuratorem tam agendo, quàm excipiendo & defendendo admitti, constat,

Mynsing. cent. 2. d. obser. 98. nu. 6. & n. 7. Harppr. d. §. in summa. 10. inst. de injur. n 66.

Tùm (4.) per alias pulchras rationes, quas affert Myns. d. obser. 98. n. 2. & seqq. quem sequitur Harppr. d. §. in summâ. n. 65. & seqq.

In Saxonia de hac re etiam hodiè valdè controvertitur; Siquidem 11

Matth. VVesenb. in comm. ff. de injur. n. 18. vers. quod meritò improbatur. & consil. 22. incip. ne frustra ad propositum. n. 18. vers. tamen verior est. junct. vers. quod etiam innuit, & n. seq. part. 1.

statuit, quod hæc actio etiam in Saxonia sit civilis; movetur per textum in Novell. Elect. Augusti

part. 4. const. 42. §. 3. sub fin. & §. seq.

ubi palinodia quasi civilis separatur à pœna criminali, sicut utraq; debeatur, quod non esset. si utraque criminalis foret, & palinodia non potiùs pro civili judicio haberetur, quod criminali non præjudicat, & contrà.

l. un. C. quando civil. act.

Deindè quia nemo ob unum delictum duabus pœnis ejusdem generis, hoc est, criminalibus, affligendus est,

Late post Br. Bal. specul. Alex. & alios VVesenb. d. consil. 22. n. 19. ibi, nemo enim ob unum. & seq.

Ex adverso verò, quod sit criminalis, & solùm locum habeat in actione injuriarum criminaliter intentata, tradit 12

Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. (ubi ita in Scabinatu Lipsensi etiam post editas constitutiones sæpè responsum fuisse testatur.) part. 4. const. 42. n. 2. vers. & ego verius esse. n. 3. & n. seq. & lib. 1. semestr. c. 23. in princ. vers. certe apud nos. & vers. seq. per textum in d. *const. Elect. 42. § 3 part. 4.*

ubi Elector sancivit, quod injurians non solùm cantet palinodiam, sed insuper etiam pro arbitrio judicis graviter, vel pœnâ pecuniaria, vel carcere, vel relegatione, vel fustigatione puniatur: Si autem civilis esset, hoc admitti non possit, quoniam regulariter pœna civilis cum criminali conjungi non potest, ubi utraque tendit ad vindictam,

Br. in l. un. C. quando civilis actio præjudic. Marant. in suo specul. part. 4. distinct. 1. nu. 19. vers. quia cumularet pœnam. & seq.

Aliam rationem affert

Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. d. const. 42. & n. 5. sub fin. & n. seq.

Et certè si mihi de utriusq; partis fundamentis judicare liceret, hæc Danielis Molleri opinio mihi longè verior videretur, præsertim, cum primum fundamentum VVesenbecii, per hanc Mol-

leri rationem fundituùs enervetur, & alterum fundamentum, de duabus pœnis adductum, locum saltem habeat, ubi una pœna delictum sufficienter est punitum, ut post *Br. Bl. Alex.* & alios pulchre ostendit *Maranta in suo speculo. part. 4. distinct. 1. n. 2. post princ. vers. limita. notabiliter & seq.* quod hoc in casu non contingit, quoniam injuriatus, licet injurians à fisco puniatur, per hoc famæ suæ non restituitur.

13 Verùm mihi rem paulò penitiùs intuenti longè aliud statuendum videtur, dicoq; quod actio ad palinodiam sit à civili & criminali actione injuriarum prorsus separata, & quodammodò mixta, & cum utraq; actione compatibilis, sive civiliter, sive criminaliter injuriarum agatur, propterea, quia ejusmodi recantatio injuriarum peculiari favore injuriati, propter restitutionem famæ & honoris, in odium injuriantis est recepta, ut modò *sub n. 10.* dictum. Quæ autem peculiari favore sunt inducta, cum iis, quæ à jure scripto sunt disposita, non sunt confundenda, sed peculiariter consideranda & attendenda, ubicunq; favor ille, cujus causa inducta sunt, obtinet; Cum igitur favor injuriati semper locum sibi vindicet, ut is famæ & honori restituatur, sive civiliter, sive criminaliter agat, meritò etiam utrobiq; peculiaris illa actio ad palinodiam obtinere debet.

Deindè, quia tunc actio dicitur mixta, & cum criminali & civili compatibilis, ita, ut utroq; modo locum habere possit, sive civiliter, sive criminaliter agatur, quando non ex eâdem lege, sed ex diversis, puta ex lege civili, & ex statuto vel consuetudine simul oritur,

Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 1. n. 2. in med. vers. sed interesse partis. Ægid. Boss. in practic. crimin. rubr. de appellationibus. incip. rescinditur. nu. 8. post princ. Tusch. tom. 2. verb. criminalis. conclus. 1083. incip. causa dicitur reus.

Hoc autem in hâc materiâ contingit, quoniam actio injuriarum per se tàm civilis, quàm criminalis ex jure scripto descendit, actio verò ad palinodiam usu & consuetudine est inducta, *ut supra n. 1. dictum.*

Præterea, quia extra dubium est, quod Novella Electoris Augusti *part. 4. constit. 42.* sit generalis, & indistinctè loquatur, tàm de actione injuriarum civili, quàm criminali, ut etiam *in præced. conclus. n. 103. & seqq.* evicimus, cui deinde in medio actio illa ad palinodiam, tanquam augmentativa, adjicitur, ut per eam pœna eò magis aggravetur & exasperetur.

14 Notum autem est, quòd dispositio quæcunque augmentativa dispositionis præcedentis, etiamsi sit stricti juris, ex tacita juris repetitione in se contineat omnes eas qualitates, & limitationes, quæ continentur in dispositione augmentata,

latè Ludov. Rom. consil. 345. incip. circa primùm consultationis. n. 18. vers. dispositio quæcunq; & seqq.

Ulteriùs quia in foro Saxonico olim magna erat controversia, an injuriæ, sive civiliter, sive criminaliter intentatæ, graviori pœnâ, quàm de jure Saxonico scripto sancitum erat, puniri debeant, & imprimis controvertebatur, an actio ad palinodiam sibi locum vindicare possit, ut videre est apud

Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 31. in ip. quamvis jure, n. 4. ibi, aber nach Sächsischen Rechten, *& seq. & quæst. 65. in ip.* ob nicht *n. . & per tot.* & tandem determinabatur, & ab Augusto Electore constituebatur, quod actio ad palinodiam locum habere debeat, non expresso, an civiliter, an verò criminaliter agatur, in suis Novell.

part. 4. constit. 42. §. 3. vers. einen öffentlichen Wiederruff.

Necessaria igitur consequentia est, quod hæc determinatio de palinodia etiam generaliter intelligatur, & ad utramq; actionem injuriarum referatur, quoniam determinatio adjecta determinationi legali, cui fit additio intelligitur repetita tacite in illa dispositione addente, 15

l. mariti lenocinium § hoc quinquennium. ff. ad l. Iul. de adult. Ludov. Roman. d. consil. 345. n. 19. vers. quia determinatio adjecta. & vers. seq.

Hæc autem recantatio solummodò obtinet in injuriis verbalibus, non item in realibus, 16

Schrad. de feud. part. 9. princ. c. 4. nu. 127. vers. secunda vero locum. Mynsing. cent. 2. obser. 98. n. 1. vers. injuriosorum verborum. & in §. in summa. instit. de injur. nu. 6. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. observ. 8. nu. 1. vers. & dicat verba injuriosa.

veluti etiam ita JCti judicii curialis VVittenbergensis Anno 1617. responderunt,

Dennoch aber vnd dieweil auß der Beylagen *sub A.* klar zu befinden / daß dieselbe auff personal *injurien* nicht gerichtet / sondern allein dahin gehet / als ob beklagter auff eines Fiedlers vngegründetes Angeben zur vngebühr Klägern mit Hülffe der Hescher seinen Degen abgürten / vnd wider vorgeschlagene *caution* in gefängliche Hafft nehmen lassen / vnd also pro *injuria reali* zu achten / Als mögen auch Beklagte einen Wiederruff Klägern zu thun nicht angehalten werden. V. R. W.

Nisi reales illæ injuriæ tales actus in se contineant, qui per se sunt ignominiosi, & alicujus famam & existimationem lædunt, tunc quis ob injurias reales ad palinodiam rectè astringi potest, veluti ita Anno 1616. Facultas Juridica Lipsensis pronunciavit,

Ob nun wol Kläger eigentlich etlicher *real injurien* wegen geklaget / als daß jme ohne vorgehende der Sachen erkündigung abgegürtes Degens hinführen mit den Heschern vber den freyen Marckt / vnnd gefänglicher enthaltung dero von jhme vorgeschlagen *Caution* vngeacht / vnnd jhme Klägern bey wärenden streit etwern gethanen bericht nach / wegen etlicher von jme wider seinen Vatern / Stiefmutter / Schwestern vnd einen *Notarium* begünstiger Mißhandlungen / die ewige Landsverweisung auff vorgehende *requisition* durch ein Vrthel zuerkandt.

Dennoch aber vnd dieweil / die vorberührten von denen Beklagten wider Klägern verübten *Actus* vor sich selbsten *ignominiosi*, vnd schimpflich / vnnd also hierdurch Kläger an seinen Ehren verletzt. vnnd die erwehnte Landverweisung wider jhn nicht *exequiret*, sondern von der Churf. gnädigsten hohen Obrigkeit in eine vierjärige Wanderschafft / verwandelt worden / so seynd auch beklagte / woferne sie künfftig biß auff die hülffe erstanden werden solten / Klägern seinem beschehenen suchen nach einen öffentlichen Wiederruff vor Gericht zu thun schuldig. V. R. W.

Quam

Quam sententiam deinde Anno 1617. etiam altera vice confirmavit P.P. Als ihr vns abermal etlicher zwischen M.R. vnnd Gerichten zu M. verübten Acten sampt etlichen Churf.G. Vrphlichen Vrtheln / vnnd andern Beylagen von Num. 1. biß auff Num. 15. inclusive vnd dem einer andern Frage zugeschickt / vnnd euch des Rechten darüber zu berichten gebeten habet. Demnach erachten wir darauff im Rechten zu erkennen seyn ob wol die Gerichte zu M. Georg R. ordentliche Obrigkeit ist / vnd sonsten die Obrigkeit so andere mit vnrechtmässiger Gefengniß beleget / in eine Geldbusse auff bitte des Klägers vertheilet zu werden / vnnd M.R. am 9 Julii Anno 1615. vor denen zu jhme in seine Behausung erforderten Gerichten zu M. gerüget / daß sein Sohn vorgedachter G. R. in den Vater vnd die Stieffmutter beydes thätlich als mördlich / vnd die Stieffschwester Christinam mit geballter Faust 3. mal ins Angesicht geschlagen / vnd hierauff inquisition proceß wider jhn angestellet / vnd den folgends in zweyen darauff gesprochenen Vrtheln erkandt worden / daß er gedachter R. seinen leiblichen Vater / so wol seine Stieffmutter / wegen zugefügter injurien eine öffentliche Abbitte vor Gerichte zu thun schuldig vnd würde hierüber andern vngehorsamen vnd vngerathenen Kindern zum Exempel vnd Beyspiel mit ewiger Landsverweisung in straffe genommen / vnd der Churf zu S. vnser gnedigster Herr dem Rath zu M. solche Vrthel gebürlich exequiren zu lassen / gnedigst anbefohlen / vnnd sonsten eine zeit hero etliche vnterschiedene Thaten / wider vorgemelten G. R. geklagt vnd gerüget worden.

Dennoch aber vnd dieweil keine Obrigkeit etwas injuriose wider andere zu verüben nachgelassen / vnd dannenhero auch eine jede Obrigkeit / so jchtwas rechtliches Ordnung zu wider / vnd per injuriam wider andere vernimpt / nichts minder als ein privatus injuriarum belanget werden kan / vnd aber die Gerichte zu M. auff blosses vorbringen eines verwundten Fiedlers ohne einige vorgehende der Sachen erkündigung erwehneten G. R. Inhalts seiner wider die Gerichte in Churf. S. Oberhoffgericht allhier angestelleten Klage / mit grossem vngestümb vnd gewalt / vnd mit hülffe vier Büttel oder Hescher den Degen abgegürtet / vnnd denselben derer von jhme anerbotenen caution vngeachtet / vber freyen offenen Marckt mit Büteln als einen andern Vbelthäter führen / vnnd in ein abschewlich finster Gefengniß / welches mit grawsamen Gestanck vnnd Vnflat erfüllet gewesen / einstecken / darinnen etliche Tage verbleiben / vnd darnach in der Bütteley enthalten lassen / welche actus an jhnen selbsten ignominiosi vnnd schimpflich sind / vnd hierdurch R. an seinen Ehren verletzt worden / vnd der obangeregten Landesverweisung wider jhn nicht exequiret, sondern von dem Churf zu S. vnsern gnedigsten Herrn auff sein vnd seines Vatern M. R. beschehenes vnterthänigstes suppliciren vnd andere gethane Vorbitt in eine 4. jährige Wanderschafft auß der Stadt M. verwandelt / vnd die wider jn geklagten vnd gerügten Thaten wider jn nicht außgeführet / noch er derselben gestendig / viel weniger aber derselben wegen vertheilet worden / so seynd auch vorerwehnte Gerichte / wo ferne von jhnen die Ehehafft / darein sie im Churf S. Oberhoffgericht vertheilet worden / nicht außgeführet / vnd sie also biß auff die Hülffe / erstanden werden solten / jhres vorwendens vngeachtet klagenden R. einen öffentlichen Wiederruff vor Gerichte zu thun schuldig. V. R. W.

Et competit adversus omnem, etiam contumacem, nam etsi reus contumaciter emanet, ad palinodiam cantandam condemnari potest, *Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 1. n. 177. ibi, plane actione. & seq.* veluti etiam ita in judicio Aulico Aldenburgensi *27. Novembr. Anno 1610.* in causa G. S. von T. contra H. F. von K. judicatum est. 17

Daß die am *15. Julii* jüngst hin zuerkandte vnnd jetzo *specificirte expensen* auff 14. Gülden 15. Gr. 3. Pf. zu messigen / welche Beklagter dem Kläger zu erstatten pflichtig / vnd nunmehr wegen seines vielfältigen beharlichen Vngehorsambs biß auff die Hülffe erstanden vnd erlanget / ist demnach dem Klägern einen Wiederruff zu thun / vnnd jhme die verursachte Vnkosten dieses Termins vff vorgehende *moderation* zu erstatten schuldig / wird auch darüber mit zeitlicher Gefängniß oder einer zimlichen Geldbusse zu milden Sachen anzuwenden wilkürlichen billich gestrafft. V. R. W.

Quamvis contrarium quispiam defendere possit, per ea quæ tradit *Bl. in l. si mora. 9. ff. solut. matrim. n. 3 & n. seq.*

Ita tamen, ut contumax hoc in casu infamia non notetur, ut infra *consl. seq. n. 31.* latius dicetur, 18

Joh. Zanger. de except. part. 2. d. c. 1. nu. 177. vers. non quidem ut infamia. & seq.

Doctores item, ut palinodiam canant, rectè condemnari possunt, per *const. 42. §. 3. vers.* daß ein jeglicher wer der auch were. *part. 1.* 19

quorum verborum wer der auch were / ea natura est, ut neminem, etiam privilegiatum, excipiant, late *Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. d. constit. 42. n. 10.*

quemadmodum Mense Januar. Anno 1617. in supremo judicio appellationum contra quendam J. U. Doctorem est pronunciatum, daß er Klägern einen öffentlichen Wiederruff / doch vnbeschadet seiner Ehren zu thun / vnd 50. Reichsth. straff zuerlegen schuldig

Non obstante, quod contrarium velit *Petr. à Plac. in Epitom. delict. c. 1. nu. 23. & seq. quem refert Daniel Moller. ad const. Saxon. d. part. 4. const. 42. num. 9. post med. vers. quemadmodum & Doctores.*

Contra universitatem etiam, communionem & integrum Senatum actio ad palinodiam locum rectè habet. Tum, quod universitas injuriarum perinde, ut alius privatus, conveniri possit, 20

Joann. Harppr. in §. non solum. 11. inst. de injur. n. 56. ibi, plane injuriam. & n. seq.

Tum, quia licet hæc actio sit famosa, 21

Joh. Harppr. in §. in summa 10. instit. de injur. num. 71. vers. eadem itaque ratione Anton. Faber. in suo codice lib. 9. tit. de injur. n. 2. ibi, irrogat enim. & seq.

Quamvis in hoc contrarium velit, & judicium palinodiæ non esse famosum, statuat

VVesenb. consil. 22. incip. ac frustra. nu. 25. ibi, idque hoc magis part. 1. Mynf. consil. 60. incip. actu. n. 18. sub fin. Joh. Harppr. in §. in summa. 10. instit. de injur. nu. 109. ibi, secundo eadem. & n. seq.

Famosam tamen actionem contra universitatem locum habere, extra controversiam est.

Br. in l. aut facta. l. 1. § ult. ff. de pœn. nu. 7. post princ. Bl. in l. quoniam. 5. § si quis. 1. j. qui not. infam. n. 3. vers. in contrarium videtur. & seq.

Tùm, denique quia ita Inclyta Juridica Facultas Lipsiensis *Anno 1616. contra judicium civitatis M.* pronunciavit, quod deinde *Anno 1617.* altera vice repetiit & confirmavit; ut *supra. n. 16.* dixi.

22 In clericis tamen non habet locum,

Prosper Farinac. in sua pract. crim. part. 3. quæst. 105. nu. 75. in, secundo in clerico. & seq. Ignat. Lopez. (ubi ita in practicâ receptum esse testatur) in addit. ad Diaz. in pract. crimin. Canonic. c. 66. alias, 60. rubr. de maledic. lit. R. usq. ad fin.

23 Prout etiam non habet locum, si crimen objectum verum sit, quoniam absurdum est dicere, quod ille, qui verum dixit, hoc revocare, & se mendacem facere debeat,

Diaz. in pract. crimin. canonic. rubr. malefic. c. 66. alias. 60. n. 7. sub fin. vers. quod tamen procedere possit. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin part. 3. quæst. 105. nu. 74. ibi, & hec contraria. & seq.

Non obstante, quod contrarium velit

Jodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 136. incip. injuria 1. n. 1. post pr.

24 Quod vel ideò magis est dicendum in Electoratu Saxoniæ, quoniam Elector Augustus in *d. part. 4. const. 42. § 3. sub fin. vers.* nach befindung der Unschuld. expresse statuit, quod tunc demùm quis ad palinodiam sit condemnandus, si de injuriati innocentiâ constet; Ergò à contrario sensu, si de eius innocentiâ non apparet, sed crimen objectum verum est, recantatio fieri non potest.

Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. d. const. 42. n. 19. sub fin. n. 20. & n. 23. in pr.

25 Ulteriùs non habet locum, si injuriatus post litem contestatam moritur, tunc enim eius heredes actione injuriarum petere non possunt, ut reus ad palinodiam adigatur,

VVesenb. consil. 22. incip. ne frustra ad propositas. nu. 19. post med. vers. nec actione injuriarum. & seq. part. 1.

26 Ratio est, quia recantatio est jus personale, quod in solius injuriati favorem, ad eius famæ restitutionem, est inductum; Jura autem personalia non transire ad heredes, omnibus notum est,

Tusch. tom. 6. pract. conclus. verb. personalia, concl. 320. incip. personalia. n. 1. & seq. Ludov. Rom. consil. 417. incip. in casu proposito. n. 7. & n. seq. Jason. in l. qui se patri. C. unde liber. num. 44. ibi, quia regulariter privilegium. & vers. seq.

Deindè, quia eiusmodi revocatio injuriarum est juri scripto incognita, & odiosa, ut suprà *n. 1.* dictum; Revocatio autem alicujus rei, ratione delicti competens, & odiosa, ad heredes non transit,

Jason. in d. l. qui se patri. C. unde liber. 44. ante med. vers. nam illud facit pro ista parte & seq.

Deniq; quia recantatio injuriarum ideo est recepta, ut quis per eam restitutionem honoris & famæ consequatur,

VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 16. num. 2. vers. sed parti agenti. Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49. obser. 3. n. 6. vers. scilicet restitutio.

Injuriatus autem famæ restitui non potest, cum jam mortuus sit, & amplius non extet. Quamvis idem *VVesenb. d. consil. 22. n. 21. ibi, tertari potest hoc genus & vers. sic etiam esse transmissibile. num. 21. & seq. part. 1. quem sequitur Joann. Harpprecht. in § hæc actio. 12. inst. de injur. nu. 70. ibi, de recantatoria. vers. & sané heredes injuriati. & n. seq.*

contrarium velit, & ulteriùs evincere conetur, quod hæc actio ad palinodiam ad injuriati heredes transmittatur, etiamsi is ante accusationem, & litem contestatam sit mortuus.

Sicut & econtrà, si injurians post litem contestatam moritur, eius heredes, licet ad reassumendam causam sint citandi, ad palinodiam tamen astringi non possunt, sed judex pœnam in aliam emendam convertere debet, 27

Ludovic. Gilhaus. in suâ arbor. judic. crimin. c. 2. tit. 34. § 7. n. 16. vers. & si injurians ante publicationem. n. 17. & n. 18. Joann. Harpprecht (ubi rationem assignat) in d. § hæc actio. 12. nu. 74. ibi, cæterum ad heredes injuriantes. & n. 75.

De nobilibus solet dubitari, an illi ad palinodiam adigi possint? Et quidem si uterq; tam injurians, quam injuriatus sit nobilis, dubium non est, quin is ad palinodiam compelli possit, veluti *27. Novemb. Anno 1616. in Aulâ Aldenburgensi. & 11. Decembr. Anno 1607. in curiali judicio Lipsensi* jamdudum judicatum fuisse ex sententiis supra. *n. 17. & infra. n. 34.* relatis constat. Idq; ideò, quoniam nobilis vel alius privilegiatus contra nobilem, vel alium pariter privilegiatum, non utitur privilegiò, 28

Pet. de Anchor. consil 37. incip. contra Joannem in pr. Rinnald. Jun. consil. 278. nu. 72. Marsil. singul. 99. incip. privilegiatus. n. 2. & singul. 681. Socin. Jun. consil. 74. nu. 21. lib. 1. Tusch. tom. 6. verb. privilegium. conclus. 760. n. 1. & seqq. per tot.

Si verò injuriatus est plebeius vel inferioris conditionis, major de hac quæstione solet esse controversia? Negativè enim concludit 29

Petr. à Plac. in epitom. delict. c. 1. n. 23. & n. seqq.

propterea, quòd Nobiles mitiùs sint puniendi, & ignominiosâ aliquâ pœnâ non afficiendi,

Tiraq. de Nobilitat. c. 20. n. 109. ibi, Nobiles ut & alii. & n. seqq. Didac. Covarr. lib. 2. var. resolut. c. 9. n. 4. vers. quintò. & seq. Thom. Gramm. decis. 32. incip. nobilis Cæsar. n. 1. & seq. per tot.

Contrarium tamen rectiùs defendit 30

Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. d. constit. 42. nu. 8. ibi, quæstionis autem est. num. 9. vers. sed contrarium (ubi ita apud nos observari testatur.) n. 10. & n. seq.

Quoniam in pœnis uniformiter, certè, determinatè, indistinctè, & indiscriminatim impositis, inter nobiles & ignobiles nulla servatur differentia, sed omnes æqualiter sunt puniendi, 31

Bl. in l. nemo Clericus. 3. C. de summ. Trinit. n. 3. vers. quod est verum in pœna. n. 8. in princ. junct. vers. & hoc verum in pœnis. & seq. & in c. 1. § si rusticus. nu. ult. sub fin. tit. de pace tenend. & eius viol. Tiraq. tract. de pœn. temper. & remittend. caus. 31. n. 34. vers. at secus est in pœnis uniformiter. & seq.

Pœna autem recantationis est uniformiter & determinate & indistinctè imposita,

Daniel Moller. ad d. constit. 42. n. 12. vers. ut est revocatio.

Nec movet ratio, in contrarium adducta, quia ea ob-

ea obtinet in pœnis difformibus, quæ sunt arbitrio judicis relictæ, secus in pœnis uniformiter certe & determinate impositis,

E. d. n. 3. & n. 8. Tiraq. d. caus. 31. n. 54. Daniel Moller. ad d. const. 42. n. 12. post pr.

32 Quod etiam in Comitibus & similibus personis illustribus servari, testatur

Reinhard. Rosa in addit. ad Daniel Moller. constit. Saxon. part. 4. d. constit. 42. num. 9. post med. vers. etiam in Comitibus.

33 Debet autem injurians palinodiam in loco publico canere, & injuriam revocare,

Ludov. à Pegver. (ubi ita. 28. Novembr. Anno 1583. in regio judicio Cathaloniæ judicatum refert) decis. 13. incip. in præsent. civitate. nu. 20. Daniel Moll. lib. 10. semestr. c. 21. num. 1. vers. num. injuriam in judicio & in comm. ad const. Saxon. part. 4. const. 42. n. 31. sub fin.

34 Et quidem in propria personâ; procurator enim non admittitur,

Joann. Harppr. in §. hæc actio. 12. inst. de injur. nu. 74. vers. cujus rei ratio plus quam perspicua est. & seq. veluti ita in judicio Curiali Lipsensi. 11. Decembr. Anno 1607. etiam est judicatum.

Auff fürbringen und erfolgtes gesetzte Anwaldte und *Actoren* Vormunden Wolff von Draschwitz und seines Eheweibs Klägern an einem / Georg von Haugwitz Beklagten anders theils / erkennen wir / daß Beklagter den zuerkandten Wiederruff nochmals in der Person bey Straffe 100. fl. Reinisch zu leisten schuldig. V. R. W.

35 In Camerâ verò Imperiali reus jubetur coram judice prioris instantiæ recantationem illam facere, etiamsi eius judicis sententia sit reprobata, ut testantur sententiæ Imperialis Cameræ,

pag. 509. & pag. 761. Bocer. Class. 3. disp. 4. de injur. thes. 85. lit. B.

36 Sed quid juris, si reus injuriam revocare nolit? Distinguendum est, aut is est præsens, aut absens: Priori casu is pro qualitate personæ, vel carcere, vel pœnâ pecuniariâ aut aliis modis, quibus judex jurisdictionem suam tueri potest, & debet, coercendus est, donec sententiæ pareat, & palinodiam canat,

Daniel Moller. (ubi ita in judicio curiali Lipsensi observatum fuisse testatur) lib. 1. semestr. c. 23. incip. actionem injuriarum. n. 1. ibi, equidem semper. & n. seq.

37 Si verò, nec tunc parere velit, tunc Carnifex adsciscitur, qui nomine rei injuriam recantat; veluti ante triennium in civitate Ilenburgensi contra M. I. S. observatum est.

38 In quibusdam autem locis pro forma recantationis observatur, ut reus in loco judicii injuriam revocet, idq; manu propria percusso ore mendaci suo palàm testatum faciat, quod si recusaret, tunc Carnificis executioni id mandandum est, veluti ita Scabinos Lipsenses ad consultationem exteræ cujusdam civitatis respondisse, testatur

Daniel Moller. lib. 1. semestr. d. c. 23. num. 1. vers. sed & ante publicatam. & n. seq.

& ita in individuo ante quadriennium in præfectura Sceidicensi contra quendam Forestarium fuisse practicatum, & eius os à carnifice percussum, scio.

39 Posteriori casu, si reus est absens, & in judicio sui copiam facere nolit, tunc sub pœna pecuniaria citatur, ut in judicio compareat, & sententiæ satisfaciat,

Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 4. const. 42. num. 38. post princ. veluti ita quotidiana experientia testatur.

Si verò is sui copiam in judicio facere, & sententiæ parére nolit, sed contumaciter emanere pergit, tunc judex vel ad pœnam banni procedit, erkläret jhn in die Acht 40

Johann. Zanger. de except. part. 2. c. 1. nu. 177. sub fin. vers. quod si facere recusat. & seq.

Vel illam sententiam, in qua reo revocatio injuncta est, publice in rei ignominiam, & aliorum terrorem affigit, veluti ita aliquoties in his terris servatum est, & in specie ego in prædicta causa G. S. von Th. contra H. F. von Kochberg in aula Aldenburgensi. 31. Martii 1618. obtinui, ubi in hæc verba pronunciabatur, 41

Erkennen von Gottes Gnaden wir Johan Philip Hertzog zu Sachsen / etc. daß Beklagter zu gebührender *execution* des am 27. *Nov. Anno* 1616. eröffneten Urthels nochmals anderweit bey Straff 400. Reichsthaler zu *citiren*, mit dieser Verwarnung / da er nicht erscheinen würde / daß als denn mit dem gesuchten öffentlichen Anschlage des Urthels / wider jhn sol verfahren werden / V. R. W.

Et sententia illa affigi debet, non solùm in loco judicii, per ea, quæ supra *n. 32.* dixi, sed etiam in loco injuriæ commissæ, & ubi reus degit, ad hoc, ut eò meliùs omnibus innotescere possit, 42

Fabian. à Monteleone in suâ praxi arbitrar. part. 4. quæst. n. 77. fol. mihi. 371. Farinac. in suâ pract. crim part. 3. quæst. 105. n. 71. in med. vers. ubi ponit modum. & seq.

Ratio est, quia juxta DD. jam nominatos, recantatio & restitutio honoris in eiusmodi locis fieri debet;

Ergo etiam sententia ibi affigi debet, quoniam id succedit in locum recantationis, & surrogatum sapit naturam eius, in cujus locum surrogatur,

Everhard. in topic. in loco à vi surrogationis. 122. n. 1. & seqq. per tot.

Illud etiam omittendum non est, licet aliàs actio injuriarum anno præscribatur, *ut infra latiùs dicetur*, hoc tamen fallit in actione injuriarum recantatoria & revocatoria, ea enim est perpetua & non nisi 30. annis præscribitur, 43

VVesenb. consil. 12. incip. ne frustra. nu. 20. ibi, tentari potest. & seqq. junct. n. 23. & seq. part. 1. Ioh. Harppr. (ubi pulchras rationes affert) in §. hæc actio. 12. inst. de injur. n. 11. ibi, quæstio hic incidit. & seq. pag. mihi. 537.

Non attento, quod contrarium statuat *Herm. Vult. in §. pœna autem. 7. inst. de injur. nu. 8. ibi, exceptâ eâ quæ ex morib. est. & seq.*

Deniq; sciendum est, quod judex, si injurianti parcere velit, & eum ad palinodiam condemnare nolit, habeat etiam alium modum, per quem condemnat injuriantem ad petendam veniam injuriato, daß Beklagter dem Kläger eine Christliche Abbitte thue / 44

Ant. Tessaur. (ubi ita in Senatu Subaudiæ. 15. Septemb. Anno 1554. judicatum refert) decis. 229. nu. 7. vers. itaq; condemnavit. & seq. Gratian. decis. 195. n. 1. & seqq. Johann. Aloys. Riccius Collect. decis. 138. col. 3. vers. passus autem injuriam pag. mihi. 60.

LXIII.

Injuriarum condemnatus, an infamis fiat, & an, & quatenus infamiam illam evitare possit?

S U M M A R I A.

1. *Injuriarum condemnatus fit infamis.*
2. *In foro Saxonico quid juris.n.3.4.*
5. *Infamia irrogatur condemnato non solùm si civiliter, sed etiam si criminaliter agitur.*
6. *Infamia locum habet tàm in verbalibus, quàm realibus injuriis.*
7. *Infamia locum habet, etiamsi actione civili ex l. Corneliâ descendente injuriarum agatur.*
8. *Clericus etiam infamatur injuriarum condemnatus.*
9. *Infamis quis fit, etiamsi propriâ authoritate super injuriis transigit, limitatur.nu.10.11.12.*
13. *Quando & quibus casibus injuriarum condemnatus infamiâ non notatur.n.14.15.16.24.25.26.27.28.29.30.31.32.41.*
17. *Solutio æstimationis injuriarum ad evitandam infamiam quando fieri debet.nu.18.19.20.21.22.23.*
33. *Judex an in sententia possit condemnato existimationem honoris præservare. 34.35.36.37.*
38. *An cuivis judici, etiam inferiori, ejusmodi potestas reservandi honorem & famam concedenda. n.39.*
40. *In atrocioribus injuriis ejusmodi reservatio honoris admitti non debet.*
42. *Heres ex facto & injuriâ defuncti condemnatus, an infamis fiat.*

1 OMnibus notum est, quod injuriarum condemnatus fiat infamis,

per text. in l. lex Cornelia.5.§. quis.9.in fin.l. Divus.40. l. judicis.42.ff. de injur.l.1. post princ.vers.injuriarum.ff.de his qui not. infam. l. athletas.4 §. ult.ff.eod.l. injuriarum.10.l. non damnatos.18. C. ex quibus caus.infam.irrog. Gl.in l. si quis injuriam ff.de injur.verb. contemnere.vers.infamatur enim.in d.l.Divus.40. verb.non potest. Diaz.in suâ pract. crim. Canon. c. 66. alias.60 rubr.de maledic.num.6. Jul. Clar.lib.5.sentent.§.injuria.num. 8. ibi, item condemnatus. Farinac.in suâ pract. crimin.part.3.quæst.105.num 61.ibi, secunda est pœna. Jacob.de Bellovis.in pract. crimin.lib.1.c.19. n.1.Gail.lib.1. obser.102.incip.condemnatum injuriarum. n.1.VVesenb. in comm ff.qui not.infam.nu.5.& consil.22.incip.ne frustra.num.25.vers.quamvis alias. part.1. VVurmbs. lib.1. obser.tit.47.obser.5.num.1.& seq. & obser.13.num.1.& seq.Schneid.ad §.in summ.10.instit. de injur.num.11. Johann.Harppr.eod.nu.92.& seq. Henning.Gœd.consil.53. incip.de jure civitatis. n.9.

In terris Saxoniæ quidem etiam clarum est, quod injuriarum damnatus infamia notetur, 2

Schneid.in d § in summa.10.inst. de injur.n.11. in fin. nu.ult sub fin. vers. unde in terris. [illegible] Kœnig [illegible] process.c.18.n.3. post princ. vers [illegible] & nu.5.post pr. Jacob Schult. in add. ad Modest. Pistor. quæst.107.nu.16 ibi, declara autem [illegible] VVesenb.in comm.ff. de injur.n.17.ibi porro jure Saxonum.

Sed an hoc etiamnum hodie in Electoratu obtineat, controverti solet? Negativè concludit, & hoc per Novellam Electoris Augusti, *part.4. constit.42.* esse abrogatum, dicit 3

Matth. VVesenb.in comm.ff. de injur. n.18.ante n.ed. vers.an autem sequatur damnatum.& seq quem sequitur Jacob Schult.in addit. ad Modest.Pistor.d. quæst.107.nu.17. ibi, falsu ex adverso. part.3. Reinh. Rosa in addit.ad Daniel Moller.in constit. Saxon. part.4. const.42.nu.17. vers.imo necessaria.

Tum, quia hodiè injuriarum pœna est aucta,

Novell. Elector. Augusti.d.part.4 constit.42.

Ergò infamiæ nota remissa censetur,

arg.l.quid ergo.13 §.pœna gravior.7 ff.de his qui not. infam. Jacob.Schult.d. quæst.107.n 17 post princ. VVesenb.d.n.18.vers.equidem cum ea.& seq.

Deinde facit, quia, quandocunq; quis majori pœnâ afficitur, quam legibus statuta est, tunc is infamis non fit, licet alias infamis fieret, si pœnâ, in legibus expressâ, puniretur,

text. elegans in l.in servorum.10.§.in personis.ult.vers. ut qui majori.ff. de pœnis. d.l.quid ergo.13.§ pœna gravior. 7. ff. de his qui not. infam. l. si Possidentium.4.vers. quoniam sententiæ severitas. C. ex quibus causis infam. irrog.

Sed in Electoratu hodiè quis majori pœnâ afficitur, quàm in jure Saxonico est expressa & statuta; Ergò. 4

Verùm, mihi contrarium verius videtur, quia hoc in *constit.42.part.4.* non est mutatum. Quod autem expresse non est mutatum, quare stare prohibeatur?

l.32.§.ult.in fin.C. de appell.l.27.C.de testam.

Deindè, quia hodiè in Electoratu non major pœna imponitur, quàm in legibus est expressa; cùm Elector Saxoniæ Augustus in *d. constit. 42. part. 4.* abolitô vetere jure Saxonico, pœnam injuriarum per omnia, & in omnibus ad pœnam juris civilis redegerit, non obstante, quod ibidem pœnam palinodiæ adjecerit, quæ in jure civili fundata non est; Nam & ubiq; locorum receptum est, quod præter pœnam juris civilis, quis etiam ad palinodiam teneatur, & tamen inde nemo dicet, quod propterea in foro communi reus injuriarum damnatus infamis non fiat. Ulteriùs, quia prædicti textus, quod scilicet propter severitatem pœnæ infamia remittatur, obtinent in iis casibus, ubi certa & determinata pœna quidem est statuta, quæ autem non servatur, sed alia gravior imponitur, quod hoc in casu non est, cum de jure communi constitutione Electorali nulla certa pœna sit præfixa, sed arbitrio judicis relinquatur.

Denique quia quotidie in his terris videmus, quod quandoque in sententiis reo injurianti æstimatio honoris & famæ conservetur, quæ conservatio necessaria non esset, si per *d.const.42.* infamiæ nota esset abrogata.

Deniq;

5 Deniq; ita etiã *Anno 162*. inclyta Facultas juridica Lipsiensis ad requisitionem Senatus Rochlicensis pronunciavit, Et hæc assertio procedit, sive civiliter, sive criminaliter agatur, *Gl. in c. cum te. 23. x. de sentent. & re judic. verb. infamia. vers. sive civiliter. VVesenb. d. consil. 22. nu. 23. Schneid. d. §. in summa. inst. de injur. n. 11. vers. sive civili, sive criminali.* Kónig in suo process. d. c. 55. n. 5. in princip. Farinac. in suã pract. crimin. part. 3. quæst. 105. numer. 62. ibi, amplia primò. Gail. lib. 2. d. observ. 102. numer. 1. vers. criminaliter.*

6 Deindè procedit, sive quis verbalium, sive realium injuriarum fuerit condemnatus,

VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 5. num. 1. & seq. cui addatur Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 107. n. 19.

7 Imò, quis infamis efficitur, etiamsi actione civili ex l. Corneliâ descendente injuriarum condemnatus fuerit, propvtereà, quod leges supra *nu. 1.* allegatæ generaliter loquuntur generaliter igitur etiam sunt accipiendæ,

l. de precio 8. ff. de publ. in rem. act.

Non obstante, quod contrarium velit

VVurmbs. lib. 1. observ. tit. 47. d. obser. 5. numer. 1. vers. tamen credo quod sententia. & seqq. movetur per *text. in l. si servus. 27. §. si cum maritis. 30. ubi gl. ff. ad l. Aquil.*

Ubi hæc actio datur marito contra uxorem, quæ ei non daretur, si esset famosa, quoniam actio famosa non habet locum contra uxorem,

l. divortii. 2. vers. neq; famosa actio. C. rerum amot.

Quod tamen parùm urget, quoniam in *d. l. 27. §. 30.* non de actione injuriarum ex l. Cornelia descendente, sed de actione l. Aquiliæ agitur.

8 Præterea procedit in Clerico, nam & is injuriarum condemnatus infamiâ notatur,

c. cum te. x. de sent. & re judic. Diaz. in pract. crimin. Canon. c. 66. aliàs. 60. rubr. de maledic. num. 6. & ibid. in addit. per Ignat. Lopez lit. B. Petr. à Placà. in epit. delict. lib. 1. c. 4. num. 5. sub fin. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105. num. 64. ibi, amplia tertiò.

9 Ulteriùs procedit, etiamsi quis super injuriâ illatâ propriâ authoritate transigat, & pacificatur, transactione tamen hac non obstante, nihilominus infamiâ afficitur, quamvis confirmatio transactionis à judice petitur, sed confirmatio illa denegatur,

per text. in l. athletas. 4. §. ult. & l. seq. ff. de his qui not. infam. l. non damnatos. 18. C. ex quibus caus. infam. irrog. Andr. Gail. (ubi ita in Camera in causâ Sebastiani Lincken contra Philippum Newberg 17. Novembr. Anno 1563. & in causâ Judderer contra Christophorum Seffren servatum fuisse testatur) lib. 2. observ. 102. num. 15. ibi, secus est si quis. & nu. seq. & num. 18. ibi, aliud est. usq; ad fin. quem sequitur Farinac. d. quæst. 105. n. 63. ibi amplia tertiò.

10 Nisi protestationem adhibeat, se non transigere, quod delictum fateri intendat, sed ut à vexatione litis se redimat,

VVesenb. in comm. ff. de his qui not. infam. numer. 9. sub fin. vers. aut circa jussum judicis adhibita protestatione. Jason. in l. transigere. 18. C. de transactione. n. 20. vers. Tancredus de Corneto. & seq.

11 Vel, nisi transactio fiat gratuitò, & injuria gratis remittatur,

l. non damnatos. 18. vers. cæterum simplex. C. ex quibus caus. infam. irrog. Gail. lib. 2. observ. 102. numer. 17. ibi. quinto fallit, si pacto gratuito. & numer. seq. Farinac. d. quæst. 105. numer. 73. vers. secundo nisi Jason. in d. l. transigere. 18. numer. 20. sub fin. vers. alia est etiam cautela.

Vel nisi transactio fiat authoritate judicis, vel magistratûs, 12

l. furti. 6. §. 3. vers. qui jussu. ff. de his qui not. infam. Gail. lib. 2. d. observ. 102. nu. 13. ibi, quarto fallit in transactione. & nu. seq. Farinac. d. quæst. 105. nu. 63. vers. primò nisi. VVesenb. in comm. ff. de his qui not. infam. num. 9. sub fin. vers. tertius modus & seq. Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 22. obser. 2. num. 14. & n. seq. Joan. Harppr. in §. in summa. 10. instit. de injur. num. 135. ibi, nono supra scripta. n. 135. & seq.

Prædicta tamen assertio fallit, & injuriarum condemnatus infamis non efficitur;

13 Primò, si injuria sit modica & levis,

Gl. in c. cum te. 23. x. de sent. & re judic. verb. minima vers. & ita habes argumentum hic. Præposit. in c. 1. §. injuria tit. de pace juramenti. firmand. numer. 1. ibi, quaero num propter levem injuriam. Albert. in l. Divus Severus. 40. ff. de injur. num. 1. Abb. in d. c. cum te. 23. x. de sent. & re judic. nu. 1. vers. damnatus pro nulla vel modica injuria. Bl. in l. decuriones C. ex quibus caus. infam. irrog. sub fin. princ. vers. in text. injuriam. & n. seq. Andr. Tiraq. tract. de judic. in rebus exig. nu. 64. vers. hoc tamen non obtinet. & vers. seq. Angel. tract. malefic. verb. verba injuriosa & contumeliosa. n. 17. post princ. Ludov. Roman. consil. 191 incip. spectabilis domine, nihil inflabo, num. 8. vers. præterea sententia lata. & seq. Specul. lib. 2. part. 3. tit. de restit. in integ. §. videndum. 5. numer. 7. vers. tu dic. quod in prædicto. & sequent. Joan. Harppr. in §. in summa num. 10. instit. de injur. nu. 93. ibi, cæterum quia n. 94. & seq.

Tum, per *text. expr. in c. cum te. 23. vers. nos a. considerantes. 5. de sentent. & re judic.*

ubi verbis disertis dicitur, quod pro injuriâ levi vel minimâ infamia non sequatur;

Tùm, per *text. in l. Divus. 40. vers. atrocis injuriæ. ff. de injur.*

ubi atrocis injuriæ damnatus in ordine decurionum esse non potest, cujus ratio ibi est *secundum gl.* quoniam infamis est, & infamia ab ordine decurionum repellit,

l. decuriones. C. ex quibus caus. infam. irrog. l. infamia. 8. C. de decurion.

Ergò à contrario sensu, levioris cujuspiam injuriæ damnatus in ordine decurionum esse potest, quoniam infamis non est,

Tiraq. d. tract. n. 64. vers. sed pro primâ.

Tum, quia modicum prætor non curat,

l. scio. 4. ff. de in integr. restitut.

Tùm, quia actio de dolo pro modico non competit,

l. si oleum. §. ult. & l. seq. ff. de dolo mal.

nullam aliam ob rationem, quàm quod actio de dolo sit famosa & infamiam irroget,

l. 1. §. ait prætor. 4. vers. quoniam famosa ff. eod.

Plures rationes vide apud

Joann. Harppr. d. §. in summa. 10. inst. de injur. n. 92. & seq. (ubi etiam contraria solvit) usq; ad n. 108.

Quamvis contrarium statuit

Anton. de Butr. in d. c. cum te. 23. x. de sent. & re judic.

 num. 10

n.1 in 1.notab.Felin.eod. ubi [illegible]) num.9. ibi, pro modica injuria. Br.in l. [illegible] .7.ff.de publ.judic.nu. 12. ibi. quaro utrum damnatus de crimine. Gail. (ubi magis communem dicit) lib.2.d.obser.102.num.2.& seq.junct.n.6.ibi, sed magis communis. August. Bons. ancisc.in addit.ad Angel.de malef. verb. verba injuriosa 17.sub fin.vers sed contrariam partē. VVurmes.lib.1.obser.tit.47.obser.5.numer.1.vers.licet de modicis.& seq. Jul.Clar.lib.5.sent.§.injuria.nu. 8. vers sed certe. Prosper.Farinac.in sua pract.crimin.part.3.quæst.105.n.65. ibi, amplia quartò. & seq. Claud.Battand.in sua praxi caus.crimin reg.66.incip.testis infamis.nu. 9. ibi. ubi pro levicula Eman.Soar.in thesaur.recept.sent. verb. injuriarum.n.79.

14 Secundò, si reus non personaliter compareat, sed tantùm per procuratorem,

Gl.in c.cum te.23.x.de sent.& re judic.verb.infamis. vers.si quis conveniat te. Felin.eod.n.2. ibi dubitans condemnari.& n seq. Jacob.de Bellovis.in sua pract. crimin. lib.1.c.19.n.3.ibi, & hoc verum, nisi causa.& seq. Hostiens. in summ.x.de injur.§.ult.n.5.in fin. vers. ubi verò civiliter agitur. Farin.in sua pract.crimin.part.3.quæst.105. n.69.ibi, limita tertiò. VVesenb. (ubi dicit hanc opinionem tanquam communem usu esse receptam etiam moribus nostris) in comm.ff. de his qui not. infam. n. 9.post princ.vers.primò si reus per procuratorem. & seq. Andr. Gail.(ubi hoc ad evitandum infamiam pro singulari cantela tradit) lib.2.obser.102. n. 7. ibi, secundò ad evitandam. Joan.Schneid.in §.in summa.10. instit. de injur. nu. 12. König in suo process.58.n.5.post princ. Mynsing.cent. 6.obser. 11. (ubi ita in Camera in causa injuriarum Vogelsberger contra Comitem VVilhelmum de Fürstēberg/ & plerisq; aliis in causis observatum fuisse testatur) n 2.n.3.ibi, quod tamen non procedit. & seq. Beust. in l. nam posteaquam.9.§.si damnetur.ff.de jurejur. n. 9. ibi, prima est. pag. 248. Harppr. in §. in summa. 10.instit.de injur.n.129.ibi, septima prohibita.

15 Quod verum est, si procurator præsens fuit in tota causâ, aliâs si cum domino lis est contestata, & post litem contestatam, procurator constituitur, vel is saltem tempore sententiæ comparet, dominum non relevat, sed is nihilominus etiam absens est condemnandus, & sic infamis efficitur,

elegant. Jacob.de Bellovis.in sua pract. crimin. lib. 1. d.c.19.n.3.vers.& hoc verum si procurator.& n.sequent. per tot.

16 Tertiò, si reus injuriæ æstimationem vel pecuniariam pœnam, quæ per sententiam imponi potest, antè offert, quam sententia condemnatoria feratur,

l.si reus paratus.6.ff de procurat. Gail. lib. 2. observ. 102.n.7.ibi, tertio alia cautela.& obser. 103. incip. quidam actione.numer. 1.& seq. VVesenb. in comm. ff. de his, qui not. infam. numer. 9. post princ. vers.secundus modus est.& sequent. Farinac.in sua pract.crimin. part. 3. quæst. 105. numer. 70. ibi, limita quartò. Schneid. in §.in summa.10.instit. de injur.numer.12. sub fin. Joann. Harppr. eod. numer. 131. ibi, octavò decisio. & numer. sequent. Br. in l. infamem. 7. ff. de publ.judic.numer. 11. ibi, & ideò remedium est. Felin. in c. cum te. 23. x. de sent. & re judic.numer.4. ibi, ut dubitans.& sequent. Beust. in d.l.nam posteaquam.9.§.si damnetur.§.de jurejur.n.11.ibi, secunda cautela est.

Sed quandò oblatio & solutio hoc in casu fieri debeat, valde inter interpretes disceptari solet: siquidem 17

Br. in l.ICtus.22.ff.de his qui not.infam.

dicit: quod ante litem contestatam fieri posse, [illegible]em, quoniam si post offerret, videretur [illegible] confiteri crimen, *l. quoniam.5.ff.de his, qui not. infam.*

Econtra vero statuit, 18

Panorm.in c.cum te.23.x.sent.& re judic.num. 2.& n.6.

quod quovis tempore fieri possit oblatio, dummodò ante sententiam & condemnationem fiat, quod ante eum etiam voluit,

Br.in d.l.infamem.7.ff.de publ.judic.nu. 12. vers.& ideò tunc ne aliquis.

Cujus tamen assertionem quodammodò refutat

VVesenb.in comm.ff.de his.qui infam. not. n. 9. ante med.vers.quæ ratio parum firma est, & seq.

Aliter sentit 19

Socin.in suis fallent.regul.179.fall.2.

qui distinguit. aut causa talis est, quæ ipso jure citra sententiam confessi existimationem minuit, & tunc necessè est, ut ante litem contestatam æstimatio & pecunia offeratur; In illis verò causis, in quibus judicatos & condemnatos demùm nota infamiæ sequitur, oblatio usq; ad sententiam fieri possit.

Quicquid sit, hodiè in plerisq; judiciis, prædicta secunda opinio Panormitani servatur, & secundùm eam pronunciatur, 20

teste Matth. VVesenb. in comm.ff. de his qui not.infam.n.9.in med.vers.quæ distinctio.Socin.& si verò maximè.& vers.seq.

Unde fit, si judex æstimationem injuriarum in libello expressam taxavit, & per præambulam sententiam interloquendo imposuit actori juramentum, quod reus tunc post hanc sententiam præambulam nihilominus injuriæ æstimationem offerre possit; ut eleganter evincit, & ita in Camerâ Imperiali in causâ Schweissen contra Joannem Betten Mogentzen.3.Septembr, Anno 1567. conclusum fuisse; testatur 21

Andr.Gail.libr.2.obser. 102. incip. quâdam actione. n.1.n.2.vers. istis tamen non obstantibus. num.3.& num. sequent.

Imò etiam post sententiam definitivam & condemnationem factam, ejusmodi oblatio & solutio fieri potest, si illa per leuterationem vel appellationem fuerit suspensa, 22

teste Matth. VVesenb. in comm. ff. de his qui not. infam.n.9.in med.vers.quin amplius puto solutionem.& vers.seq

Advertendum autem est hoc in casu, quod reus propter solutionem & oblationem æstimationis injuriarum non ab institutâ actione, ut quidem voluit. 23

Joan.Faber.in §.ult.inst.de perpet.& tempor. action nu. 3. Fulgos.(ubi quatuor fundamenta affert) in l.jusjurandum & ad pecunias.34.§.ait.prator.ff.de jurejur. n. 3.& seq.

Sed ab observatione judicii tantùm absolvatur, ita tamen, ut hæc absolutoria vim definitivæ habeat,

Br.in l.infamem 7.ff.de publ.judic.n.10.sub fin.vers. absol-

absolvetur enim ob infamiam. & n. seq. Felin. in d. c. cum te. 21. x. de sent. & re judic. n. 4. vers. sed absolvetur ab observatione. & seq. Jason in l. jusjurandum & ad pecunias. 31. § omnium rerum. ult. ff. de jurejur. n. 3. ibi, & ex hoc Paul. de Castr. eod. n. 5. vers. quia tunc absolvitur. Gail. (ubi ita in Camera 3 Septembr. Anno 160-. in prædicta causa Schwe gen/*contra* Velten Mogennen *judicatum refert*) *lib. 2. obser. 102. num. 6. ibi, quando autem reus usq; ad fin.*

24 Quartò injuriarum condemnatus infamiam evitare potest, si vel authoritate magistratus vel judicis, vel gratuitò, vel adhibita protestatione super injuriis illatis transigit, & paciscitur, *ut supra n. 10. 11. & n. 12. dixi.*

25 Quintò, si judex recedit ab ordinariâ & consuetâ pœnâ, & aliam severiorem imponit; tunc enim, duriorem pœnam imponendo, censetur cum existimatione dispensasse,

l. in servorum. 10 § ult. vers. ut qui majorem. ff. de pœnis. l. quid ergo. 13. § pœna gravior. 7. ff. de his qui not. infam. l. si Postulationum. 4. vers. quoniam sententia severitas. C. ex quibus caus. infam. irrog. VVesenb. in com. ff. de his qui not. infam. nu. 9. sub fin. vers. quartus modus est. Joan. Harppr. in § in summa. 10. instit. de injur. 138. ibi decimò præmissa.

26 Sextò, si damnatus appellat vel leuterat, & pendente appellatione & leuteratione operam dat, ne sequatur altera sententia, sed lis pereat per pactum, solutionem, vel alium quemvis modum. *VVesemb. in comm. ff. de his qui notantur infam. n. 9 sub fin. vers. sextus modus est Joan. Harppr. in §. in summa. 10. inst. de injur. n. 127 ibi. sextò limitatur. & n. seq.*

27 Septimò, si per principem æstimationi pristinæ restitutus fuerit, *l. solet. 10. ff. de his qui not. infam. VVesenb. in comm. d. tit. num. 9. in fin. vers. septimus & ultimus. Joan. Harppr. d. § in summa. 10. num. 140. ibi, deniq; & n. seq.*

28 Octavò, si ante litem contestatam perperam dicta revocat,

Joan. Plot de in lit. jurand. § 45. num. 34. Schrad. de feud. part. 9. princ. c. 4 num 127. quos sequitur Petr. Hering. quæst. 4. n. 19. ibi, sic & nonnulli. & seq. part. 2.

29 Nonò, si propter injurias saltem actio l. Aquiliæ fuit instituta, & quis ex eâ condemnatus,

Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 107. n. 51. ib, octavo deniq;. & n. 52. part. 3.

30 Et ideo si quis adversario injuriam remisit, pietate forsan Christiana adductus, vel necessitudine vel alio quovis modo, tunc si is ad damna & expensas injuriarum fuerit conventus, & damnatus, infamis non fit,

Jacob. Schult. in addit. ad Medest. Pistor. d. quæst. 107. n. 53. ibi, ex quo efficitur. & seq. part. 3. cui addatur Didac. Covarr. lib. 2. variar. resolut. c. 10. n. 7.

31 Decimò, si quis sui copiam in judicio non faciat, sed propter contumaciam condemnetur,

Joan. Zanger. tract. de except. part. 2. c. 1. num. 177. vers. non quidem ut infamiâ notetur. & seq. Gl. latin. ad text. lat. in Landr. *lib. 1. art. 68. verb. pro quacunq; culpa. in med. vers. sed quæritur an ista & seq Hippol. de Marsil. in sua pract. crimin. § postquam. numer. 66 sub. fin. vers. ultimo circa prædictam. & numer. 67. Alex. consil. 114. incip. repetitis ut quid numer. un vers. fortiùs voluit. vol 2. Joann. Andr. in addit. ad Specul. lib. 2. part. 1. tit. de contumacia. § sequitur tertiò. numer. 2. verb. confiteri. lis, & ibi, hac tamen fictio. Bl. in l. 1. C. de hered. instit numer. 5. in med. vers. sed nullo jure careret, & seq. Br. consil. 111 incip. quæritur & in dubium revocatur. numer. 6. vers. sed condemnatus ex contumacia. part. 1. Joan. Harppr. in § in summa 10. instit. de injur. n. 113. ibi tertio decisio. & num seq.*

Quemadmodum ita Anno 1617. Facultas Juridica Lipsensis pronunciavit.

Zum andern vnd auff ewer ander Frage / ob wol sonsten der jenige / so einen jhme ohne vorbehalt seiner Ehren zu recht zuerkandten Wiederruff geleistet an seinen Ehren anrüchig wirdt / dennoch aber vnd woferne beklagte Gericht jhres eignen begangenen Vngehorsambs halben vnd also *ob fictam injuriarum confessionem*, inhalts der Klagenbitt verurtheilet worden vnd darauff Klägern einen öffentlichen Wiederruff vor Gerichte thun sollen so würden sie darüber an jhren Ehren nicht anrüchig. V. R. W.

Idem responderunt Scabini judicii Curialis VVitenbergensis.

Auff ewer ander Frage sprechen wir für Rechten gegründet / wenn auch gleich wegen wörtlichen *injurien* solche Klage angestellet / vnd darauff der Wiederruff beklagten zuerkandt würde / dennoch aber vnd dieweil in gegenwertigen Proceß nicht allein *in contumaciam* verfahren / sondern auch beklagte durch jhren *Syndicum* erschienen / als mögen auch dieselbe vnd seine Principalen auff den fall / wenn sie den Wiederruff leisten müssen vor anrüchige Leute nicht gehalten werden V. R. W. 32

Undecimò si quis non ad accusationem, sed ex officio judicis est injuriarum damnatus, 33

Bl. (ubi hoc notandum dicit) in l. certum 1. C. si tutor vel curat. non gess. num. un. vers. dic. quia damnatus ex officio. & seq.

Duodecimò, si judex expressè in sententia reo existimationem honoris reservaverit; Et licet nonnulli dicant, quod judex in ejusmodi actione, famam & honorem concernente, reo existimationem conservare & in sententia adjicere non possit, quod ea non debeat nocere parti condemnatæ quoad honorem & existimationem suam,

Zasius in l. acta. § de ampliandâ. ff. de re judic. num. 7. vers. secus puto. & seq. per text. elegantem *in l. non potest. 63. ff. de furt.*

ubi dicitur, quod præses provinciæ efficere non possit, ut furti damnatum non sequatur infamia, cui addatur

Vult. in § pœna. 0. 7. instit. de injur. n. 7. post princ. Gilhaus. in sua arbor. judic. crimin. c. 2. tit. 34. § 7. n. 15, vers. quam reservationem.

Contrarium tamen alii rectiùs tradunt, modò justa causa subsit, aliàs non, 34

Br. consil. 111. incip. quæritur. & in dubium revocatur. numer. 7. ibi, superest ergo. junct. vers. veritas est, quod judex. & seq. Joann. Harppr. in § in summa. 10. instit. de injur. numer. 117. ibi, quartò limitatur. & num. seq. VVesenb. in comm. ff. de his qui not. infam. num. 9. sub fin. vers. quintus est si judex. & in comm. ff. de injur. numer. 18. post med. vers. & hoc aliquando. & sequent. & consil. 22. incip. ne frustra. numer. 25. sub fin. vers. ideo quidem. & numer. 26. Gail. lib. 1. observ. 65. ubi ita in Camerâ in causa Jnaelt *contra* Amersdorf / *item in causa* Sebastian Hacken *contra* Stephan Schwo-

suß

fuis factum fuisse refert) num. 5. in fin. vers. attamen in sententia. & num. 6. Daniel. Moller in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 42. num. 17. ibi, non inutilis antem est. & num. seq. Barthol. Blarer. in repet. l. diffamari. 4. C. de ingen. manumiss. in argumento (ubi ita quandoq; in Camera Imperiali observatum fuisse testatur) n. 3. post princ. & vers. quandam ejusmodi. Ludolph. Schrad. tract. de feud. part. 9. prin ip. part. 2. sect. 6. numer. 40. vers. & licet judex. & seq. Nicol. Boer. decis. 64. n. 10. ibi, quinimo judex.

Veluti etiam ita Anno 1617. Scabini Lipsenses responderunt.

Zum andern / vnd auff ewer Frage sprechen wir / wenn gleich den Stadtgerichten zu M. den Wiederruff zu leisten solte aufferleget werden / do sie aber dennoch zuvor bitten vnd ansuchen würden / daß derselbe jhnen an jhren Ehren / vnnachtheilich seyn solte: So würde gestalter Sachen nach solchen jhren suchen billich stadt gegeben / vnd wenn dasselbe also dem Vrthel einverleibet / möchte jhnen der Wiederruff an jhren Ehren / leimut / vnd guten Namen nicht nachtheilig seyn. V. R. W.

35 Quæ a. sit justa causa reservandi condemnato existimationem honoris, tradit

Br. d. consil. 111. n. 7. vers. dicendum est ergò. n. 8. & seq. part. 1. Daniel. Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 4. const. 42. n. 19. & seq.

36 Inter cætera a. & hæc pro justâ causâ reputatur, si injurians est opifex, & in aliquo collegio constitutus, tunc enim illi in sententiâ existimatio honoris meritò reservatur, quoniam esset admodum crudele, si quis propter levissimas injurias, ex iracundiâ fortè prolatas, societate, ordine, collegioq; suo, tanquam infamis ejiceretur, & alia graviora consequeretur,

teste Matth. VVesenb. in comm. ff. de injur. n. 18. post med. vers. & hoc humaniùs. & seq.

37 Judex tamen in sententia certam causam, cur reo famam & honorem reservaverit, exprimere non tenetur,

c. sicut. 16. x. de sent. & re judic. VVesenb. in comm. ff. de his qui infam. not. numer. 9 sub fin. vers. sed hoc casu causam.

38 Et licet

Herm. Vult. in § pœna a. 7. inst. de injur. n. 9. vers. nec concedenda nisi judici. pag mihi. 602.

dicat, quod hæc potestas reo existimationem honoris conservandi, non cuivis judici, sed illi tantùm, à quo non appellatur, cujusmodi est Camera Imperialis, concedi debeat.

39 Hodie tamen eam reservationem, etiam ab omnibus aliis judicibus inferioribus, fieri posse, rectè tradit

Barthol. Blarer. in repetit. d. l. diffamari. 4. C. de ingen. manumiss. in argumento ejusd. l. num. 3. in med. vers. quod non solum jure supremo. & vers. seq. Daniel. Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. d. const. 42. nu. 17. in med. idq; videre non solùm. & seq.

40 Benè tamen verum est, quod ejusmodi reservatio honoris, & famæ in injuriis atrocioribus non sit admittenda, præsertim si sint reales, scriptæ, & maximè publicè editæ,

Herm. Vult. in §. pœna autem 7. instit. de injur. nu. 9. vers. in atrocioribus nunquam: quem sequitur Ludovic. Gilhaus. in suâ arbor. crimin. c. 2. tit. 34. §. 7. n. 15. vers. & in atrocioribus. fol. mihi. 236. Daniel. Moller. in commentat. ad const. Saxon. part. 4. const. 42. num. 21. post princ. vers. quod si falsum sit crimen & n. seq.

Decimotertio quis infamis non fit, si juxta ordinationem judicii curialis coram judice & assessoribus se declaret, se verba illa, quæ ab actore tanquam injuriosa allegantur, animo injuriandi non protulisse, deq; actore non nisi bonum & honestum scire & sentire posse, 41

Oberhoffgerichts Ordnung zu Wittenberg *Anno 1550. tit.* von Schmehesachen §. würde sich aber auch. *in vers.* vnd das soll demselben vnauffrücklich vnd vnverleimlich seyn. *pag. mihi. 220.*

Decimoquartò, si reus pendente lite moritur, tunc ejus heres injuriarum condemnatus infamis etiam non efficitur, *Freher. lib. 3. c. 8. numer. 6. de infamibus; quem sequitur Ludovic. Gilhaus. in suâ arbor. crimin. c. 2. tit. 34. §. 7. nu. 18. in med. vers. dubitatur autem an conventus. fol. 236.* 42

LXIV.

De retorsione & compensatione injuriarum.

S U M M A R I A.

1. *Retorsio injuriarum est licita. n. 3. 7. 8.*
2. *Etiamsi verba extra casum provocationis per se sint injuriosa.*
4. *An per retorsionem possum dicere, tu mentiris per gulam.*
5. *Vel mentiris ut adulter, fur, latro, & simil. n. 6.*
9. *Quibus competit hac retorsio. num. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*
18. *Contra quos datur hac retorsio. n. 19. 20.*
21. *Forma retorsionis, quæ.*
22. *In continenti debet fieri retorsio.*
23. *Cum moderamine inculpatæ tutelæ debet fieri. 24. 25. 26. 27. ubi exempla afferuntur.*
28. *An injuriam verbalem verberibus liceat repellere.*
29. *An illi, qui alicui mendacium se dixisse dicit, alapam impingere liceat. n. 30.*
31. *Qui moderamen in retorquendo excessit, mitius punitur.*
32. *Quomodo retorsio expediri debeat, an per libellum, vel alium modum. numer. 33. 34. 36.*
35. *Formulæ retorsionis traduntur, remissivè.*
37. *Finis & effectus retorsionis quis.*
38. *An per eam extinguatur actio injuriarum, n. 39. 40. 42. 43. 44.*
41. *Qui sibi ipsi jus dicit, & in eo jus dicentis, authoritatem, quam implorare debuerat, negligit, indignus est, ut legis & magistratus opem sentiat.*

Re-

45. Retorsio retorsionis non datur.

46. Notarius illi, qui retorsionis instrumentum insinuavit, operam suam in eodem retorsionis negocio præstare non potest.

1 Communis & ubiq; locorum recepta DD. opinio est, quod injuriam injuriâ rectè retorquere liceat, atq; is, qui provocatus injuriam propulsat, injuriarum non teneatur,

per text. expr. in l. quæ omnia. 25. vers. nisi fortè purgare. & vers. seq. ff. de procurat. text. elegant. in l. qui cum major. 14. §. si libertus. 6. vers. idem puto, & si ab eo petitus retorsit in eum crimina. ff. de bon. libert. l. ut vim & injuriam. 3. ff. de I. & I. Jason. in d. l. 3. n. 36. ibi, quæro quid de injuria. Br. in d. l. quæ omnia. 25. ff. de procurat. n. 1. Gail. lib. 2. obser. 100. incip. jus edit alia. n. 1. & seq. per tot. Joann. Harppr. (ubi rationes affert) in §. hæc actio. 12 instit. de injur. num. 90. & seq. n. 102. & n. seq. Ludolph. Schrad. de feud. part. 9. c. 4. num. 114. ibi, hæc conclusio fallit. & n. seq. Carrer. in pract. crimin. tract. de homicid. §. circa quartum. nu. 101. Petr. à Plaza in epitom. delictor. lib. 1. c. 28. n. 12. Bl. in l. 1. C. unde vi. num. 16. vers. & imò verbis. Nicol. Boer. decis. 169. incip. primò videtur. num. 1. & n. seq.

2 Quod procedit, etiamsi illa verba per se sint injuriosa, ita ut extra casum provocationis proferens injuriarum rectè conveniri, & condemnari possit,

Br. in l. item apud 15. §. ait prætor. 2. ff. de injur. nu. 3. vers. idem si tibi. Jason. in d. l. ut vim. 3. ff. de I. & I. n. 37. Gail. lib. 2. d. obser. 100. num. 3. vers. tametsi illa verba. & sequent.

3 Unde infertur, si quis mihi crimen vel convicium aliquod objecerit, quod ei licitè respondere possim, tu mentiris,

ut supra late conclus. 59. n. & seq. [illegible]

4 Quod usq; adeò verum est, ut dicenti mihi verba injuriosa optimè respondere possim, tu mentiris per gulam,

Bl. consil. 45. incip. statuto Papiæ cavetur. n. 2. ibi, sed dubium est de libello, & seq. usq; ad fin. lib. 1. Angel. Aretin. tract. malefic. verb. verba injuriosa. n. 1. vers. quod tamen debet. Schrad. de feud part. 9. d. c. 4. n. 115. vers. quod usq; adeò verum est. & seq. Schneid. in §. in bonæf. 30. inst. de action. n. 24. vers. tu mentiris in gulam.

5 Vel mentiris ut fur, adulter, scelestus, latro, prædo, homicida & similis,

late Schrad. (ubi pulchras rationes affert) tract. de feud. part. 9. c. 4. n. 115. sub fin. vers. deinde hæc conclusio. n. 116. & num. seq. & in §. jus a. gentium. inst. de I. N. G. & C. ibi, in materia defensionis, (ubi etiam rationes affert) n. 57. vers. quinimo ei, qui nobis. & seq. & consil. 40. incip. ad primæ quæstionis decisionem (inter consilia var. ICtorum Kirchofii, ubi etiam sex rationes affert) n. 38. ibi, similiter non obstat. n. 39. & seqq. vol. 1. quem sequitur. Joan Harppr. (ubi easdem rationes repetit) in §. injuria. a. 1. inst. de injur. n. 80. vers. vel etiam tu mentiris ut fur. n. 81. & seq. Mynsing. cent. 5. obser. 17. n. 3. sub fin. vers. vel tu mentiris ut fur. & n. seq. usq; ad fin.

6 Quæ retorsio indistinctè admittitur, etiamsi is, cui ejusmodi retorsio, tu mentiris ut latro, fur, & similis, fit, neq; fur, neque latro, neq; prædo, &c. sit,

Joann. Harppr. in d. §. injuria. 1. instit. de injur. n. 81. ibi, ac sanè retorsio istac. n. 82. & seqq.

Et quidem procedit, sive quis specialiter ei, qui ipsi crimen confictum objicit, respondeat, ipsum mentiri, sive generaliter dicatur, quicunq; hoc dicit, ipse mentitur, 7

Socin. Jun. consil. 122. numer. 18. consil. 123. n. 23. lib. 2. & consil. 82. n. 1. & seqq. & consil. 117. n. 9. lib. 3. quem sequitur Schrad. de feud part. 9. c. 4. n. 115. in med. vers. & hoc procedit.

Item, sive quis purè & simpliciter dicat, tu mentiris sive sub conditione, si tu hoc dicis, vel dixeris, mentiris; neutrô enim casu is, qui hæc verba profert, ad defensionem honoris sui, punitur, 8

Socin. Jun. d. consil. 122. n. 16. 17 & seqq. & consil. 123. numer. 29. & numer. seq. lib. 2. Philip. Dec. consil. 457. incip. in quæstione proposita. numer 6 & seq. Schrad. de feud. d. part. 9. c. 4. num. 115. in med. vers. item sive quis purè. & seq.

Hæc a. retorsio, cum sit defensionis species, regulariter omnibus, qui injuria verbali sunt affecti, ad honorem, famam, atq; existimationem suam conservandam, competit, *Joan. Harppr. in §. hæc actio. 12. de inst. de injur. num. 125. ibi, porro cum retorsio. & seq.* 9

Etiam pupillis & minoribus sine tutoris & curatoris consensu & authoritate, 10

arg. l. 1. §. cum arietes. 11. ff. si quadrup. pauper. fecis. dicatur. Joan. Harppr. in d. § hæc actio. 12 inst. de injur. n. 127. ibi, ex qua conclusione. & n. seq.

Item filius familias, patre etiam dissentiente, 11

Joann. Harppr. (ubi rationes affert & contraria solvit) in d. §. hæc actio. 12. inst. de injur. n. 130. ibi, deinde ex præfata. num. 131. & seq.

Pater item; & maritus injuriam, filiof. vel uxori illatam, suo nomine rectè retorquere, & repellere possunt, non item nomine filiif. vel uxoris, 12

elegant. Joann. Harppr. in. d. §. hæc actio. 12. instit. de injur. n. 135. ibi, dubia hic exurgit. n. 136. & seq. n. 141. ibi ex eadem quoq;. & n. seq. Halbritter in tract. de injur. c. 6. de retorsionibus. sub tit. qui possunt retorsionis remedio uti. sub. fin.

Deportatus etiam retorsionis remedio licitè uti potest, 13

Joann. Harppr. d. §. hæc actio. 12. inst. de injur. n. 153. ibi, præterea ex supra posita. n. 154. & seq.

Non item ab Imperatore vel Camerâ Imperiali bannitus vel proscriptus, rationem reddit, 14

Ioann. Harppr. in d. §. hæc actio. 12. n. 158. ibi, quid a. de eo. & n. seq.

Quemadmodum nec procurator, ad agendum constitutus, propter injuriam verbalem, domino principali illatam, omissa injuriarum actione nomine principalis retorsionem interponere potest, 15

Ioann. Harppr. in d. §. hæc actio. 12. inst. de injur. num. 143. ibi, resolvenda hoc loco occurrit. n. 144. & seqq.

Etiamsi is generale mandatum, ad omnia negotia domini expedienda, habeat 16

Iohann. Harppr. d. §. hæc actio. 12. instit. de injur. n. 150. ibi, at quid si procurator. n. 151. & seq.

Infamis etiam, si ei quis infamiam objiciat, retorquendo & repellendo infamiam dicere non potest, tu mentiris, 17

Ioan.

Johann. Harppr. (ubi limitat) in d. §. hæc actio 12. inst. de injur. n. 164. ibi, non dissimilis videtur. & n. seq.

Pro ut etiã illi, cui verum crimen objicitur retorsione uti nequit. *Johan Harppr. ctb. in d. §. hæc actio 12. n. 162. & seq.*

18 Hoc a. retorsionis remedium adversus omnes, qui verbalem injuriam intulerunt, sive sint viles & humiles, sive egregiæ, & in dignitate constitutæ personæ, suscipi & interponi potest,

Johann. Harppr. in d. §. hæc actio. 12. inst. de injur. n. 66. & seq.

19 Etiam adversus dominum feudi

Ludolph Schrad. tract. de feud. part. 9. c. 4. num. 114. ibi, hæc conclusio fallit. & n. seq Harppr. d. §. hæc actio. 12. (ubi rationes affert) n. 176. ibi, nec minor. & n. seqq. Uldar. Zas. tract feud part. 10. incip. jam ad domin. nu. 102. ibi, cæterum si vasallus.

20 Contra patrem, Magistrum, & magistratum, retorsio injuriarum non est licita, nisi liquidò constet, patrem, Magistrum, & magistratum non animo castigandi, & corrigendi, sed potiùs injuriandi, & diffamandi, privatô quodam odiô vel affectu, filium, discipulum, vel subditum contumeliosis verbis ultra modum objurgasse,

elegant. Johann. Harppr. in d. §. hæc actio. 12. instit. de injur. num. 167. ibi, hinc non abs re. n. 168. & seqq. usq; ad n. 176.

21 Pro formâ autem retorsionis injuriarum requiritur, ut in continenti fiat,

Gail. lib. 2. observ. 101. numer. 5. vers. intellige a. hanc fallentiam & seq. Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 137. numer. 30. ibi, sic & respondit. part. 3. Modest. Pistor consil. 3. incip. Solche fragen. *numer. 34. vers* welche allhier nicht seyn kan *& numer. seq. vol. 2. Johann. Harppr. in d. §. hæc actio. 12. inst. de injur. nu. 96. & numer 209. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 15. n. 8. ibi, quando quis, Iacob. Menoch. (ubi communem dicit) consil. 107. n 42.*

22 In continenti a. retorsio fieri dicitur, & tunc, licet ex intervallo fiat, si eo tempore interponatur, quô quis retorquendi habuit potestatem, puta, quo primùm certò rescivit, & cognovit, sibi absenti injuriam factam esse, & quô Notarium ad insinuandam retorsionem commodè habere potuit,

Johann. Harppr. in d. §. hæc actio. 12. instit. de injur. n. 97. ibi, in continenti a. n. 98. & n. seq.

23 Deinde requiritur, ut cum moderamine inculpatæ tutelæ fiat, in suis terminis consistat, & ulteriùs non progrediatur,

Schrad in §. jus a. gentium. instit. de I. N. G. & C. num. 55. & numer. 56. Ioann. Harppr. in §. hæc actio. 12. inst. de injur. numer. 209. vers. verum etiam cum moderatione. Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 127. nu. 46. part 3.

24 Alias si retorsio moderamen excedit, & quis verbis injuriosis provocatus, aliis verbis injuriosis, diversum delictum spectantibus, injuriantem reverberat, retorsio & compensatio injuriarum non valet, sed uterq; de injuriâ sibi illatâ agere debet, *Specul. lib. 1. part. 2. tit. de accusatore. numer. 11. ibi, quid si te vocavi. vers. dic. contra. & seq. Modest. Pistor. consil. 3. numer. 34 vers.* Und hierauff haben wir eine klare *decision. vol. 2. Daniel. Moller. (ubi ita in Scabinatu Lipsiensi ad consultationem Friderici Lotteri Quæstoris præfecturæ Delitiaræ pronunciatum, & utriq; litigantium injunctum fuisse testatur, ut crimen quod alter alteri objecisset, probaret) in comm. ad const. Saxon. part. 4. constit. 42. numer. 11. ib., etsi a. non defe[...] Panorm. in c. de xiis. 8. x. de except. numer. 18. vers. quando casu distingue. & in c. cum te x. de sent. & re judic. numer. 25. vers. aut convicium meum concernit aliud factum, & in c. intelleximus. x. de adulter. & stupr. numer. 6. sub fin. vers. aut sunt commissa circa divers. & in c si vixati. x. de injur. nu. 1. vers. & potest adduci hæc litera. Andr. Gail. lib. 2. observ. 100. numer. 9. vers. secus si convitium. Tiber. Decian. tract. crim. in. lib. 3. c. 35. rubr paritas delicti quando accusatorem repellat. numer. 6. Ioach. Mynſ. cent. 5. obser. 17. n. 3 ibi, quod tamen cum hoc moderamine. Schneid. in §. injuria. 1. inst. de injur. n. 12. ibi, circa prædicta opportunè quæritur.*

Unde fit, ut si mihi crimen vel delictum ali- 25
quod objicis, meq; furem appellas, ego retorquendo tibi aliud crimen objicere, & te latronem vocare non possim,

Ægid Boss. in pract. crimin. rubr. de homicid num. 86. vers. tamen ob sola verba injuriosa. & seq. pag. mihi. 241. Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 127. numer. 47 & seq. VVurmbs. lib. 1. observ. tit. 47. observ. 4. num. 2. & obser. 15. num. 3. & seq. Schneid. in §. in bonaf. 30. instit. de action. nu. 24. vers. contrarium tamen affirmat. & seq.

Quemadmodum, si me vocasti furem, vel la- 26
tronem, dicere quidem possum, tu mentiris, sed te furem & latronem æquè vocare non possum,

Mynſ. cent. 5. d. observ. 17. nu. 3. vers. adeoq; eum, qui vocavit aliquem. & seq Specul. lib. 1. part. 2. tit. de accusatore. n. 11. Iohann. Harppr. in §. injuria. 1. instit. de injur. num. 87. & seq. Iohann Schneid. eod. (ubi rationes affert, & contraria solvit.) num. 12. vers. contrarium tamen firmat. & seq. & in d. §. in bonaf. 30. instit. de act. num. 24. & seq.

Similiter licet alicui me furem, latronem, ad- 27
ulterum, & similem vocanti, impunè respondere possim, tu mentiris ut fur, latro, vel adulter, ut supra *num. 5.* dictum est, attamen ei regerere non possum, tu mentiris, tu fur, ut latro, tu adulter,

Iohann. Harppr. d. §. injuria. 1. instit. de injur. n. 96. ibi, ratio porrò differentia. & n. seq.

Multò minùs igitur licebit injuriam verba- 28
lem armis & verberibus repellere,

Bl. in l. 1. C. unde vi. n. 16. vers. & imò verbis resistit. post princ Ludolph. Schrad. tract. de feud. part. 9. c. 4. num. 129. ibi, nono hæc conclusio fallit. & nu. seq. & in §. jus a. gentium, inst. de I. N. G & C. n. 57. ibi, circa primum. & n. seq. Ioann. Harppr. in §. hæc actio. 12. inst. de injur. n. 184. & seq. Nicol. Boer. decis. 169. n. 1. & seq. per tot. Vasq. lib. 1. controvers. c. 12.

Undè manifestò patet, falsam esse illam theo- 29
ricam vulgò receptam, auff eine Lügen gehöret sich eine Maulschelle / id est, mendacium alicui objectum tam esse atrocem injuriam, ut nulla contrariâ mendacii objectione, sed solo facto, pugno scilicet, vel alapa retundi, & expurgari possit,

elegant. Iohann Harppr. in d. §. hæc actio. 12. inst. de injur. n. 189. ibi. cum igitur quævis. & n. seq.

Nisi quispiam infamis, vel vilis, & plebejus a- 30
licui nobili, vel aliter egregiæ personæ mendacium objecerit, tunc ejusmodi Nobilis vel egre-

gia

gia persona non solùm legitimâ mendacii retorsione, sed etiam colapham impingendo ejusmodi vili, & infami conviciatori, se rectè defendere potest,

Bologn.in l.ut vim.3.ff.de I.& I.(ubi ita communem practica nobservare testatur) n.95.vers.limitatur tamen. Cum seq.Joan.Harppr.d.§.hæc actio.12.inst.de injur.n.103.ibi, limitatur, & declaratur & seq.quibus addatur Gail.lib.2.obser.100.n.7.& seq.

31 Benè tamen verum est, quòd hoc in casu provocatus, si moderationem hanc non observavit, sed injuriam verbalem verberibus repulit, vel suum conviciatorem iterum furem, adulterum, latronem vel similem vocavit, vel aliud crimen objecit, mitiùs & lenius puniatur,

per text.in l. si adulterium 38.§.imperator.8.vers. & quia plus fecerit.ff ad l.Jul.de adult. Andr. Gail. lib. 2. obser.100.n.9.in fin.vers. licet provocatus mitiùs. & nu. seq.Schrad.tract.feud.part.9.c.4.num.124.in med.vers. attamen omnes DD.& num seq.& numer.129.Johann. Harppr.in §.injuria autem 1.inst.de injur.num. 97.ibi, etsi autem.& num seq.VVurmbs.lib.1.obser.tit.47.obser.15.num.5. Hippol. de Marsil.in l. 1.ff.ad l.Cornel.de sicar.num.77.Bolognet.in l.ut vim.3.ff.de I.& I.nu. 94. Jul.Clar.(ubi ita in facti contingentia observatum fuisse testatur)lib 5.sent.§ ult.quæst.60.num. 18. vers. mitiùs tamen puniatur. Andr.Tiraq.de pœnis temper. aut mitig. caus.1 n.12 post med.vers.dicit tamen.

32 Advertendum autem est, quod hodiè retorsio plerunq; per schedulam aut libellum expidiri soleat, in quo quis commemorat, se à certa persona, puta à Titio, alicujus criminis, forte homicidii vel similis, falsò esse insimulatum, & apud honestos & bonos viros diffamatum, aliamve verbalem injuriam sibi innocenti per calumniam illatam: Itaq; honoris sui defendendi gratia apertè dicit, scribit & profitetur, quod conviciator iste Titius hanc injuriam ei inferendo mentitus sit, & quidem ex iggravandi mendacii causa; addi potest, quòd Titius tanquam fur aut prædo aut latro mentitus sit,

elegant.Joann Harppr.d.§.hæc actio.12.inst. de injur. n.194.ibi, sanè hodiè plerumq;.

33 Et quidem injuriatus non solùm certam & specialem injuriam, sed etiam certam personam, cui mentita datur, & injuria retorquetur, exprimere debet, aliàs retorsio nullius momenti est,

Harppr.d.§.hæc actio.12.num.195. ibi. cæterum circa libelli.& n.seq.

34 Omnium tamen utilissimus & tutissimus retorquendi modus est, ut verbali injuria affectus Notariô & testibus, ad hoc specialiter convocatis, libellum seu schedulam retorsionis ritè conceptam, suaq; propriâ manu subscriptam exhibeat, ut ab eodem Notario palam legendam curet, quo lectô eum requirat, ut iisdem aliisve testibus adhibitis injurianti libellum istum, nomine suo, legitimè insinuet, illius responsum desuper factum diligenter in notam sumat, & publicum instrumentum super his omnibus conficiat, atq; injuriato asservandum tradat,

pulchrè Joann. Harppr. in d. §.hæc actio.12.instit.de injur.n.211. ibi, porro ille retorquendi Modus. & nu.seq. Heinric.Bocer.Class.3.disput.4.de injuriis. thes.46.incip & quia per tot.

Formulas autem, ejusmodi schedulam seu libellum retorsionis ritè & legitimè concipiendi, & Notario offerendi, vide eleganter 35

apud Harppr. d. §. hæc actio. 12.instit.de injur.num. 195.& seqq.n.198.& seq.n.2 2.& seqq.n.217.& seqq. usq; ad fin.

Illud tamen summè observandum est, quod retorsio, absenti facta, non aliter valeat, quam si retorquens schedulam vel libellum, sive per se, sive coram Notario & testibus conceptum, absenti conviciatori per literas vel epistolam intimari & insinuari faciat, 36

Harppr.d.§ hæc actio.12.num.212.ibi, de eo sane neminem.& n.seq.

Finis autem & effectus retorsionis est, ut quis injuriarum actionem evadat, sumptibus parcat, & per eam honorem, famam, & existimationem conservet, 37

l.quæ omnia.25.ff.de procurat.

Sed quid, an hujus retorsionis effectus etiam est, ut per eam actio injuriarum tollatur, ita, ut quis propter retorsionem ad competentem injuriarum actionem non habeat regressum? 38

Affirmativè concludunt *Alciat.in singul. consil de duello.circ. princip. Bocer. disput. suar. class.3. disput.4. de injur. & famos. libell. thes. 78. incip. abolетur item. per tot. & in tract. de famos. libell. (ubi sub fin numer. 54.vers.ab eaq; non abhorret & sequuta supremum Ducatûs VVirtenbergici tribunal aliquoties judicasse subjicit) cap.3.incip.ex famoso obligatur.numer.54.ibi non est etiam ab hoc loco. numer. 55. & sequentib. Joann. Harppr. in §.hæc actio. 12.instit.de injur.numer.78. ibi, quinto & ultimò abolетur. numer. 79. & seqq. Anton. Faber (ubi ita in Senatu Subaudiæ pro N. Laborei contra Christophorum Mageccium. 3. Non. Martii Anno 1594. judicatum fuisse testatur) in suo codice lib.9.tit. de injur. 2. defin. 8. incip. ab alio injuriam passus. num. 1.& seqq.* 39

Cum quibus manifestò consentit *Gloss. margin. ad gl. ordinar.in* Landrecht.*lib.1. art. 68. numer. 3. sub lit. B. incip. nota quod pro injuria. in med. vers. nisi quis provocatus fol.mihi.160.col.2.* 40

Et in hanc sententiam etiam jamdudum Lipsenses Mense Majo Anno 1606.ad consultationem H. R. respondetunt; Habt ihr B. S. wegen der Schmehewort / so er wider euch außgegossen/ durch zwen Personen besprechen / vnd als er derselben nicht in abrede gewesen/ solche also balden wider jhn *retorquiren* vnd ermeldeten S. in seinen Bosen schreiben lassen/ So ist dardurch die *actio injuriarum* auffgehoben / Vnd ihr seyd jhn nun deßwegen gerichtlich zu belangen nicht befugt/ V.R.W.

Moventur, tùm *per text.in l. quæ omnia. 25. ff. de procurat.* ubi is, qui in obtrectatorē & conviciatorem retorsit, & regessit injuriam sibi illatam, opprobrium, convicium & pudorem suum purgasse dicitur. Cui consequens est, quod retorquens post retorsionem injuria amplius non sit affectus, proindè nec injuriarum actionem amplius habeat,

Bocer.d. c.3. numero 50.Harppr. d. §. hæc actio. 12. num. 79.

Tùm, quia non est incogniti juris, quod injuriarum actio ad vindictam impositæ contumeliæ pertineat,

l.2.§.emancipatus.4.ff.de coll. bonor.l.prætor.7.§.1.vers.at in actione injuriarum, ubi, ut vindicetur. ff. de injur.

Cum ergò seipsum quis vindicet, ipseq; sibi jureq; judex exstat & ultor, amplius judiciali remedio vindictam poscere non debet,

Bocer.d.c.3.n.51.Harppr.d.§ hac actio.12.n.81.

41 Tum, quia, qui sibi jus dixit, in eoque jus dicentis authoritatem, quam implorare debuerat, neglexit,

l.non est singulis.196.ff.de R.I. l.un. C. quando liceat unicuiq; se sine judic. vindic. indignus est, ut legis aut magistratûs opem sentiat, *arg. l.auxilium. 37.in fin. ff.de minor.l.1.sub fin.C.ubi,&uat.vel Clariss. Anton. Faber.d.defin.8.n.4.& n.seq.Bocer.d.c.3.n.52.*

Tùm, quia ubi ex uno facto duo vel plura competunt juris remedia ad unam eandemq; rem sive finem tendentia, tunc unum tollit & perimit alterum,

l.plura.53.in princ.ff.de O.& A.l.nemo.43.§.1.ff. de R.I.l.1.C.quand.civil.act.cr.min.prajud. Bocer.d.c.3.n.53.& n.54.Harppr.d.§.hac actio.12.n.82.

Cum ergo ex omni verbali injuria duo competant juris remedia, retorsionis scilicet, & actionis injuriarum, & tendant ambo ad unam eandemq; rem sive finem, nempè ad contumeliam expellendam, & removendam,

l.item apud 15.§ si quis servo.46.ff.de injur.

ex quâ contumeliâ nascitur ipsa injuriarum actio,

l.si unus.27.§.pactus ne peteret.2.vers. non enim. ibi, injuriarum.actio nascitur ex contumelia.ff.de pact.l.1.in princ.vers specialiter.ff.de injur.

Indè sequitur, adhibitô remediô retorsionis, non ampliùs competere alterum actionis injuriarum remedium,

Bocer.d.c.3.num.53.vers.cum ergo ex verbali. Joann. Harppr. d. §. hac actio.12.n.82. vers. cum ego ex omni. & vers.seq.

Tùm, quia cessante causâ seu obligatione, cessat actio,

c.cum cessante. X. de appell. Anchar. consil.47.incip. pro clariori.num.4.& consil. 215.incip.scripsit papa. nu. 17. latè Tusch.tom.1.verb cessante. conclus. 202. n. 1. & sequentibus.

Causa autem, nempè contumelia, ex quâ oritur actio injuriarum,

d.l. si unus.27.§.pactus ne peteret.2.vers.non enim ex pacto injuriarum actio nascitur,sed ex contumeliâ. ff. de pact. retorsione facta, cessat, *d. l. quæ omnia. 25. ff.de procur.*

Quæ assertio etiam est verissima, & juris principiis, & rationi admodum consentanea, & secundùm eam meritò judicandum & decidendum, præsertim, cum juxta eam non solùm in exteris locis sed etiam in judiciis Imperii Romani, sit judicatum, *ut supra dictum.*

42 Non obstante, quod novissimè contrarium asserere conetur, & ita in facultate juridica Gissena responsum fuisse, testetur

Heinrich.Rebelstrâ.decis.18. incip. mota fuit injuriarum actio.in med.vers.verum his non obstantibus.& seq. per tot. & ante hunc *Ludolph. Sibrad.* (*inter consil. varior.ICtorum à Krechobio edita*) *consil.40.incip.ad primæ quæstionis.num.1.& seq.junct.n.12.vers.& licet hac & similia.& seqq.junct.17.vers. & quod DD. prædicta, numer. 15. & seq.numer.21.vers.quare cum DD.a Tribunis.numer 22.& seqq.junct.numer.76.numer.77.& seqq.vol. 1.*

Ubi disserit de juris quodam Doctore, qui contra civitatis cujusdam Tribunos Plebis, ipsum qui dixerunt suspectum, retorsione usus fuerat his verbis, ipsos mentiri tanquam scelestos, *& n.1. & seqq.usq; ad num.76.* concludit, quod Doctor ille non modò ex hac injuriæ propulsatione & retorsione non teneatur ipsis Tribunis ulla injuriarum actione, sed insuper etiam *n.77. & seqq. usq; ad fin.* dicit, Doctorem contra ipsos Tribunos suspicionis illius nomine injuriarum actione experiri posse.

Nec movent rationes quæ in contrarium adducuntur. Quod enim *Heinric.* Rebelstrâ *d decis. 18. post med.vers.cum enim certe.& seq* primò locô dicit, certos jure nostro modos esse constitutos, quibus obligatio, quæ ex injuriâ oritur, tollitur, inter quos nullibi retorsio relata invenitur, id negatur, quia nullibi in universo jure omnes modos tollendi Injuriarum actionem, exactè recensitos, & dinumeratos, mihi quisp am demonstrare poterit, quin non etiam alii modi hodiè usu & communi praxi inveniantur; id quod patet, *ex §. ult. inst. de injur.* ubi dissimulationis tantum fit mentio, & tamen plures esse modos, etiam in jure non expressos, paulò post *infra* latiùs dicetur. Quod verò *Heinrich.* Rabelstrâ. *d. decis. 18. sub fin. vers. nec in contrarium, pag. mihi 216.* secundo loco statuit, retorsionem, extrajudicialiter factam, judiciali persecutioni ideò præjudicare non posse, cum ad diversos tendant fines, & retorsio ideò fiat, ne injuriatus tacendo crimen objectum confiteri, & dissimulare videatur, judicialis verò persecutio ad satisfactionem, & qualem qualem gravaminis illati recompensam tendat; Utrumq; falsum est. Retorsio enim non ideò fit, ne injuriatus crimen tacendo confiteri censeatur, sed potiùs, ut se ab illo purget,

text.in l.quæ omnia 25.ff. de procur.

Nec judicialis injuriarum persecutio ad satisfactionem, sed potiùs ad vindictam, tendit,

per text.in d.l.prætor ait. §.1.vers.at actione.ff.de injur. ubi dicitur: at actione injuriarum de ipsa cæde vel veneno agitur, ut vindicetur, non ut damnum sarciatur.

Et licet in condemnatione etiam, satisfactio, & recompensatio aliquo modo versetur: Hoc tamen non fit principaliter, sed secundariò,

d. l. prætor ait.7.§.1.vers. at in actione injuriarum. ubi Gothofr.lit. C.ff. de injur.

In actione autem injuriarum, non id quod accessoriè & secundariò, sed quod principaliter continetur, attendi debet,

text. in d. l. prætor ait. 7. §. 1.vers.quid ergò de lege Aquilia.ff. de injur.

quoniam sublato principali, nempe contumeliâ, quæ est actionis injuriarum causa,

d. l. si unus. 27. §. pactus ne peteret. 2.vers.non enim ex pacto.ff.de pact. & cujus intuitu vindicta subsequi solet, *d. l.prætor ait.7. §. 1. post med. ff. de injur.* etiam accessorium & secundarium tolli & cessare necesse est.

Tertia

Tertia ratio *Heinrich.* Nebelthr. *d. decis. 18. sub fin. vers. nec quando.* & *seq.* quod scilicet, quando ex uno facto duo agendi modi oriuntur, ejus uno experitus ad alium, ut consequatur quod in eo plus est, redire non prohibeatur *l. 34. in princ. l. 41. §. ult. ff. de O. & A.* parum etiam urget. Quia obtinet tantum, si ex uno facto, duæ speciales & separatæ actiones oriuntur, quarum una quæq; per se principaliter competit, & existit, qualis est actio l. Aquiliæ, & actio injuriarum;

d. l. quæ rerum 34 in princ. ff. de O. & A.

Quod in actione injuriarum non est, sed actio injuriarum ad vindictam & contumeliam removendam, in cujus locum adinventa est retorsio, competit principaliter, ad æstimationem verò accessoriè.

d. l. prætor ait. 7. §. 1. in med. ff. de injur.

Aliter solvit *Bocer. de famos. libello d. c. 3. n. 49 junct. n. 58. quintum & ultimum. & seq.*

Quarta ratio quam Nebelthr. *d. decis. 18. sub fin. vers. ut taceam retorsiones. & seq.* affert, quod scilicet retorsiones non eo animo fieri soleant, ut quis hoc ipso, juri sibi competenti, & legitimis persecutionibus renunciare velit; quod utiq; dicendum foret, si retorsio remissionis haberet effectum: quod tamen est absonum, cum actus agentium ultra ipsorum intentionem nihil operentur, *l. non omnis. ff. de reb. credit.*

nihil etiam movet; Quia hoc procedit in iis, quæ principaliter fieri & subsistere possunt, secus est in secundariis; tunc enim actus principales agentium, rectè ultra eorum intentionem etiam ad ea, quæ secundariò concurrunt, & competunt, extenduntur, & operantur,

Oldrad. consil. 110. numer. 5. vers. item quod dicitur. Tusch. tom. 1. verb. actus. conclus. 125. n. 3. & tom. 3. verb. effectu conclus. 47 n. 2.

Quinta ratio ab eodem *Heinrich.* Nebelthr. *d. decis. 18. in fin. vers. quibus & illud addi potest. pag. 217.* adducta, quod ab alio invasus non prohibeatur se adversus vim illatam statim defendere, & tamen nihilominus invasorem judicialiter convenire possit, & ob id nihil causæ sit, cur non & ei, qui verbis injuriosis petitur, liberum esse debeat verbis resistere, & jure postmodum experiri, *l. un. C. quand. lic. cuiq; sine judic.*

est a separatis desumpta, à quibus malè infertur, præsertim si dispar separatorum ratio reddi possit,

l. Julianus. 60. ff. §. 1. ff. de condict. indeb. Jason. auth. quas actiones. C. d. SS. Eccles. n. 19.

Disparem autem hoc in casu esse rationem inter eum, qui facto invaditur, & injuria reali afficitur, & inter eum, qui verbali injuria maculatur, tradit rectè,

Ioann. Harpr. in §. hac actio. 12. inst. de injur. n. 187. & n. seq.

44 Et licet *Heinrich.* Nebelthr. *in d. decis. 18. in fin. vers. ac licet detur. & vers. seq.* velit, per retorsionem aboleri quidem actionem injuriarum recantatoriã, quæ tendit ad vindictam seu infamiam, non item eam, quæ jure prætorio inducta fuit, & ad æstimationem seu criminalem persecutionem spectat; Contrarium tamen rectius tradit, & elegantem rationem assignat

Heinrich. Bocer. tract. de famos. libell. d. c. 3 numer. 60. vers. non dicunt quæ æstimant & numer. seq. Ioann. Harppr. d. §. hac actio. 12. inst. de injur. numer. 88. & n. seq.

Hac autem in materia prætereundum non est, quod contra retorsionem injuriarum alia retorsio, & sic retorsio retorsionis non detur, 45

Iacob. Schult. in add. ad Modest. Pistor. quæst. 127. n. 44. & seq. part 3. Anton. Hering. de fidejus. 4. ... p definitionem n. 50. & seq. Ioann. Harppran d. §. hac actio. 12. (ubi limitat) instit. de injur. num. 219. & seqq. Ioann. Petr. Molign. tract. de reconvent. quæst. 7. sub fin. vers. item quia est similis. & seq.

Et Notarius illi, cui retorsionis instrumentum alterius nomine ritè insinuavit, operam suam in eodem retorsionis negocio præstare non potest, nec debet *Iohan Harpprecht. in d. § hac actio. 12. nu. 223. & n. seq.* 46

LXV.

De libello & processu injuriarum: item, qui injuriarum agere possunt; an actio injuriarum cedi, vel vendi possit; & an & quibus casibus cesset: & quis ab actione hac excusatur.

SUMMARIA.

1. *Libellus injuriarum aptè concipi debet, 27.*
2. *Formula libellorum in actione injuriarum quæ, rem. sive.*
3. *In libello nomen injuriantis debet exprimi.*
4. *Item persona injuriata, ejusq; officium, dignitas, & conditio.*
5. *Tempus, puta annus, & mensis, itemq; locus debet etiam exprimi, sive civiliter, sive criminaliter agitur. num. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15.*
10. *Si actio civilis infamat, tunc in eâ perindè ac in criminali tempus, & locus exprimi debet.*
16. *Si in libello tempus, & locus sit omissus, an parte non opponente, libellus procedat, 17. 18. 19.*
20. *Dies an etiam in libello injuriarum debet exprimi n. 21. 22. 23.*
24. *Libellus injuriarum debet etiam certam speciem injuriæ illatæ continere. 25.*
26. *An & quatenus in libello injuriarum juramentum deferri possit.*
28. *Qualis processus in causa injuriarum servatur.*
29. *An & quatenus in causa injuriarum, sive civiliter sive criminaliter intentatâ procurator admittatur, n. 30 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37 38. 39. 40. 41. 42. 43.*

44. *Si pend[illegible] lite unus alteri injuriam infert, & injuriatus super injuriis procedit, & sibi jus & justitiam administrari petit, an actio injuriarum cum causâ principali in eodem processu debet terminari, numer. 45.*

46. *Reconventio propter injurias in foro Saxonico non valet.*

47. *Quibus competit actio injuriarum, remissivè.*

48. *Actio injuriarum an cedi vel vendi possit, remissive.*

49. *Quando & quibus casibus quis injuriarum non tenetur, & actio injuriarum cessat, remissivè.*

50. *Veritas convicii an excusat, remissivè.*

51. *An quis excusatur, si authorem suum nominet.*

1 ACcuratè observandum est, ut libellus injuriarum aptè & rite formetur & concipiatur, *Jason. Schneid. in §. ult. inst. de injur. num. 9. & n. seq.*

2 Formulas autem libellorum in causis injuriarum, si quis desiderat, is videat

Jacob. de Bellovis. lib. 1. c. 11. per tot. Joann. Schneid. in d. §. ult. inst. de injur. n. 11. & seqq. usq; ad fin. Petr. Termin. in suo process. c. 63. & c. 137. per tot. Roffred. tract. libellor. part. 2. tit. de actione injuriar. prætoria. & part. 4. tit. de civili actione injur. ex lege Cornel. fol. 92.

3 Principiò, autem in libello debet exprimi nomen injuriantis,

text. in l. prætor edixit. 7. ubi gloss. verb. certum vers. scilicet hominem. Br. eod. in princ. vers. sed persona inferentis. & n. 1. sub fin. vers. certum est quod persona. ff. de injur. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. in spect. 9. n. 385.

4 Item, persona de injuria illata est, illiusq; dignitas, officium & conditio, ad hoc, ut sciri possit, an injuria sit atrox, an verò levis, & eò major vel levior pœna, pro personæ injuriatæ dignitate & conditione, imponi debeat,

Jacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 7. incip. sic vides quod in libello. n. 1. & seq. per tot.

5 Post hæc tempus, puta Annus & Mensis, item locus, quando & ubi injuria facta est, debet specificari,

Jul. Clar. (ubi communem dicit) lib. 5. sent. §. injuria. n. 5. ibi. ulterius quæro. & §. ult. quæst. 12. n. 8. ibi, præterea in libello. Iacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 5. incip. sic certus locus. num. 1. & seq. per tot. Iohann. Harppr. in §. in summa. 10. instit. de injur. num. 82. ibi, haud'a'[illegible] re. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. d. quæst. 10[illegible]. n. 388. Gail. lib. 1. observ. 64. (ubi hanc communem, & in Camerâ approbatam conclusionem vocat) incip. communis & in n. 1. & seq. Ioann. Schneid. in §. ult. inst. de injur. n. 9. sub fin. Stephan. Bertrand. consil. 2[illegible]7. n. 1. lib. 6. Alex. consil. 212. incip. visis & discussis. num. 1. vol. 2. Chilian. König in suo process. c. 58. nu. 3. in princ. & vers. Darumb so muss.

6 Idq; obtinet, non solùm si criminaliter, sed etiam si civiliter agatur,

Gail. lib. 1. d. obser. 64. n. 1. vers. idq; obtinet. Iohann. Harppr. d. §. in summa. 10. instit. de injur. n. 82. post princ. vers. & q[illegible] procedit. Iul. Clar. lib. 5. sent. § ult. quæst. 12. n. 10. in princ.

Et quidem, si criminaliter injuriarum agitur, dubium minus est, per text. in l. libellorum. 3. vers. utiq; enim ff. de accusat. Gail. Iohann. Harppr. & Clar. dd. locis. 7

Si verò civiliter agitur, aliquantò magis dubitari potest, propterea, quod in civilibus actionibus, tempus, puta annus, mensis & locus ut exprimatur, non est necesse, 8

Gail. lib. 1. d. observ. 64 num. 1. vers. nam licet regulariter.

Unde etiam factum est, quod *Roffred. in tract. libellorum. part. 4. tit. de civil. actione injur. ex l. Cornel. col. 2. vers. ago contra talem. folio mihi 92. col. 2.* in formatione libelli actionis injuriarum civilis, non ponat tempus, & locum,

Hoc tamen & simili non obstante, contrarium rectiùs amplectuntur 9

Br. in l. prætor edixit. 7. ff. de injur. numer. 1. ibi, quæro utrum & seq. Ludov. Roman. consil. 195. incip. [illegible] lis domine. nu. 7. vers. quemadmodum in actione [illegible]rum. Alex. consil. 212. incip. visis & discussis (ubi communem dicit, a qua in judicando non sit recedend[illegible].) numer. 1. ibi, & primo & seq. vol. 2. Ioann. Harppr. d. §. in summa. 10. instit. de injur. numer. 82. vers. sed etiam si civiliter. Gail (ubi n. 4. ita in Camera Imperiali observari, & citationem contra injuriantem non decerni, sed processum denegari testatur, nisi prædicta requisita exprimantur) lib. 1. d. observ. 64. numer. 1. vers. verum etiamsi civiliter. numer. 2. & seqq. Specul. lib. 4. part. 4. tit. de injur. & damn. dat. numer. 1. vers. qui mihi tali anno & mense. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 12. num. 10. ibi, sed etiam quando. & seq.

Ratio est, quia actio injuriarum, etiam civiliter intentata, infamat, ut suprà conclus. 63. nu. 5. dixi *per l. prætor edixit. 7. in princ. ff. de injur.*

Sed ita est, si actio civiliter intentata infamat, quod in ea perindè ac criminali, tempus, annus, Mensis, & locus exprimi debeat. 10

Br. in d. l. prætor edixit. 7. ff. de injur. numer. 1. post princ. vers. tu dic quod quandoq; agitur. & seq. Gail. d. obser. 64 numer. 1. vers. quo casu licet. & seq. VVurmbs. lib. 1. observ. tit. 9. observ. 2. incip. quando agitur. n. 1. & seq. Alex. consil. 6. incip. circa processum causæ. numer 1. vers. & ideo tunc quando intentatur remedium famosum. vol. 3. Felin. in c. significantibus. X de libell. oblat. n. 5. vers. quid si de crimin. agitur civiliter. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 12. n. 11. vers. & hæc quidem. & seq.

Ratio etiam generalis, quod in actione injuriarum tàm criminali, quàm civili, tempus & locus exprimi debeat, hæc perhibetur, ut reus defendendo se, negativam loco & tempore coarctatam, probare, & testes contra eum deponentes falsitatis arguere possit, 11

Roman. d. consil. 191. numer. 9. vers. sed textus in d. l. libellorum. & seq. Gail. d. l. 1. obser. 64. num. 3. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 19. n. 9. sub fin. vers. nisi enim exprimeretur.

Quod obtinet, non solùm, quando per viam 12

accu-

accusationis, sed etiam exceptionis proceditur, nam & tunc quis, si excipiendo alicui crimen objicit, debet locum & tempus exprimere,

Br. in l. 1. ff. de except. n. 8. ibi, quæro pone. & seq. Gail. lib. 1. d. obser. 64. n. 9. sub fin. vers. id q. obtinet. & n. seq. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 12. nu. 11. ibi, & ideò etiam. Nicol. Boer. (ubi ita hu judicatum fuisse refert) decis. 221. n. 2. ibi, in contrarium videtur. & seq.

13 Et quidem non sufficit, ut in libello locus quidam generalis, puta civitas quædam exprimatur, sed insuper etiam requiritur, ut locus particularis, puta vicus, vel domus hæc vel illa civitatis illius specificetur,

Alex. consil. 212. incip. visis, & discussis n. 1. vers. sed in proposito nostro vol. 2. Specul. lib. 4. part. 4. tit. de injur. & damn. dato. in princ. n. 1. vers. vel tali vico talis civitatis. & seq.

14 Locusq; ille particularis cum confiniis & cohærentiis demonstretur,

Alex. d. consil. 212. n. 1. vers. cum demonstratione confinium. vol. 2. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 12. nu. 11. vers. est autem exprimendus. Pract. Papiens. in formâ inquisitionis (ubi limitat) gloss. cui cohærrt. numer. un. pag. 548.

15 Non tamen requiritur, ut alius locus specialis illius loci particularis, puta, in tali loco vel Camera illius domûs, exprimatur,

elegant. Br. (ubi limitat) in l. libellorum. 3. ff. de accusat. numer. 3. post princip. vers. primò ergo quæro, & vers. seq.

16 Sed, quid si tempus, vel locus in libello injuriarum est omissus, an, parte non opponente, procedat libellus?

Quod affirmatur, si civiliter agatur, *elegant. Andr. Gail. (ubi hanc singularem limitationem vocat & rationem affert.) lib. 1. d. obser. 64. n. 6. vers. quid autem si in libello. n. 7. & n. seq. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 12. n. 11. vers. quam tamen intellige. Francisc. Aretin. in l. edita. 3. C. de edend. n. 7. sub fin. Socin. sen. consil. 109. incip. clarum est. n. 3. & n. 4. vol. 3. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 388. post med. vers. si verò agatur civiliter & seq. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 9. obser. 2. n. 1. vers. Baldus in 6. 1. circa medium. & vers. seq. n. 4. & seq.*

Non obstante, quod contrarium velit *Br. in l. & an eadem. § actiones. ff. de except. rei judic. col. 2. n. 8. ibi, sed quæro in agu. junct. numer. 9. ibi, sed quando actio.*

17 Secùs, si criminaliter, *Gail. d. obser. 64. num. 9. ibi, secus est in crvili. & seq. Felin. in d. c. significantibus. X. de libell. oblat. n. 5. post princ. Iul. Clar. (ubi communem dicit.) lib. 5. sent. §. ult. quæst. 12. ibi, dixi exprimendum esse. Socin. Sen. d. consil. 109. (ubi magis communem dicit) n. 2. Alex. in l. edita C. de edend. n. 13. Dec. ibi. n. 34. Ripa eod. num. 26. Mynsing. cent. 2. observ. 32. incip. in libello. num. 1. & seqq. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 9. obser. 2. nu. 1. vers. sed tamen est dubium. & n. seq.*

18 Quod verum est, si omninò nullus locus est appositus, secus si quidam est appositus, non quidem certus, sed indeterminatus; tunc libellus quidem procedit, ita tamen, ut postea certus locus in probationibus exprimatur,

Socin. Sen. consil. 146. vol. pen. numer. 13. sub fin. Mynsing. d. cent. 2. cas. 23. n. 5. vers. sed pone, quod in libello. & n. seq.

19 Quemadmodum etiam suprà *conclus. 12. n. 18. par. 1. in fund. c. [illegible]* dixi, in foro Saxonico receptum esse, libellum admitti, etiamsi ab initio nullus locus & tempus in eo, exprimatur, dummodò postea specificetur.

20 De die tamen inter omnes convenit, quod is in libello exprimi non debeat, nec ejus omissio libellum injuriarum vitiet,

Gail. lib. 1. d. obser. 64. n. 1. vers. de die verò omissionem. & seq. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 12. n. 1. post princ. vers. ad certè quo ad diem. & seq. Mynsing. cent. 2. obser. 40. incip. quamvis dies. num. 1. Nicol. Boer. dec. 221. numer. 3. ibi, adverte tamen quod licet. & seq. Nell. de S. Gemin. tract. de testib. part. 2. num. 209. vers. testis non tenetur.

21 Adeò, ut *Jason. in l. 1. ff. de edend. num. 49. vers. tamen si apponatur quem sequitur Mynsing. cent. 2. 1. obser. 42. post princ. vers. adeo ut plerique & seq.* tradat, cavendum esse libellanti, ne apponat diem, quia, si non probaret diem commissi delicti, succumberet.

22 Restringunt tamen, nisi à parte accusatâ petatur, tunc enim dies in criminali actione injuriarum rectè debet exprimi, ad hoc, ut is probare possit, se eo die alibi fuisse,

Andr. Gail. lib. 1. d. obser. 64. num. 11. ibi, an autem in criminali actione. & seq. Br. (ubi hoc sæpius æquum esse dicit) in l. is qui reus. ff. de publ. judic. num. 10. vers. vidi quosdam advocatos. & vers. seq. & in l. arbitraria. §. si quis Ephesi. ff. de eo. quod certo loco num. 6. Jason. eod. (ubi rationes affert & hanc sententiam magis communiter esse approbatam, ab eaq; nec in judicando, nec consulendo esse recedendum dicit) n. 1. post princ. vers. pone quod reus velit & seq. usq; ad fin. Alber. (ubi dicit se aliquando obtinuisse coram magnis peritiis existentibus tergamì ad officium maleficiorum) in l. libellorum. 3. ff. de accusat. num. 5. quem sequitur Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 12. num. 13 post princ. vers. sed pone quod accusatus comparet. & seq. Ægid. Boss. in sua pract. rubr. de inquisitione. n. 92. ibi, quæro an judex. Tract. Papiens. in forma inquisit. gloss. anno præsenti. n. un. vers. nisi forte per dies præmissionem. & seq.

23 Sed hisce authoritatibus & multis rationibus non attentis, in Consistorio Ecclesiastico Lipsien si pro defensione J. S. Pfarrherrn zu Mertinß-Kirche / contra C. L. zu Embsiehe obtinere non potui, sed illis rejectis simpliciter 11. Martii Anno 1614. pronunciabatur Würde Kläger die gewehr wircklich angelobet/so ist Beklagter seines vorwendens ungeacht / auff die erhobene Klage zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig V. R. W.

Movebantur fortè (quod tamen ab adversâ parte non allegabatur) quod directò contrarium velit *Johann. de Imol. in d. l. is qui reus. ff. de publ. judic. col. 23. sub fin. Marant. in suo specul. part. 6. de libelli obl. n. 8. Alex. in addit. ad Br. in d. l. is qui reus ff. de publ. jud. n. 10. lit. G. in princ. & vers. & hoc imò ne quid. & seq.* quam sententiam uti veriorem quandoque etiam dominos Assessores Cameræ Imperialis secutos fuisse testatur, & sequitur

Joach. Mynsing. cent. 2. d. obser. 40. post med. vers. verum hæc limitatio non valet. & seq.

Ulterius, libellus etiam certam speciem injuriarum debet continere,

24 *text. express. in l. prætor edixit. 7. in princ. ff. de injur. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. num. 386. Johann. Harppr. in §. in summa. instit. de injur. num. 18. Jacob. de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 8. incip. inferendæ. num. 1. & seq. Bon fac. de Vital. in tit. de injur. n. 52. Specul. lib. 4 part. 4. tit. de injur. & damn. dat. n. 1. sub fin. Hostiens. in sum. X. de injur. §. & in quantum etiam n. 7. sub fin.*

25 Et si plures injuriæ, tàm reales, quàm verbales, sunt illatæ, tunc de omnibus injuriis insimul agi debet, non autem de quàlibet separatim,

text. expr. in l. prætor edixit. 7. § si plures. 5. ff. de injur. Bonif. de vitalin. de injur. n. 60. Farinac. d. quæst. 105. n. 387.

26 An autem & quatenus in libello juramentum reo deferri possit, vide supra concl. 19. numer. 42. & seq. part. 1.

27 Diligenter autem advocatus in concipiendo libello injuriarum observare debet, ne eum concipiat: Das beklagter Klägern an seinen Ehren geschmähet / sed ita: daß sich beklagter unterstanden / so viel an ihme gewesen / Klägern an seiner Ehren zu schmähen /

Daniel. Moller. in comm. ad const. Saxon part. 4. const. 42. n. 6. post med. vers. unde cauti sunt. & n. seq.

28 In offerendo autem libello injuriarum, & proponendâ actione injuriarum, idem processus, qui in aliis causis civilibus observatur, primò enim libellus in scriptis offertur, quem deinde in termino oretenus repeti, & Notario in calamum dictari necessè est, guaranda præstatur, lis contestatur, terminus probatorius & reprobatorius exactè observatur, in causa concluditur, ut quotidiana experientia testatur,

Modest. Pistor. consil. 62. incip. In Sachen. *num. 1. & seq vol. 1.*

29 Sed, an etiam in actione injuriarum procurator admittatur?

30 Si civiliter agitur, affirmatur

Per text. in l. non solum. 11. §. agere. 2. l. sed si unius. 17. §. idem Julianus. 19. ff. de injur. l. licet. 24. §. ad actionem. 1. ff. procurat. VVesenb. in comm. ff. de injur. nu. 16. ante med. vers. ita ʒ, & procurator. & n. 18. vers. illud etiam notandum. Johann Schneid. in §. in summa. 10. inst. eod. n. 12 vers. quæ cautela locum habet. Beust. in l. nam posteaquam. 9. § si damnetur. ff. de injur. num. 9. in med. vers. secus si civiliter. pag. mihi. 249.

31 Si verò criminaliter agitur, de jure civili negatur

per textum expr. in l. ult. C. de injur. Felin in c. cum te. 23 X. de sent. & re judic. n. 2. vers. limita hac dummodò. VVesenb. in comm. ff. de procurat. n. 5. ante med. vers. & in causa injuriarum & vers. seq. & in comm. ff. de injur. num 16. in med vers. sed nonnunquam Joann. Schneid. in d. §. in summa. 10. inst. eod. n. 12. vers. in criminali autem actione. Reinhard. part. 4. differ. 23. in princ. Zobel. part. 1. differ. 9. n. 6. Mynsing. 2. obser. 98. n. 6. & seq. Andr. Rauch. quæst. 7. incip locus est paulo. n. 25. & n. seq. part. 1. Joann. Harppr. in §. in summa. 10. inst. de injur. n. 97. & n. seq. Jacob. Menoch. lib. 1. arbitr. judic. quæst. 80. n. 130. Anton. Rubeus Alexandr. tract. de potest. procur. & defens. in caus. criminal. part. 1. nu. 269. & seqq. Beust. in l. nam posteaquam. 9. §. si damnetur. ff. de jurejur. n. 9. ante med. vers. nam in actione injuriarum. Matth. Coler. decis. 141. incip. jure civili in actione. n. 1. & seq. Virgil. Pingiz. quæst. 7. incip. an procurator. n. 13. vers. secunda conclusio est. numer. 14. & seq. Donell. lib. 15. comm. (ubi pulchras rationes affert) c. 10. vers. in criminalibus causis. & seq.

Nisi personæ sint illustres, *text. in d. l. ult. post princ. C. de injur. Virgil. Pingiz. (ubi ita à Jenensibus pronunciatum, & cujusdam Principis procuratorem, qui erat Doctor juris, admissum fuisse testatur) quæstio. 16. incip. an procurator. numer. 15. vers. limitatur autem & n. sequent.* 32

Quæ autem sint personæ illustres, & earum nomine contineantur, tradit latè 33

Jacob. Menoch. lib. 1. arbitr. judic. quæst. 80. num. 1. & seqq. per tot.

Vel, nisi sit communitas, vel universitas, tunc enim in earum causis injuriarum, etiam criminaliter intentatis, procurator vel Syndicus rectè intervenire potest, *Mynsing. (ubi ita stylum Cameræ observare testatur) cent. 4. obser. 76. incip. an in causa. nu. 3. ibi, sed contrarium. num. 4. & seq. per tot. Virgil. Pingitz. d. quæst. 16. numer. 17. ibi, secundò non procedit. & num. seq.* 34

Vel, nisi sint personæ conjunctæ, intervenientes ratione proprii commodi, & interesse; cum tales, propriè loquendo, non sint nec dicantur procuratores, 35

Virgil. Pingiz. d. quæst. 16. (ubi ita Jenenses nuper pronunciasse testatur) n 30. ibi, multa igitur magis conjuncta persona. 31. num. 32. vers. tametsi earum jura & n. seq.

In Saxonia verò communiter practicabatur, quòd in causis injuriarum, etiam criminaliter intentatis, procurator indistinctè admittatur, sive personæ sint illustres, sive non, propterea quod in Saxonia pœna duntaxat pecuniaria, & non gravior, quam triginta solidi, vel dimidius VVergeldus in injuriantem statuatur, 36

VVesenb. (ubi ita Lipsienses, & alios Scabinos pronunciare testatur) in comm. ff. de injur. num. 18. post princ. vers. illud etiam notandum est. cum jure Saxonum. Iohann. Schneid. in d. § in summa. 10. instit. de injur. n. 12. vers. de jure autem Saxonico. Daniel. Moller. lib. 1 semestr. c. 24. n. 1. Ioach. à Beust. in l. nam posteaquam. 9. §. si condemnetur. ff. de jurejur. n. 9. post med. vers. de jure verò Saxonum. pag. mihi. 249. Reinhard. part. 4. differ. 23. vers. secus de jure Saxonum. Zobell part. 1 diff. 9. n. 6. post princ. Andr. Rauch. quæst. 7. incip. locus est paulò num. 27. part. 1. Modest. Pistor. consil. 62. incip. In sachen *n. 8. & n. 12. vol. 1. Matth. Coler. (ubi se ita Ienæ pronunciasse testatur) decis. 141. n. 5. ibi, secus est de jure Saxonico. & n. 6. part. 1.*

Sed quid, cum hodiè in Electoratu Saxoniæ prædicta pœna pecuniaria *per const. 42. part. 4.* sit abrogata, & in aliam pœnam arbitrariam mutata, an etiam nunc hodie in causa injuriarum, criminaliter intentatâ, procurator admittatur? Negativè concludendum videtur, per ea, quæ pulchrè tradit 37

Andr. Rauchb. d. quæst. 7. n. 35. vers. verum cum de procuratoribus. n. 36. & n. 37. part. 1.

Affirmativè verò è contra audacter concludit, & ita consuetudine nostrorum judiciorum receptum esse, testatur 38

Daniel. Moller. lib. 1. semestr. c. 1. ibi, consuetudine

sa-

tamen. & n. seq. Rationem hujus assertionis reddit *Rauch. d. quæst. 7. n. 31. 32. & n. seq. part. 1.*

39 Aliter sentit & q. ita in d. consistorio VVittenbergensi, 19. Septembr. Anno 584 conclusum fuisse, testatur

Andr. Rauchb. d. quæst. 7. n. 38. ibi, verum utut hæc se se habeant. n. 39. & seq. part. 1.

quod in actionibus injuriarum criminalibus procuratores nec indistinctè admittantur, nec indistinctè rejiciantur. Admittantur quidem regulariter, in verbalium injuriarum actionibus criminalibus, si non atrocitas injuriarum graviorem pœnam relegatione manifestò mereatur. Non verò admittatur, ubi pœna relegationem excedere potest, ut, si magistratui illata est, vel injuriarum realium nomine criminaliter ad manus amputationem, vel aliam corporis afflictivam pœnam, agitur. Eandem distinctionem sequi videtur

Matth. VVesenb. in addit. ad Schneid. in d. §. in summa. 10. instit. de injur. n. 12. lit. G. ibi, hæc cum sint mutata. per tot. Virgil. Pingiz. d. quæst. 7. n. 13. vers. secunda conclusio. est. n. 14. & seq. junct. n. 29.

Moventur per illam theoricam, ab interpretibus communiter receptam, quod in illis actionibus, in quibus pœna famosa est præstitura, vel certa pœna petitur, quæ minor est relegatione, procurator admittatur, non item in illis, ubi pœna est arbitraria & relegationem excedit,

l. 1. post princ. ff. an per alium causæ appell. reddi poss. VVesenb. in comm. ff. de procurat. num. 5. in med. vers. sed hac distinctione superiore. & seq. Rauchb. d. quæst. 7. n. 40. & seq. part. 1. Virgil. Pingiz. d. quæst. 7. num. 28. in fin. vers. declaratur tamen, & n. 29.

Quæ tamen ratio admodùm fragilis est, per ea, quæ tradit latè

Anton. Rubeus tract. de potest. procur. & defensor. in causis criminalibus. part. 1. n. 196. & seqq. n. 209. & seqq. usq. ad n. 223.

ubi eleganter evincit, quod non solùm in eâ causâ, ubi pœna relegationis imponitur, procurator intervenire possit, sed quod etiam in causâ injuriarum criminali, ubi minor pœna relegatione dictatur, procurator non admittatur.

40 Quicquid fit in Electoratu, & aliis locis Saxoniæ, certum tamen est, quod in curiâ illustrissimorum Ducum Saxoniæ Juniorum in Thuringia (hodie lineæ Aldenburgensis & Vinariensis) in causis injuriarum criminalibus indistinctè, sive pœna relegationis, sive alia minor, puta pecuniaria, vel carceris, imponitur, procurator non admittatur,

teste Benedict. Reinhard. part. 4. diff. 23. sub fin. vers. sed in curia illustrissimorum. Zobell. part. 1. differ. 9. n. 6. sub fin. vers. sed in curia.

41 Et licet *Francisc. Roman. in addit. ad Reinhard. d. part. 4. differ. 23. in fin. ibi, licet aliquando, & Zobell. d. part. 1. differ. 23. in fin.*

notet, quod etiam hodie in curia juniorum Ducum Saxoniæ in Thuringia procurator admittatur: Ejus tamen annotatio vera non est, siquidem expresse in præfectura Aldenburgensi 12. Januar. Anno 1612. in causa A. G. zu Nauendorff rei ex una, Und G von B. zu Zitchaw/ actoris ex altera parte est judicatum,

Daß der angegebene Anwaldt dißfals nicht zu lässlich/ sondern Beklagter ist/ seines Verwendens ungeachtet/ vor euch persönlich zu erscheinen/ Und auff erhobene *injuriarum* Klage/ nach allbereit angelobter Gewehre/ bey Straffe des Ungehorsambs zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ V. R. W.

Similis etiam sententia in judicio Aulico Aldenburgensi 30. *Junii Anno 1615.* in causa H. F. von K. rei ex una, & G. S. von Th. actoris ex alterâ parte est lata,

Daß Beklagter nach anderweit peremptorischer *Citation*, bey Straffe des Ungehorsams/ biß auff Ehehafft in eigener Person zu erscheinen/ und auff die wieder jhn erhobene *injurien* Klage/ zu antworten schuldig/ V. R. W.

42 Quæ tamen assertio fallit, nisi reus valetudine adversâ, vel aliò impedimentò detineatur, quo minùs in judicio in propriâ personâ comparere possit, tunc enim judicium suspenditur, donec adversa illa valetudo, vel aliud impedimentum cesset, veluti in judicio Aulico Aldenburgensi in d. causa H. F. von K. contra G. S. von Th. 30. Junii Anno 1615. fuit pronunciatum.

Er könte und wolte denn die angezogene Ehehaffte der Beurißigkeit / daß jhme zu verreissen unmöglich / bescheinen und darthun/ auff welchem fall diesen peinlichen Proceß ein Anstand zu geben/ V. R. W.

43 Sed quoniam hæc dilatio admodum periculosa est, cùm possit fieri, ut reus ex illa valetudine vel antequam aliud impedimentum removeatur, moriatur, ideoq; consultum est actori, ut is leuteratione, vel aliò remediò suspensivò adhibitò, se declaret, & consentiat, ut reus per procuratorem compareat, & actionem injuriarum suscipiat, quo casu is meritò auditur, & reus per procuratorem comparere tenetur, quemadmodum ita in d. causa H. G. von K. rei ex una, & G. S. von Th. actoris ex altera parte in judicio Aulico Aldenburgensi 12. Januarii, Anno 1616. fuit judicatum,

So viel aber die von Klägern eingewandte Leuterung betreffen thut/ wird er dißfals bey seiner *ad acta* gebrachten Erklärung billich gelassen/ und ist demnach Beklagter auff alle und jede angesetzte peremptorische Termin/ wegen angezogener Beurißigkeit / do er dieselbe jedesmal zu fordeist glaubwirdig bescheiniget / durch einen Anwald zu erscheinen/ und allbereit außgegangener *Citation* bey erholter Straffe des Ungehorsams / allenthalben gebührliche folge zu leisten schuldig/ V. R. W.

44 Sed quid, si, lite inter alios mota, unus alteri, ut non rarò fieri in praxi experimur, per exceptionem vel aliter crimen usurariæ pravitatis, vel spolium objicit, vel aliam injuriam infert, injuriatus autem de injuria protestatur, & petit super injuria sibi jus & justitiam administrari, an eodem processu punctus hic de injuria cum causa principali debeat determinari? Ita quidem consuluit, maximè, si non solùm causa principalis est civilis, sed etiam actio injuriarum civiliter intentatur,

Aym. Gravett. consil. 53. incip. Nobilis Hugo Bonipart. n. 1. & seqq. per tot. tom. 1.

Tum (1.) quia actio injuriarum dicitur judicium priva-

privatum, præsertim si civiliter agitur, *tot. ff. de injur.* Sed quando crimen est privatum, & non agitur ad pœnam criminalem, tunc potest judex causæ civilis in eodem processu condemnare etiam pro tali crimine,

Bl. in l. quod evitandi. C. de condict. ob turp. caus. nu. 2. ibi, non patietur. Gravetta. d. consil. 53 n. 2.

Tùm (2.) quia DD. negantes aliquem ex eodem processu civili crimine puniri posse, loquuntur, quando super crimine actum non fuit, sed illud incidenter apparuit,

Bl. in l. mercalem. 5. C. de condict. ob turp. caus. n. ult. sub fin. sed hic statim opposita exceptione injuriosa de usuris vel simili, facta est protestatio injuriarum, deinde petitum super injuria jus & justitiam administrari,

Gravett. d. consil. 52. nu 2. vers. secundò principaliter. & seq.

Tum (3.) quia fur captus pro furto relaxari non debet, nisi etiam furtum restituat, licet civiliter actum non sit ad furti restitutionem,

ut suprà dictum. Bl. in d. l. quod evitandi. & consil. 497. incip. dubium. lib. 2.

Sed reconventus ratione injuriarum dicitur fur honoris & bonæ famæ, *Gravett. d. consil. 53. n. 3.*

Tum (4.) *per text. in l. neganda. C. qui accusar. non poss.* ubi accusatus de aliquo crimine potest reaccusare accusatorem in pari, vel minori crimine, quando persequitur suam vel suorum injuriam: Ergò à fortiori, diffamatus de crimine usurarum, vel simili, poterit in modum defensionis petere, ut temerarius diffamator pro injuria satisfaciat,

Gravett. d. consil. 53. n. 3.

Tum (5.) quia videmus, quod testis falsum deponens in causa civili possit puniri criminaliter, per judicem ipsius causæ, *juxta not. per DD. in l. nullum. C. de testibus & in l. pen. C. de probat.*
igitur à fortiori poterit judex civiliter condemnare injuriosum diffamatorem, in causa vertente coram ipso judice,

Gravett. d. consil. 53 n. 5. usq. ad fin.

45 His tamen & similibus non attentis, aliud quotidiè in praxi servatur, & in specie etiam contrarium consulitur

Ernest. Cothm. consil. 10. incip. pono vera esse. nu. 265. vers. quæ tamen non ante & nu. seq. vol. 1. Henning. Geden. consil. 39. incip. in causis, quas movet, n. 15. ibi, nihilominus hoc tempore. & seq. & consil. 102. num. 16. vers. & quia juris, & seq. Cæsar. Manent. consil. 101. incip. firmiter teneo. post princ. vers. principio rem aggrediendo. n. 1. & seq. junct. n. 72. vers. injuriatus enim in judicio, & seq. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 17. nu. 4. vers. non tamen conveniri potest Borch. in §. ult. inst. de injur. sub fin. vers. illud ad extremum notandum. Jacob Schult observ. 35. incip. cum actio. n. 4. vers. aut forte in libello conventionis. & n. seq. elegant. Rutger. Ruland. (ubi ita in Camera Imperiali in causâ Bartholi Eggen contra Doct. Michael Volland. Item in causâ Lupten contra Truppen observatum fuisse testatur) tract. de commiss. part. 4. lib. 7. cap. 6. incip. tria sunt. n. 1. per tot.

Pro quorum assertione facit textus *in l. 1. sub fin. C. de ordin. cognit.* ubi verbis disertis dicitur, quòd priùs super causa principali cognosci debeat, quàm de crimine judicetur, & ibid. *Bal. num. 1. ibi, quod de crimine. & seq.* hoc apertè ad causam injuriarum extendit, ita, ut injuriatus priùs injuriarum agere non possit, quam causa principalis fuerit determinata; propterea, quod hic sunt duæ & quidem principales quæstiones, & causæ; una, primo civiliter intentata, altera injuriarum ex post facto superveniens, quarum una cum altera nihil habet commune. Sed ita est, quod inter duas quæstiones principales, quarum una ex altera non dependet, sit ordo unius ad alteram in cognitione & judicio, ut prius illa, quæ primùm in judicio deducta est, finiri debeat,

Bl. in l. si de hæreditate. 2. C. de ordin. cognit. sub fin. princ. vers. nota quod inter duas. & vers. seq.

Idque vel ideò magis dicendum est, siquidem, si contrarium verum esset, necesse foret, id ideò fieri, quia causa injuriarum per reconventionem quandam institueretur; Suprà autem *part. 1. concl. 15. n. 2. & seqq.* dixi, quòd reconventio, præsertim in his terris, locum non habeat, nisi causæ inter se sint connexæ, & causa principalis conventionis fuerit infinita. Atque ita etiam Lipsenses ad consultationem G. VV. contra R. M. ante paucos annos pronunciarunt;

Habt ihr eine Schuldforderung wider R. M. angestellet/ als jr aber vor Gerichte vorgetreten/ Brieff vnd Siegel producirt, dieselbe zu recognosciren vnd euch schleunig darüber zu verhelffen gebeten/ seyd ihr von Beklagten mit harten vnnd scharffen Worten ziemlich angelassen/ vnd injuriret worden/ nach mehrem Inhalt ewrer Fragen: Ob jr nun wol also balde solche injurien euch zu Gemühte gezogen/ vnd dieselbe mit gebürendem Ernst zu straffen/ das Richterliche Ampt angeruffen/ Demnach aber vnd dieweil die Häuptsache eine Schuldforderung betrifft/ die injurien auch nur incidenter darzwischen kommen/ vnd Beklagter derselben allerdings/ wie sie von euch wollen angezogen werden/ nicht gestendig/ sondern zu seinem behelff allerley vorzuschützen sich vernehmen lest/ so wird die Häuptsache billich zuvor erörtert/ vnd euch hernacher die injurien wider Beklagten absonderlich außzuführen vorbehalten/ V. R. W.

Veluti etiam novissimè à Johanne Georgio Duce & Electore Saxoniæ Serenissimo in der Gerichtsordn. c. von der Widerklage. *6. §. ult. in fin. vers. In injurien* Sachen aber *pag. 16. col. 2. in fin. & pag. 17.* est constitutum, daß in injurien Sachen/ do eine von der andern dependiret, biß auff die litis contestation, dadurch actio injuriarum perpetuiret wird inclusive sol verfahren/ vnd so denn der Proceß/ biß nach erörterung der Häuptsachen/ suspendiret werden.

Nec movent priores duæ rationes, in contrarium adductæ; quia illæ loquuntur saltem de eo casu, ubi de uno eodemque delicto agitur, ita, ut judex, si de crimine civiliter cognovit, & illud revera esse commissum invenit, absq; alio accusatore contra delinquentem criminaliter agere, vel aliam pœnam imponere possit, *Bl. d. l. quod evitandi. 3. n. 1. & seqq. & in d. l. mercalem. 5. n. 2. sub fin. C. de condict. ob turp. caus.*

Quod in quæstione nostrà non est.

Tertia ratio etiam parùm urget, præterquam enim, quòd in nostro foro non obtineat, ut supra

Conclus.19.n.17.& seq. part.4 conclus.45.nu.16.hac part 5.

dixi, illa etiam procedit tantùm in eo casu, ubi pro uno eodemque delicto, puta furto, duæ actiones, una ad vindictam, altera ad rei restitutionem, competunt, tunc enim, quoniam una aliam non absumit, judex mernò super eâdem, uno eodemque tempore, sententiam ferre potest,

Specul.lib.2.part.1.tit.de caus. incident. & ordin. cognit.§.1.n.8.

Quod in nostro casu etiam non contingit, siquidem hic non una, sed duæ quæstiones sunt, pro quarum principali actione non duæ, sed una actio quidem competit, pro altera injuriarum scilicet, licet duę actiones, criminalis & civilis, competant, una tamen absumit alteram, *ut sup. dictum.*

Quarta ratio loquitur de reconventione, ideóque ad nostram materiam applicari non potest, quoniam actor, qui injuriarum agere velit, est ille ipse, qui reconveniri debet, aliâs sequeretur, quod quis seipsum reconvenire posset, quod tamen est absurdum. Et si vel maxime actor quædam verba injuriosa contra reum protulisset, tamen reus contra actorem, antequam principalis causa fuerit finita, injuriarum agere & eum reconvenire non possit, cùm hæc causa ex post facto incidat, & reconventio non habeat locum in causis incidentibus, sed oporter ambas actiones ab initio esse natas, *Specul.lib 2 part.1.tit.de reconvent.§.2. n.11.*

46 Præsertim in foro Saxonico, ubi reconventio propter injurias prorsus non valet,

elegant. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part.4.constit.7.nu.12. ibi, cæterum quod. & seq. Jacob Schultz.obser.35.incip.cum actio. n.1.& seqq.per tot.

Quinta ratio loquitur de officio judicis, ut judex ex officio testes, falsum deponentes, criminaliter punire possit. Multa autem ex officio judicis fieri possunt, quæ ad instantiam partis fieri prohibentur, *Br.quæst 14.incip.judex maleficiorum.n.2.vers. contra sil. in verbo, sed judex supplet. & seqq. Tusch. tom.4.verbo.judex.concl.395.n.8.*

Coronidis loco hic plures etiam quæstiones essent movendæ, sed angustiâ temporis exclusus eas invitus præterire cogor.

47 Si quis tamen scire cupit, quibus actio injuriarum competit, an scil. patri, marito, socero, genero, fratribus, vel toti familiæ, domino pro subdito, monasterio, pro Clerico, fructuario, socio, & simili, is videat

Damhoud. in suâ pract. crimin. c.137. num.10.& seq. Bellovis. in suâ pract. crimin. c.3. num.41.& seqq. & c.17.n.8.& seqq Jason.in l.si ita stipulatus.§. Chrysogonus, ff.de V.O. (ubi tradit, an injuria uni domino vel familiæ facta, toti familiæ vel agnationi facta censeatur.) n.61. in l.1.ff.in jus voc.ut eat. n.4. Prosper.Farin.in sua pract. crim.part.3.quæst.105. (ubi plura) inspect.7.num.213.& seqq.usq. ad num.366. Jacob Menoch.lib.2. arbitr.judic. quæst. cent.3.cas.262. nu.1.& seqq.per tot.Guid. Pappa. decis.464.(ubi discurrit, an Collegio, universitati, domino pro vasallo & simili, hæc actio competit) incip.utrum pro.num.1. & seq.per tot.& decis.557.(ubi tradit an domino competit, si procuratori vel officiali est facta.) nu.1. & seqq.per tot. Harppr.in §.patitur.2.instit.de injur.n.1. & seqq n.16.& seqq.n.27.& seqq.

48 An cedi, & vendi possit,

Bellovis.in suâ pract. crimin.c.3.n.8. Matth. de Afflict. in c 1.§. injuria punitur.tit.de pace juramento firm.nu.14. Johann. Harppr. in § in summa.10.instit. de injur.nu.54.& seq.

Quando & quibus casibus quis injuriarum conveniri non possit, & actio injuriarum cesset, 49

latè Farinac.in suâ pract. crim.part.3.quæst.105.n.83. (ubi plura) num.84. & seqq. usq. ad num.174. Damhoud. (ubi de impuberibus, furiosis, ebriis & dormientibus, & iracundis, executoribus, ignorantibus, differit) in suâ pract.crim.c.137.nu.12.& seq. Bellovis.in sua pract.crim. (ubi de iisdem tractat) c.3.n.3.n.14. & seq. Joh. Harppr. (ubi idem facit) in §.non solum.11.instit. de injur.nu.40. & seq. n 55. & seqq. Matth. Coler. (ubi etiam de ebriis dicit) decis.161.n.68.part.1. Jacob Schultz (ubi etiam de iracundo, qui provocatus fuit, differit) in addit. ad Modest. Pistor.quæst.127.n.26.& seq Angel. (ubi idem facit) tractat.malefic. verb.verba injuriosa.nu.10 & seqq. Cæsar. Manent. (ubi videt, an error vel ignorantia excusat) consil.101. nu.18.& seq. Zanger (ubi idem) tract.de except.part 3.c 13.n.110.& seq. Johann. Schneid. (ubi dicit de eo, qui in caupona se importune gerit) in §. sed & lex Cornelia instit de injur.n.1 ante med.

An veritas convitii excuset,

50 *eleg ant. Farinac.in sua pract.crimin.quæst.105.n.219. (ubi plura) nu.220.& seq Gail lib.2.obser 99.num.1.& seqq. Jul.Clar.lib.5.sent.§.injuria.nu.15 Conrad.de feud. part.9.c.4.n.11 Damhoud.in suâ pract.crim.c.136.nu.2. & seqq. Bellovis.in sua pract.c.6. nu 1.nu.3. & seqq. Ludovic. Rom.consil.96. per tot. Daniel Moller. in comm. ad constit.Saxon part.4.constit.42.n.23.post princ.num 24. & n.25.26.& seqq. Coler.decis.161.n.39 Joann.Harppr. in § 1.instit.de injur.n.95.& seqq. Schneid.eodem.nu.14. Tusch.lib.9.controv.c.10.VVurmbs.lib 1.obser.tit.47.observ.6.per tot. VVesenb.in comm.ff. de injur.n.8.in med. publice. Dauth.de testam.nu.228. & seqq. Covarr. lib.1. var.resolut.c 11.nu.6. Mynsing. cent.4. obser.4.nu.4.& seq. Petr.Heig. quæst.31.n.41. & seqq.part.2.*

An quis excusatur ab injuriis, si suum autorem nominavit? Negat 51

Coler. (ubi ita Lipsienses Præfecto Aldenburgensi Anno 1530.pronunciasse refert) decis.161. n.41.ibi, sed quid si n.& seqq.part.1. Joann. Harppr.in §. injuria autem.1. instit.de injur.num.129. ibi. expedienda nobis.& num.seq. Schneid. eod.n.5. vers.quod diligenter nota.

Quamvis contrarium velit

Chilian König *in suo processu.c.138.nu.vers.* oder seinen Wehrman.

LXVI.

Quomodo punitur is, qui Magistratum, vel eius officiales, quorum operâ Magistratus in administrandâ justitiâ, tuendâ jurisdictione, & in executionibus utitur, contumeliis & injuriis verbalibus, & realibus, afficit.

SUMMARIA.

1. *Inter atroces injurias refertur illa, quæ judici vel Magistratui infertur.*
2. *Jure civili quomodo punitur, qui judici vel Magistratui injuriam infert, n.3.4.5.6.7.8.*

9. Jure

9. *Jure Saxonico qualis pœna ejusmodi injuriantibus imponitur. 1.10.11.12.13.14.15 16.17.19.20.21.*

18. *Ministris & officialibus judicis, referentibus & asserentibus se injuriâ esse affectos, non creditur.*

22. *Præco vel nuncius judicis, si suum dominum, puta judicem, injuriis afficit, quomodo punitur.*

23. *Quomodo is, qui præfectos ærarii falsò insimulat peculatus.*

24. *Quomodo is, qui appellando dicit judicem iniquè odio & precio judicasse.*

25. *Sub Magistratus vel judicis appellatione quis contineatur in hac materiâ.*

26. *An etiam Rectores Academiarum & Scholarum.*

27. *An Capitaneus, & Dux belli.*

28. *An tutores & curatores.*

29. *Traduntur quædam limitationes, ubi hæc pœna vel omnino non habet locum, vel alia mitior imponitur. num. 30.31.32.33.34. 35.36.*

37. *Quomodo punitur, qui captum officialibus, vel ex eorum manibus eripit.*

38. *An & quatenus judex ipse super injuriis, sibi vel suis ministris illatis, cognoscere possit n. 39.40.41.42.43.44.*

45. *An Commissarius Cameræ, vel alius delegatus judex etiam de injuriis, sibi vel officialibus suis illatis, judicare possit. numer. 46.*

47. *In dictandis ejusmodi pœnis judex diligenter qualitates injuriarum & conditiones personarum attendere debet.*

48. *Gravior pœna imponitur, si injuria integro Senatui facta est, quam si particulari personæ ex illo.*

49. *Injuria Consuli facta censetur toti Senatui facta.*

Nov. Elect. Aug. par. 4. const. 43. IN imponendis pœnis circumspectus esse, & inprimis considerare debet judex, an injuria sit levis, an verò atrox,

per §. atrox. 9. instit. de injur. Paul. lib. 5. sentent. tit. 4. §. atrox injuria. 10. Rutger. Rul. de commiss. part 4. lib. 5. c. 6. nu. 44.

1 Inter atroces injurias refertur etiam illa, quam quis judici vel Magistratui, vel eius officialibus & ministris, infert,

l. prætor edixit. 7. §. atrocem. 7. vers. ut cum Magistratui. ff. de injur. Jacob Cujac. ad Paul. sentent. dict. lib. 5. tit. 4. §. atrox. 10. vers. persona si Magistratui. Jacob Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 263 nu. 5. Farinac. in suâ practic. crimin. part. 1. quæst. 17. tit. 3 num. 35 sub fin. vers. injuriam autem Magistratui. Laurentius Kirchhoff. (inter consil. var. ICtorum) consil. 33. num. 2. in fin. & n. 3. vol. 2.

2 Quomodo autem is puniatur, non adeò inter interpretes juris certum est.

Sunt enim, qui dicunt, quòd is exilio saltem sit mulctandus, ad exemplum populi Romani, qui, teste Tito Liviô 3

lib. 2. decad. 1. & Plin. de vir. ill. Mar. Coriolanum mulctavit exilio, ob id, quòd injuria affecerat Tribunum plebis.

Aliter statuit *Jacob Bellovis. in suâ practic. crimin. lib. 1. c. 6. incip. hoc ostendit. num. 4. ibi, sed si fiat injuria. & seqq.* 4

qui vult, quòd is, qui judici vel Consuli, dum adhûc est in consulatu, injuriam infert, lege Julia de vi publicâ, vel privata puniatur,

per l. qui dolo. 10. in princip. ff. ad l. Juliam de vi publicâ.

Nonnulli statuunt, quòd fustigandus sit, per textum in 5

l. sed est quæstionis. 9. §. si atrocem. 3. ff. de injuriis. Anton. Tess. decis. 229. n. 7. in pr.

Aliter sentit *Bl. in c. 1. §. injuria. tit. de pace jur. firm.* 6

qui hanc injuriam adeò atrocem esse dixit, ut percutiens Magistratum ob inimicitiam, quam cum eo gerebat, capite mulctandus sit, quem sequitur

Carol. Ruin. consil. 81. incip. visâ inquisitione num. 6. vers. puta si quis dedisset. & sequentibus. vol. 4. Jason. in l. qui jurisdictioni. 10 ff. de jurisdict. num. 3. ibi, per illam regulam. & in l. principalibus. ff. de rebus credit. si cert. pet. num. 4. in med. vers. & ex hoc infertur, & in l. 1. C. de precib. Imper. offer. num. 5 sub fin vers. & per dictum. & num. seq. Roland. à Vall. consil. 48. num. 1. ibi, cujus injuriæ pœna vel.

Ejusdem opinionis est *Gloss. in §. in summ. 10. inst. de injur. verba extraordinaria. vers. scit capitù.* 7

Quam sequitur *Prepos. in d. c. 1. §. injuria. tit. de pace jur. firm. sub fin. princ. vers. quæro nunquid injuria. & seq.*

Eandem opinionem etiam in Regno Franciæ in praxi observari, testatur

Guid. Pap. decis. 557. incip. aliquis verberat. nu. 1. vers. & ex his sumpta est practica. & seq.

Denique alii rectiùs faciunt, qui hoc in casu pœnam arbitrariam esse statuunt, ita tamen, ut judex arbitrium suum etiam ad pœnam mortis usq; extendere possit, 8

Gl. in d. §. in summa. 10. instit. de injur. verb. extraordinariâ. in princip. Francisc. Marc. quæst. 34. num. 1. vers. nam & in tali injuriâ. & seqq. lib. 2. Felin. in c. inquis. 21. x. de accusat. in princip. num. 10. ibi, ultimò tangit hic. & seq. Petr. à Plac. tractat. delict. c. 6. num. 3. & num. 15. Boss. tractat. crimin. tit. de injuriis. num. 30. ibi, quæro an pro injuria. junct. vers. ut quando Prætorii. & seq. Gail. lib. 1. observ. 39. num. 1. vers. pœna autem quâ. Anton. Faber. in suo Cod. lib. 9. tit. de injuriis. 20. defin. 6. incip. offendens apparitorem. nu. 1. & seq. per tot. Anton. Tessaur. decis. 229. num. 1. & seq. junct. num. 7. vers. nihilominus Senatus. & seq. Jacob Menoch. lib 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 263. n. 6. ibi, sed arbitrium. Carol. Ruin. d. consil. 81. nu. 6. ibi, vel quando pœna esset arbitraria. vol. 4. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæst. 17. num. 30. ibi, limita secundò. Andr. Tiraq. tractat. de nobil. c. 28. incip. sed nunc maximè. num. 6. ibi, quæ cum ita sint. Paris. de Put. tractat. syndic. verb. pœna. vers. nam si. nu. 1. sub fin. vers. intelligitur, si hac desiderat. & num. 2. pag. mihi. 225.

In so-

9 In foro Saxonico, ut hæc quæstio perspicuè tractetur, videndum erit, an quis Magistratum vel eius officiales, realibus, an verò verbalibus injuriis, affecerit.

10 Priori casu, si quis in tumultu vel motu populi contra præceptum judicis de pace servanda, vel alias Magistratum, vel judicem, & eius ministros, & satellites, aliquem capere volentes, sciens vulneravit, percussit violentà manu, vel aliis injuriis realibus affecit, tunc unanimiter concludebatur, quod is omnes expensas & sumptus, in curatione factos, itemq; omne damnum & interesse præstare cogatur, & insuper pro arbitrio judicis vel relegatione, vel manûs amputatione, vel fustigatione, vel denique pro conditione personæ, & aliis circumstantiis, gladiò puniri debeat, Sol der verwundeten Person Abtrag / Artzlohn / Zehrung / Unkosten vnnd Verseumniß entrichten / vnnd auch darüber auß Richterlichem Ampte willkührlich mit Verweisung / Abhawung der Hand / Staupenschlagen / vnnd auch wol nach gelegenheit der Personen / vnnd andern Vmbstenden / mit dem Schwerdt vom Leben / zum Tode gebracht / vnd gestrafft werden.

Test. lib. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part 4. quæst. 50. incip. Wenn jemand ein Rumor vnd Lermen. *n. 1. & seqq.*

11 Quam sententiam iisdem etiam verbis repetiit & confirmavit August. Elector. Saxon. in suis Novell.

part. 4. constit. 43. ubi in comm. Daniel Moller. n. 1. & seqq.

12 Quod etiam tradunt interpretes juris communis,

Iodoc. Damhoud. in suâ practic. crimin c. 15. incip. nullis fas esse potest. num. 29. ibi, quicunque violenter executori, & seqq.

ubi verbis disertis dicit: quisquis violenter executori apprehensuro resistit, violentà manu ipsius sinum aut gulam constringit, similemvè violentiam ipsi impegerit, periculo se submittit perdendi pugni vel manûs, aut alterius mulctæ pro qualitate impetûs, & animi ad nocendum avidi, quem sequitur

Philip. Matth. in addit. ad Grid. Pap. decis. 557. post pr.

13 Idem etiam tradit

Anton. Tessaur. decis. 78. incip. injuria qualibet. nu. 12. vers. idemq; videretur dicendum. & seq.

ubi scribit, si fuerit facta injuria alicui officiali vel personæ publicæ, quod tunc, præter actionem civilem intentatam per eum, ad refectionem damnorum & expensarum possit etiam agi criminali actione ob contemtum Magistratûs.

14 Et extenditur etiam ad eum casum, ubi minister judicis non ad capiendos tumultuantes mittitur, sed vel judex ipse in alicujus bona exequi velit, vel ministrum pro executione ableget; nam & tunc is, qui executionem pati debet, si eum injuriis realibus afficit, pœnâ tenetur prædictâ,

elegant. Grid. Pap. decis. 557. incip. aliquis verberat. num. 1. & seq. Anton. Faber. in suo cod. libr. 9. tit. de injur. 20. definit. 6. num. 1. vers. gravius tamen coërcendus est.

15 Unde fit, si quis Magistratui vel judici impingit alapam, quòd is meritò morte puniri possit,

Bl. in d. c. 1. §. injur. tit. de pace juram firm. Iason. in d. l. qui jurisdictioni. 10. ff. de jurisdict. nu. 3. ibi, per istam regulam. & in l. principalib. ff. de reb. cred. si cert. pet. n. 4. vers. & ex hoc infertur. & in l. 1. C. de prec. b. Imper. offer. num. 5. sub fin. vers. & per dictam, & nu. seq. Carol. Ruin. consil. 81. num. 6. vers. puta si quis dedisset. vol. 2. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 203. num. 5. vers. qui atrocem. Gramm. decis. 36. n. 4. Francisc. Marc. quæst. 34. nu. 1. vers. unde pro alapa. Tiraq. tract. de nobil. c. 23. n. 6. vers. idq; adeo obtinet. & tract. cessante causa cessat effectus. limit. 15. num. 10. in fin. Felin. in c. ex literis. 11. x. de const. num. 23. ibi, prima declaratio est. & in c. inquisitionis. 21. x. de accusat. nu 10. post princ. vers. vult dicere in lege. & seq. Iodoc. Damhoud. in sua practic. crimin. c. 137. incip. injuriam factu. num. 18. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 50. num. 1. vers. dans enim Magistratui. & seq.

Posteriori casu, si quis Magistratum vel judicem, & eius ministros, injuriis verbalibus afficit, tunc, si quis præcepto in tumultu vel motu populi de pace servandâ neglectô judicem, vel eius ministros, ad sedandum tumultum, vel capiendos tumultuantes, vel ad executionem faciendam ablegatos, verbis tantùm offendit & injuriatur, constans etiam erat omnium opinio, quòd is eadem pœna, quæ in injuriosos est statuta, pro arbitrio judicis puniri debeat, 16

Consult. const. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 50. num. ult. vers. Wenn aber einer einen schlegt. *usq; ad fin.*

Quam etiam approbavit & confirmavit August. Elect. Sax. in suis Novell, *part 4. constit. 43. §.* Wenn aber einer einen schlegt / Friedgebot *ult. in comm. Daniel Moll. in ult.* 17

Ministris tamen & officialibus judicis, referentibus & asserentibus se injuriis in executione sui officii esse affectos, non creditur, nisi hoc probent, 18

elegant. Grid. Pap. decis. 557. incip. si quis verberat, num. 1. vers. sed juxta hoc quæro, an debeat stari, & seq. usq; ad fin.

Si verò extra hunc casum quis integrum Senatum, Magistratum, vel judicem, & eius ministros injuriis verbalibus afficit, Constitutio Electoralis non exprimit, quomodo puniri debeat. 19

Videtur quidem dicendum, quod triginta solidos solvendo liberetur, si judicem ipsum, vel aliam personam quandam ex Senatu offendit, vel si integrum Senatum & Consilium contumeliis & injuriis affecit, tot mulctas triginta solidorum solvere debeat, quot in illo Senatu continentur personæ, & injuriis sunt affectæ, propterea quod de jure Saxonico in injuriantes non alia pœna, quàm mulcta triginta solidorum est posita, *ut supra dixi*, & ita in specie Scabinos Lipsenses judicasse apparet ex sententiis post Weichb. *tit.* So einer Gemeine jemand vnrecht thut / *in med. vers.* Wie wol auch ewre Vnterthane einen vnhöflichen Satz. *in verb.* So were er euch vnd einen jeglichen insonderheit. *usq; ad finem. fol. 140. col. 2. Modest. Pistor. consil. 26. quæst. 4. n. 36. in med. junct. n. 47. ibi,* Wol ist war. *& n. seq. vol. 1.*

Propterea, quod in foro Saxonico ita juris est, ut quis integro Collegio vel Communioni injuriam inferens liberetur, si singulis personis mulctam Saxonicam, puta triginta solidos, solvit

Consult.

Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 18. incip. Wann ein *Collegium. n. 4. & seq. & tom. 2. part. 4. n. 1. & seq. & tom. 2. part. 4. quæst. 48. incip.* Wann einer eine gantze Gemeine. *n. 1. & seq.*

20 Contrarium tamen rectius responderunt illi, qui statuerunt, quòd hoc in casu pœna Saxonica 30 solidorum l. cum non habeat, sed alia gravior pœna pro arbitrio judicis imponatur,

Urthel *post* Weichb. *tit.* wie die *injurien*, so dem Richter/ Gericht vnd Obrigkeit geschehen/ gestrafft werden. *per tot. fol. 139. col. 2. Consult. const. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 18. n. 2. ibi.* Da aber solche Schmehung wider einen gantzen Rath/ *num. 3. & seq. usq. ad fin. & tom. 2. part. 4. quæst. 48. n. 2. vers.* Da aber eine Obrigkeit. *Modest. Pistor. consil. 26. quæst. 4. n. 48. sub fin. vers.* Aber das würde zu Recht. *vol. 1.*

21 Et licet hi de pœna pecuniariâ, vel etiam de carceratione vel rel gatione, ut facit

Modest. d. consil. 26. quæst. 49.

tantum faciant mentionem, dubium tamen non est, quin hæc pœna arbitraria, etiam ad aliam duriorem, puta fustigationem, vel pro conditione personarum, & aliis circumstantiis, etiam ad pœnam mortis extendi possit, propterea, quòd ita interpretes juris communis supra *num. 5.* relati statuant; Omissum autem in jure Saxonico, ex jure communi, & eius interpretibus, communiter approbatis, suppleri debet, maxime cùm prædicti interpretes juris Saxonici pœnam arbitrariam jamdudum ante editas constitutiones dictarint, ubi tamen mulcta solummodò triginta solidorum erat in usu; cùm igitur hodiè per constitut. Electoral. 42 *part. 4.* hæc mulcta Saxonica sit mutata, & alia gravior pœna pro arbitrio judicis inducta, meritò etiam prædicta pœna arbitraria erit aucta, alias inter injurias, alicui privato & Magistratui vel Senatui illatas, nulla esset differentia, quod tamen est absurdum, & injuria judici vel Magistratui illata, propter atrocitatem, meritò gravius puniri debet.

22 Unde fit, quod præco vel minister judicis, si suum dominum, puta judicem contumeliis afficiat, spernendo jura sua seu dignitatem, virgis cædi debeat,

text. im LandR. *lib. 2. art. 16. post princ. vers.* Wenn der Fronbote. *Matth. Coler. decis. 161. nu. 33. ibi,* das *tamen limitabit. part. 1.*

23 Item videmus, quod etiam is, qui præfectos ærarii falsò insimularat peculatus, quasi pecuniam & annonam exportassent, & in privatos usus convertissent, ad terrorem aliorum aliquot mensium carcere vel relegatione puniatur, veluti ita Scabinos Lipsenses pronunciasse, testatur

Matth. Coler. d. decis. 161. n. 40. vers. unde & eum, qui præfectos. & seq. part. 1.

24 Infertur etiam, si quis appellando conviciatus est judici, asserendo ipsum iniquè odio, & precio judicasse, & his similia, quod etiam extraordinariè pro arbitrio judicis puniatur,

Br. in l. illud 8. ff. de appellat. num. un. vers. aliàs punitur. Paul. de Castr. eod. num. un. in princ. & vers. punitur. quem sequitur Nicol. Anton Gravett. in addit. ad praxin. Octaviani Vestrii. lib. 7. c. 3. nu. 31. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 263. num. 7. vers. accedit quod scriptum reliquit. num. 8. nu. 11. sub fin. num. 12. & seq. Johann. Balard. in addit. ad Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. injuria. n. 22.

25 Sub Magistratûs vel judicis appellatione hoc in casu continentur omnes illi, qui in aliquem potestatem aliquam habent.

26 Puta Rectores Scholarum, & Academiarum; si quis enim ex Studiosis eos injuriis, præsertim realibus afficit, pœnâ capitis plectitur, veluti ita Papiæ contra Riccium, & Pisis contra Crassum observatum fuisse, testatur

Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 5. cas. 263. n. 14. ibi, secundum exemplum est. & n. 15.

27 Item Capitaneus belli, & ideò, si eques vel miles illum irreverenter injuriâ afficit, capitaliter etiam puniendus est,

Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 137. n. 18. vers. sicut & eques. & seq.

28 Item tutores & curatores, veluti Lipsenses Anno 1551. duobus tutoribus Schmellensibus respondisse, testatur

Matth. Coler. decis. 161. incip. clarum. 140. post princ. part. 1.

ut pupilli, vel minores vel carcere, vel aliâ pœnâ pecuniariâ pro modo delicti, & dignitate personæ, cui injuria illata est, puniantur.

29 Quæ omnia tamen procedunt, si quis magistratui, dum adhùc est in officio, injurias infert, secùs, si est ab officio remotus, tunc enim injurians non alia pœna tenetur, quàm alias in injuriantes est statuta,

Angel. Aretin. tract. malefic. verb. Cajum Sempronii. n. 13. vers. pone quod statutum vult, & seq.

30 Et licet nonnulli DD. velint, idem esse statuendum, si quis judicem vel magistratum, qui ex toto magistratum non deposuit, sed adhùc in Syndicatu existit, injuriis afficiat,

Ioann. de Arnon. sing. 13. incip. quidam, an prætor nu. un. vers. in contrarium est veritas. & per tot. Bl. in l. Tribunus. 21. ff. de testam. milit. nu. 2. ibi, secundò nota argumentum nu. 9. vers. qua quidem juris sententia. nu. 10. in princ. vers. & rectè quidem. (ubi rationem affert.) nu. 11. & n. seq.

31 Contrarium tamen, quod scilicet injurians & offendens vel judicem, vel officialem, in Syndicatu existentem, puniatur eadem pœna, ac si eum injuriis affecisset & offendisset durante officio, magis placet,

Gl. in Novell. ut judic. sive quo suffrag. c. si quis autem prætor. verb. habentiû. Bl. (ubi rationem affert & limitat,) in l. observare. 5. § proficisci. ff. de offic. Proconsul. nu. 42 vers. septimo quæritur. & seq. Iason in l. principalibus. ff. de reb. credit. si cert. pet. nu. 4. vers & ideo infertur. & seq. & in l. si stipulatus. §. Chrysogonus (ubi rationem affert.) ff. de V. O. num. 27. vers. facit quod signanter. & in l. fœnerdum. 15 §. ult. ff. qui satisd. cog. nu. 9. ibi, facit, quod singulariter. Andr. Tiraq. tractat. de nobilit. c. 28. num. 7. ibi, hoc nunquam adeò obtinet. & tractat. cessante causâ cess. effect. limit. 25. num 10. ibi, adde quod pulchre Prosper. Farinac. in suâ pract. crim. lib. 1. tit. 3. quæst. 17. n. 38. vers. contrarium quod & ego. Pariis de Puteo tract. Synd. verb. an si potestas. nu. 3. pag. mihi 74. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 63. nu. 21: ibi, injuriam faciens. Petr. à Plac. in epitom. delict. c. 6. num. 5. & seq. August. Bonfranc. in addit. ad Angel. tract. malefic. verb. Cajum Sempronii. nu. 13. sub fin.

Bene

32 Benè tamen verum eſt, ſi quis, non contemplatione officii, ſed ex privato odio, affectu & inimicitia, judicem vel magiſtratum injuriis afficiat, quod is prædictâ pœna atroci non puniatur, ſed alia, qua reliqui injuriatores plecti ſolent,

Follsr. in addit. ad Marant. de ordin judic. part. 4. diſt. 1. nu. 7. Roland. à Vall. conſil. 48. num. 13 ibi. videlicet quod dum alapam. vol. 2. Farinac. in ſuâ pract crimin. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. num. 39. ibi, ſublimata ſecundò. Boſſ. in pract. crimin. tit. de crimin. læſæ majeſt. num. 14. verſ. & quando offenditur magiſtratus. & ſeq. quibus addatur Bl. in d. l. obſervare. 5 §. proficiſci. ff de offic. proconſul. nu. 12. verſ. quod verum credo. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent 3 caſ. 263. nu. 9. in fin. & nu. 10. Pariſ. de Put. tract. ſyndic. verb. injuria officialis. verſ. an ſi. n. 3. & ſeq. pag. mihi. 465.

33 In dubio autem injuria judici, potiùs odio privato, quam contemplatione officii, facta præſumitur,

Farinac. d. quæſt. 17. nu. 43. ibi, ceſſantibus tamen conjecturis. Roland. à Vall. conſil. 1 incip. in præſenti causâ (ubi rationes.) n. 36. & ſeqq vol. 3.

34 Item quis ſupradicta pœna non punitur, ſi judici non pro tribunali ſedenti, vel in executionis aut in aliquo alio actu judiciario, & in executione officii verſanti, injurias infert,

Guid. Pap decis. 557. nu. 1. verſ. ſecus ſi non eſt Farinac. d. quæſt. 17. n 42.

35 Vel, ſi priùs à judice vel magiſtratu fuerit injuriis affectus,

Jul. Clar. (ubi poſt Pariſ. de Puteo ita in praxi ſervatum fuiſſe dicit, & hoc notandum ſuadet.) lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 68. num. 21. verſ. ſed hoc intellige. Anton. Faber. in ſuo Codic. lib. 9. tit. de injur. def in. 6. incip. offendens apparitorem. n 5.

36 Alium caſum, ubi quis propter injurias, judici factas, non punitur, vide apud

Anton. Teſſaur. decis. 229. nu. ult. verſ. hæc autem non procederent. & ſeq.

37 Sed quomodo punitur, qui captum ab officialibus & miniſtris judicis, vel ex eorum manibus eximit? Vide latè

Virgil. Pingiz quæſt. 54 incip. hactenus illuſtres. nu. 1. & ſeqq. per tot. Jodoc. Damhoud. in ſua practic. crimin. c. 15. incip. nulli fas eſt. num. 30. Hippol. de Marſil. in ſuâ pract. crimin. §. opportune. num. 20. & §. attingam. num. 49. Jacob Thoming. decis. 15. per tot. Claud. Battand. in practic. crimin. reg. 142. num. 11. & ſeqq. uſque ad fin. Angel. Aretin. tractat. malefic. verb. quod famâ publica præcedente. num. 55. ibi, ſecundò quæro. & ſeq. fol 177. Bl. in l. addictos. C. de Epiſc. audient. num. 1. & num. 4. Alex. conſil. 35. incip. viſo themate. num. 4. & ſeq. vol. 2. Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. quæſt. 68. num. 10. ibi, eximens de manibus. & ſeq. Coler. decis. 166. incip. eximens captivum. n. 1. & ſeqq. per tot.

38 Ampliùs quæritur, an judex vel magiſtratus de injuria ſibi, vel ſuis officialibus & miniſtris facta, ipſemet cognoſcere poſſit;

39 Si injuria judici, vel eius miniſtris non contemplatione officii, & tanquam publicis perſonis, ſed tanquam privatis, eſt illata, negatur,

elegant. Pariſ de Puteo tract. Syndic. verb. injuria officialis. verſ. an ſi. num. 1. verſ. ſic etiam injuria quæ infertur ei. num. 2. num. 3. & n. ſeq. pag. mihi. 465. Johann. Harppr. in §. atrox. 9. inſtit. de injur. num. 12. verſ. planè ſi judici non reſpectu. & ſeq. Jul. Clar. lib. 5. ſentent. § ult. quæſt. 35. nu. ult. verſ. aut eſt illata ſibi tanquam. & ſeq. Roland à Vall. conſil. 48. num. 7. ibi, quoniam communi calculo. & ſeq. vol. 2. Proſper. Farinac. in ſuâ pract. crim. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. n. 40. ibi. limita ſecundò dictam tertiam. & n. ſeq.

Si verò injuria, judici vel magiſtratui, & eius officialibus, reſpectu publici officii eſt facta, tunc ſi injuria notoria eſt, affirmatur,

Br. in l. ſi quis. § ſi quis. ff. de pœn. num. un. verſ. quæro quid ſi aliquis delinqueret. Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt. 35. nu. ult. poſt princ. verſ. tu dic quod aut talis. Johann. Harppr. d. §. atrox. 9. inſt. de injur. nu 12. poſt princ. verſ. nota enim non obſtante, Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 3 caſ. 362. nu. 7. ibi, & quia dignitati. & ſeq. Andr. Gail. (ubi ita in Camerâ Imperiali deciſum, & concluſum fuiſſe teſtatur, & pulchras rationes affert) lib. 1. obſerv. 39. num. 1. verſ. contrarium fuit deciſum. n. 2. & num. ſeq. Petr. Paul. Pariſ. conſil. 147. incip. vidi allegationes. num. 7. ibi, ad quorum confirmationem. vol 4. Roland. à Valle. d. conſil 48. num. 2. ibi, quo caſu quando injuria. & num. 14. vol. 2. Alex. conſil. 13. incip. conſideratis his. num. 12. verſ. & ubi injuria vel offenſa eſſet notoria. vol. 6. Paul. de Caſtr. in l. illud. 8. ff. de appell. num. un. verſ. intellige etiam ab eodem judice. & ſeq. Schrad. de feud. part. 10. ſect 1. num. 110. verſ. cum regulariter. & ſeq. Jaſon. in l. qui juriſdictioni. 10. ff. de injur. num. 3. in med. verſ. limita tamen quando injuria. Rutg. Ruland. de commiſſ. part 4. lib. 7. c. 6. num. 9. Proſper. Farinac in ſuâ pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæſt 17. nu. 45. ibi, limita primò. Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. hæc eſt quædam inquiſitio. nu. 58. verſ. aut eſt notorium. Aym. Gravett. conſil. 232. nu. 7. verſ non obſtat quod. tom. 2. Ægid. Boſſ. tract. crimin. tit. de denominat. n. 5. verſ. quando crimen notorium eſt. & n. ſeq.

Secùs ſi injuria non eſt evidens & notoria, 40

Gail. lib. 1. d. obſer. 39. nu. 4. verſ. idem obtineret ſi injuria. & ſeq. Br. in d. l. ſi quis. §. ſi quos ff. de pœn. nu. un. ſub fin. verſ. ſi verò delinquitur Jaſon. in d. l. qui juriſdictioni. 10. ff. de injur. n. 3. verſ. non poſſit ipſe eum. & ſeqq.

Niſi injuria principaliter fuerit facta circa eius officium, tunc is ſuper injuria etiam, non notoria, meritò cognoſcere poteſt, 41

Br. d. l. ſi quis. §. ſi quos. ff. de appell. n. un. verſ. ſi verò crimen non eſt notorium. & ſeq. Angel. Aretin. tract. maleſic. verb. hæc eſt quædam inquiſitio. n. 88. verſ. niſi delictum committatur. pag. mihi. 31.

Item Judex ſuper injuria, ſibi vel ſuis officialibus illata, ipſemet non poteſt cognoſcere, etiamſi illa fuerit notoria, ſi judex injuriam paſſus ad privatam vindictam, puta ad pœnam ſibi applicandam, agere vellet, 42

pulchre Gail. lib. 1. d. obſer. 39. nu. 4. verſ. ſecus ſi pœna imponenda foret. & ſeq. Rutg. Ruland. tract. de commiſſ. part. 1. lib. 3. c. 15. incip. quæſtiones hæ. num. 7. verſ. idq; ne idem. poſt princ.

Vel ſi certa pœna in jure non eſt expreſſa, ſed arbitraria, & pro arbitrio judicis imponenda venit, 43

Abb. Panorm. in c. cum veniſſent. x. de judic. num. 9. Jul. Clar. lib. 5. ſentent. §. ult. quæſt 32. nu. ult. verſ. quod intellige ut procedat. Jaſon. in d. l. qui juriſdictioni. ff. de juriſdict. n. 3. poſt med. verſ. ſecus quando eſſet arbitraria. Farinac. in ſuâ pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæſt. 17. num. 44. Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæſt. cent. 3. caſ.

263. nu.9. vers quod tamen scriptum est. Anton Faber in suo codice. lib.9 tit. de injuriis. 20. defin 6 n. ult. Ruland. a Vall. d. consil. 48. n.15. sub fin. vers. se. unde respondetur. & num.16. vol.2. Dec. in d.l. qui jurisdictioni. 10. ff. de jurisdict. n.1.

Licet contrarium statuat

Andr. Gail. lib.1 d. obser. 39. n 1. vers. contrarium fuit. & n. seq junct. num. 14. post med. vers pœna autem quâ hujusmodi. & seq. Rutg. Ruland. tract. de commiss. part. 1. lib.3 c.15. n.7. & num. vers. à quo tamen alii. junct. vers. prior tamen primo. & seq.

44 Vel denique, si reus injurians judici vel magistratui, & eius jurisdictioni non est subjectus, tunc is recte super injuria sibi illatâ, etiam notoriâ, & ubi certa pœna in jure est statuta, cognoscere prohibetur,

arg. l. ult. ff. de jurisdict. Iason. in l.1. §. si videtur. ff. si quis jus dicenti. n.16.

Quia si contrarium admitteretur, duo specialia hic concurrerent, unum, quod judex in propriâ quodammodò causa cognosceret, alterum, quod per eiusmodi injuriam invito, & nolente injuriante jurisdictio prorogaretur. Duo autem vel plura specialia circa unam eamdemque rem concurrere, in jure nostro absurdum est, *per vulgaria.*

45 Ulteriùs quæritur, an Commissarius, vel judex delegatus, super injuriis sibi vel suis ministris illatis cognoscere possit?

Super injuriis, sibiipsi quidem illatis, cognoscere non potest, sed debet protestari, se eas nomine Cameræ vel alterius committentis ad animum revocare, & tunc cognitio spectat ad Cameram, vel alium committentem, & delegantem; veluti ita in Camera Imperiali Anno 1566. in causa Würtzburg contra Fulda / item in causa Reiner von Bulstern zu Volgda Klägern contra Bentheim / & in causa Bentheim contra Witmarschen observatum fuisse, testatur

Rutg. Ruland. tract. de commiss. part.1. lib.3. c.15 incip. hæ. nu.1 & seqq. n.9. ib., sed ad nostrum casum. nu.10. & seq.

46 De injuriis verò non sibiipsi, sed suis officialibus & aliis personis sibi adjunctis illatis, rectè judicare poterit,

Rutg. Ruland. de commiss. part.4. lib.3. d.c.15. nu.13. ibi, quod ad injurias. & n. seq.

47 In dictandis autem pœnis hac in materia judex diligenter qualitates injuriarum & conditiones personarum attendere debet, ad hoc, ut scire possit, an gravem, an verò mitiorem pœnam infligere debeat, ut scitè docet, & quosdam gradus, secundùm quos pœna hæc arbitraria imponi potest, ostendit

Anton. Faber. in suo codice lib.9. tit. de injuriis. 20. definit 6 incip. offendens apparitorem. n.1. & seq.

48 Gravior etiam pœna imponi solet, si integer Senatus, quam si particularis quædam persona ex illo, injuriis afficitur,

Rutger. Ruland. tract. de commiss. part.4. lib.7. c.6. incip. tria sunt præcipua. n.48.

49 Quemadmodum etiam injuriâ consuli, tanquam capiti, illata, censetur toti senatui facta, & ob id pœna merito augetur. *Laurent. Kirchhoff consil. 33. incip.* in der Empörung. *num.10. post med. vers. das beneisst num. & nu. seq. vol.2. quem sequitur Rutger. Ruland. d. commiss. d. part.4. lib.7. c.6. n.49.*

LXVII.

De famosis libellis, & eorum pœnis.

S U M M A R I A.

1. *Jure Canonico, quæ est pœna famosi libelli.*
2. *Jure civili, quæ pœna imponitur. n.3.5.6.7.8.9.10.11.12.*
4. *Lex simpliciter de pœna capitali loquens, intelligitur de pœnâ exilii.*
13. *In foro Saxonico quomodo crimen famosi libelli punitur. numer. 14.15.16.17.18.19.20.21.*
22. *Quinam hâc pœna famosi libelli afficiantur, vel quando & quibus casibus illa pœna locum habeat. num. 23.24.25.26.27.28.29.30.31.40 41.42.43.44.45.46.47.48.49.51.52.53.54.*
32. *An quis puniatur, si crimen in libello famoso expressum velit probare, verum esse. n.33.34.35.*
36. *Pœna famosi libelli an locum habet, si quis nomen suum in eo expressit. 37.38.*
50. *Si quis authorem libelli famosi nominet & demonstret, an excusetur.*
55. *Quomodo & quibus casibus pœna famosi libelli ordinaria locum non habet. nu.56.57.58.59.60.61.62.63.64.65.66.67.68.*
69. *Si quis contra Principes vel alias illustres personas libellum famosum fecit, an gravius puniatur, quam si privatos offendisset. n.70.71.*
72. *Præter hanc pœnam damnatus famosi libelli fit etiam infamis & intestabilis.*

JUre Canonico pœna famosorum libellorum est fustigationis, & interdum excommunicationis & depositionis, 1 Nov. Elect. Aug. par. 4 const. 44.

text. in c.1. c.2. & c. secundò qui caus. 5. quæst.1. latè Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst.105. nu.430. & seqq. Menoch. lib.2. arbitr. judic. quæst. cent.3. cas.203. num.35.

Jure civili novissimo verò ex constitutione Imper. Valentiniani, & Valentis est capitalis,

text. in l. un. C. de famos. libell. Iodoc. Damhoud. in suâ practic. crimin. c.125. num. 2. in princ. & vers. omnes inquam tales. & c.130. num. ult. sub fin. Iacob de Bellovis. in suâ practic. crimin. lib.1. c.3 num.83. ibi, unde scribens. & seqq. Didac. Covarr. lib.1. var. resolut. c.11. num. 7. post princ. vers. secundò eadem ratione. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 8. num 15 Iacob Menoch. libr.2. arbitr. judic. quæst. cas 163. num.34. & num. seq. Ludov. à Pegu. decis.77. num.5. Iohann. Harppr. in § injuria autem 1 instit. de injur. num.159. in med. & num. seq. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst.105. inspect. 11. num.422.

Quam

3 Quam pœnam capitalem nonnulli, non de ultimo supplicio, sed de alia mitiori pœna, puta exilii, vel deportationis, vel alia, accipiendam esse statuunt,

Mynsing. respons 30. num. 40. decad. 9. Halbritt. tract. de injur. c. de libello famos. post med. Ludov. Gilhus. in suâ arbore criminal. c. 2. tit 34. §. 10 nu. 7. vers. posset vero. & seq. Iohann. Harppr. in §. injuria autem. 1. instit. de injur. n. 160. sub fin. vers. ego autem eorum lubens sequor. n. 161. & seq.

4 Tùm, quia lex simpliciter de pœnâ capitali loquens, intelligitur de pœnâ exilii,

Præposit. in c. 1. in princ. tit. de pace tenend. nu. 2. ante med. vers. qualiter autem Salyc. in l. si. qui cum. 7. C. ad l. Cornel. de Sicar. n. 5. vers. quare Cynus dicit. & seq.

Tùm, quia pœna capitalis non tantùm dicitur illa, quæ damnato vitam, sed etiam, quæ libertatem vel civitatem adimit, adeoq; caput è civitate tollit,

l. 2. l. capitalium. 28. ff. de pœn. l. 2. ff. de publ. judic. l. edicto. 13 ff. de bonor. possess. l. qui cum maior. 14 §. is demùm. ff. de bon. libert. l. cum patronum. 10. ff. de jure patron. l. licet capitalis. 103. ff. de V. S. Harppr. d. §. injuria. 1. nu. 162.

Tùm, quia quotiescunq; in pœnalibus constitutionibus, legibus, vel statutis verba ponuntur ambigua, ea facienda semper interpretatio, per quam pœna sancita mitior esse intelligitur,

l. si præses. 31. l. sanctio. legum. 41. l. seq. ff. de pœn. c. in pœnis. 49 ff. de R. I. in l. semper 9. l. 56. l. 192. §. 1 ff. eod. Harppr. (& ibid. allegati) in d. §. injuria. 1. n. 161.

5 Verùm, cùm tùm demum lex de pœnâ capitali loquens, de pœnâ exilii accipiatur, & in pœnalibus constitutionibus verba ambigua in mitiorem partem interpretanda sint, nisi materia subjecta aliud suadeat,

Præposit. in d. c. 1. in princ. tit. de pace tenend. & eius violat. n. 2. vers. illud verum nisi fol. mihi. 398.

Hoc autem in casu materia aliud postulet, siquidem pro nudis & simplicibus injuriis nedùm exilii & interdictionis certæ rei, sed etiam fustigationis, pœna dicatur,

l. ult. ff. de injur. Si autem in *d. l. un. C. de famos. libell.* pœnam capitalem de exilio tantùm acciperemus, pœna famosi libelli longè minor & mitior illâ esset, quod tamen magnum absurdum foret, cum per famosum libellum alicui atrocissima injuria inferatur, & omnium severissimè vindicanda sit;

Wesenb. in comm. ff. de injur. n. 19. post pr. vers. quam ob rem & gravior.

6 Ideoque meritò contrarium amplectuntur &, *d. l. un.* de ultimo supplicio, puta pœna gladii, accipiunt

Gl. in c. de prima. 1. caus. 5. quæst. 1. in 1. gl. vers. secundùm leges decapitatur. Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 125. nu. 2. sub. fin. vers. & ulcore gladio Bonifac. de Vitalin. tit. de famos. libell. n. 1. Petr. à Plac. in epitom. delictor. lib. 1. c. 3. nu. 2. Anton. Gomez. de delict. c. 6. rubr. de injur. n. 1. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. d. quæst. 105. nu. 423. ibi, & hanc capitis pœnam. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. n. 25. post pr. vers. pœna capitis.

7 Et licet nonnulli velint, quod prædicta pœna capitalis hodiè ampliùs non sit in usu, sed generali fermè omnium locorum consuetudine receptum sit, ut famosorum libellorum & pasquillorum compositor, pœnâ tantùm arbitrariâ, puta carceris vel graviori pecuniaria, puniatur,

Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. n. 25. vers. ego autem in practica. Ioann. Harppr. (ubi hactenus ita in collegio juridico Facultatis Tubingensis observatum refert) in d. §. injuria autem instit. de injur. n. 210. illud hic studiosè observandum est. & seq. Petr. Heig quæst. 31. num. 55. post princ. part. 2.

Hoc tamen ita universaliter asserere non ausus sum, veluti etiam in specie contrarium tradit 8

Soarez. in addit. ad Anton. Gomez. de delict. c. 6. rubr. de injur. n. 2. quem sequitur Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105. num. 427. ibi, verum quod, & seq.

quod hoc in casu ab ordinaria pœna juris non deberet aliquo modo recedi. 9

Illud tamen advertendum est, quod *Gl. in l. un. C. de famos. libell. in 1. gl. vers. & hoc, si tale continebatur. & 2 verb. capitali. ult. vers. si etiam capitalis.*

prædictam pœnam, tanquam nimis rigidam, & duram, aliquo modo mitiget, & statuat, quod quis propter famosos libellos tùm demùm ultimo supplicio afficiatur, si crimen in libellis famosis expressum, si verum esset & probaretur, esset capitale, & ultimo suppliciô dignum: secùs, si non esset capitale: tunc enim pœna talionis locum habeat, eademq; animadversione diffamator coerceatur, qua unumquodque delictum & scelus, in libello objectum, si verum esset, veniret puniendum; quam glossæ sententiam etiam sequuntur

Salyc. in d. l. un. C. de famos. libell. num. 3. Cyn. & Angel. eod. Barthol. Bertaz. consil. 237. incip. iste Bellinus. n. 8. ibi, unum tamen pro complement. & seq. & ibid. in addit. Claud. Bertaz. nu. 8. lit. D. ante med. vers tertiò requiritur, ut crimen. lib. 1. & consil. 265 incip. magnificus adolescens. n. 1. ibi, quo casu bene locum habet. & n. seq. lib. 2 Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 263. nu. ult. vers. cessat etiam pœna capitalis. usq. ad fin. Ioh. Harpp. in d. § injuria. 1. instit. de injur. n. 151. & n. 163. (ubi communem dicit) ibi, porro glossa. & seq. Prosper. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 424. ibi, dummodò tamen libellus. n. 425. & n. 492. Br. in l. nam posteaquam. 9. §. si damnetur. ff. de injur. nu. 12. in med. vers. quod est verum si capitalis. Petr. Heig. quæst. 31. n. 45. ibi, denique & capitalis. & nu seq. part. 2. Petr. à Plac. in epitom. delict. c. 3. n. 3. Anton. Gometz. de delict. c. 6. de injur. n. 1. Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 125. nu. 2. in med. junct. n. 5. vers. in his verò literis. & n. 6. Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 4. const. 44. n. 5. post pr.

Et quamvis hanc glossæ sententiam impugnare nitatur 10

Ludov. à Pegv. decis. 77. incip. contingit in facto. n. 11. ibi, neq; existimo. & seq. part. 1.

propterea, quod textus juris civilis indistinctè & generaliter loquantur, & ob id etiam generaliter debeant accipi:

Quia tamen prædicta distinctio glossæ quodammodò in 11

d. l. un. vers. sanè si quis devotionis suæ ac salutis publicæ. C. de famos. libell.

fundata esse censetur, ubi non obscurè patet, quod ibi de eiusmodi delictis dicatur, quæ ad salutem publicam spectant, & ita capitalia sunt; Habetque naturalem rationem, quoniam absurdum

dum & iniquum esset, ut quis indistinctè, etiam propter leve aliquod delictum, in libello objectum, capite puniretur, cùm pœna non debeat esse gravior, quàm eius causa,

l.sancimus.22. C.de pœn.

Hactenusq;, juxta glossæ sententiam, textus in *d.l.un.C.de famos.libell.*

ita est acceptus, & intellectus, minimè autem sint mutanda, quæ certam interpretationem semper habuerunt, *l. minimè.23 ff.de legibus.*

Ideoq; à glossæ & eius sequacium distinctione nec in judicando, nec in consulendo recedendum esse puto,

Daniel Moller. in comm. ad const.Saxon.part.4.const. 44.n.5. vers.sed quo die.& seq.

12 Quemadmodum eandem opinionem amplexus est Imperator invictissimus Carolus V. in constitutionibus criminalibus. *art.100.* ubi in hæc verba posuit:

Welcher jemand durch Schmachbrieff/zu Latein *libellus famosus* genandt / die er außbreitet / vnd sich nach ordnung der Rechte mit seinem rechten Tauff- vnd Zunamen nicht vnterschreibet / vnrechtlicher vnschuldiger weise Laster vnd Vbel zumist / wo die mit Warheit erfunden würden / daß die geschmacht an seinem Leibe / Leben oder Ehren peinlich gestrafft werden möchte / derselbe boßhaffte Lästerer sol nach erfindung solcher Vbelthat / als die Rechte sagen/ mit der Pœn / in welche er den vnschuldigen Geschmächten durch seine böse vnwarhafftige Lästerschrifft hat bringen wollen / gestrafft werden. *Daniel Moller.in comment. ad constit. Saxon.part.4.constit.44. n.3. Petr.Heig.d. quæst.31.n.45. post princ.part.2. Beust. d.l.nam posteaquam.9. §.si damnetur.ff. de injur.nu.12. in med. vers.quod est verum post princ. Johann. Dauth. tract.de testam.num.266 vers.secunda ratio potior est.& seqq. Vultejus in comm.ff.de injur. n.19.ante med.vers. quod tamen hodie.& seq.*

13 In foro Saxonico videtur dicendum, quod divulgatores famosorum libellorum, & cantilenarum, tantùm fustigentur cum relegatione, veluti ita Lipsenses Mense Augusto Anno 1549. judici Zizensi respondisse, testatur

Matth.Coler.decis.154.incip.nota est sanctio.nu 3.ibi, de jure Saxonico verò rigore. part.1.

14 Quæ assertio vera esse potest, si crimen objectum non est capitale, nec pœnam mortis meretur, sed alia mitiori punitur, secùs si est capitale, & ultimo supplicio puniendum.

15 Ideoq; Scabini, tàm Lipsenses, quàm VVittenbergenses unanimiter pronunciabant, quod juxta glossæ distinctionem, suprà relatam, & constitutionem criminalem Caroli V. *d. art.100.* famosorum libellorum compositor tùm demùm pœnâ capitali afficiatur, si crimen objectum sit capitale, alias secùs, testibus

Consult. constit. Saxon. tom.1. part.4.quæst.11. incip. wie die Schmach.*nu.1. & seq.& tom.2.part.4.quæst. 41.incip.* wer die Schand.*n.1 & seq.*

16 Quorum sententiam etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novell.

part.4 constit.44.ubi. in comm. Daniel Moller.nu.4. & n.5.

17 Et ultrà constitutionem criminalem Caroli V. Elector Saxoniæ Augustus

in d.constit.44.vers. Vnd ist solches in der Reichs. policey. *& seq.* se etiam ad constitutiones Imperiales, Norimbergensem.

sub Carolo V. Anno 1524. §. 16 auch wöllen/daß ... *vers.* darzu daß eine jede Obrigkeit. Spirensem. *Anno 1529. post princ. vers.* darzu sollen vnd wollen wir. Augustanam. *Anno 1530.* §. Vnnd nach dem durch die vnordentliche Druckerey. Ratisbonensem. *Anno 1541.* §. ferner haben wir befunden/ daß die Schmäheschrifften. Reformationem guter Policey zu Augspurg *Anno 1548. tit.* von Schmäheschrifften/ gemeldten vnd gemachten. *post princ.*

inprimis verò ad Constitutionem Imperialem Spirensem.

Anno 1570. §. Wiewol auch auff etlichen vergen. *post princ.* & Francofortensem. *Anno 1577. tit.* von Buchdrucken / Schmähebeschrifften. *35.post princ.*

(in quibus disponitur, quod excudentes, sculpentes, & vendentes libros famosos, & picturas interrogari, & etiam, si necessitas postulat, torturæ subjici debeant, ut fateantur, quis sit talium librorum author, deindè puniantur amissione famosorum libellorum, potestate excudendi libros, & aliâ pœnâ secundum arbitrium judicis,

Beust. d.l. nam posteaquam.9.§ si damnetur.ff.de injuriis.nu.12. sub fin. Dauth. de testam.n.227.in addit.lit. K.vers.etiam inquirendi erunt.& seq.)

refert, & secundùm illas in suis provinciis pronunciari statuit.

Et licet 18

Iacob Schult.in addit. ad Matth. Coler.decis.154.incip.nota est sanctio.n.14.part.1.

velit quod eodem errore, quô ipsæ Constitutiones Imperiales in Imperio nusquam servantur, neq; hæc constitutio Electoralis, tanquam relatrix, moribus nostris recepta sit;

Sed quid eum ad hoc moverit, ego conjicere non possum. Neq; etiam prædictæ Constitutiones Imperiales indistinctè, & generaliter de omnibus famosis libellis, & carminibus sunt accipiendæ, sed loquuntur tantùm de casu speciali, nempè de illis libris, & picturis famosis, quæ tùm temporis ubique locorum in odium & detestationem Pontificiæ religionis componebantur, sculpebantur & divulgabantur; quod scandalum, ut tolleretur, & Pontifici Romano sua autoritas conservaretur, Imperatores Romani justè ad illas constitutiones promulgandas se processisse videbantur, quos deindè etiam Augustus Elector Saxoniæ *in d. constitutione.44. part. 4.* est secutus, sanciens, ut & in eius provinciis illæ constitutiones Imperiales observarentur, nec quispiam typographus, sculptor aut pictor eiusmodi libros famosos, sculpturas & picturas in alicujus religionis vel etiam privati hominis detestationem, & infamiam, excuderet, faceret, & divulgaret; Quæ constitutiones etiamnum hodiè in viridi observantia retinentur, uti quotidiè videmus, quod non solùm certi inspectores, quos censores vocamus, constituantur, qui omnia scripta, cujuscunq; facultatis, & disciplinæ illa fuerint, diligenter inspicere, censere, &, si excussione digna sint, subscribere debent, sed etiam typographis sub juramenti religione injungatur, ne quicquam sine censurâ & subscriptione accipiant, excudant, & publi-

& publicent, sed in omnibus, & per omnia constitutionibus Imperial. lib. morigeros se præbeant; unde patet, quod sæpè dictæ constitutiones Imperiales de casu speciali loquantur, & extra illum ad omnes famosos libellos, indistinctè non extendantur, multo minus dicendum sit, quod illa errore quodam in Imperio nunquam observentur.

Concludendum igitur, quod constitutiones Imperiales solummodò in casu speciali, nempè in typographis, sculptoribus & pictoribus locum habeant, & adhuc non solùm in Imperio, sed etiam in provinciis Saxonicis strictè observentur, ad reliquos verò libellorum famosorum scriptores, compositores, & divulgatores non extendantur, sed quoad illos etiam in his terris supradicta distinctio glossæ & constitutio criminalis, ad quam se etiam Augustus Elector Saxoniæ *in d. constit. 44. vers.* peinlichen Ordnung. *part.* 4. nominatim refert, observetur & secundùm eam pronuncietur, ut ejusmodi diffamator paritate delicti puniatur, &, si crimen objectum est capitale, etiam pœnam capitalem sustinere, si non capitale, etiam aliam pœnam, quam unumquodque delictum meretur, pati debeat;

19 Undè etiam veteres Scabinos Lipsenses Mense Aprili Anno 1563. ad consultationem VVolffgangi à Tungenhausen / Capitanei tum temporis præfecturæ Zvvickaviensis, cuidam qui in famoso libello alium criminis Sodomitici insimularat, pœnam ignis dictasse, testatur

Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 44. num. 6. sub fin. vers. veteres vero etiam Scabinos. & seq.

20 Et ante aliquot annos ob famosum libellum in hac urbe Lipsensi quendam gladio punitum, & iterum alium virgis cæsum, & in perpetuum relegatum fuisse, prout unius cujuslibet delicti objecti pœna efflagitavit, testatur idem.

Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part 4. d. constit. 44. n. 6. post med. vers. ego tamen & ipse memini, & seq.

21 Veluti etiam ante biennium in districtu Zvvickaviensi ex sententiâ Scabinorum quendam Nobilem, qui delicta capitalia alteri cuidam Nobili objecit, & suppresso suo nomine Serenissimo Electori exhiberi fecit, capite truncatum fuisse, omnibus notum est.

22 Hæc conclusio procedit non solùm in auctore ipsius libelli famosi, & principali delinquente, de quo omninò nullum dubium est, *Joann. Harpp. in §. injuria. 1. instit. de injur. n. 170. & seq.*

23 Sed etiam in mandante, & consulente,

l. lex Cornelia. 5. §. si quis librum. vers. dolove malo fecerit. quod quidem eorum fieret. ff. de injur. Azo in sum. C. de injur. num. 2. Hostiens. in summ. x. de injur. §. quot modis fiat injuria. num. 3. post princ. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 442. & seq.

24 Et in eo, qui sivit libellum famosum cadere in plateâ,

Hostiens. in summ. x. de injur. §. quot modis fiat injuria. num. 3. post princ. vers. puta dimisit scripturam. fol. 394. col. 2. Farinac. in sua pract. crimin. d. quæst. 105. num. 459.

25 Et quidem non solùm si ipse libellum scripsit, sed etiam si alii dictavit,

Angel. in l. lex Cornelia. 5. §. si quis librum. ff. de injur. nu. 1. Bonifac. de Vitalin. tract. crimin. tit. de libell. famos. nu. 4. Petr. à Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 3. n. 3. Anton. Gomez. de delict. c. 6. rubr. de injur. n. 1. in princ. Farinac. d. quæst. 105. n. 445.

Quamvis contrarium velit

Carol. Ruin. consil. 81. incip. visa inquisitione. col. 4. n. 6. vers. præterea quoad D. Ludovicum. & n. 7. col. 4.

Nec excusatur, quamvis dicat se diffamatum non novisse 26

Jodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 125. nu. 7. vers. deinde non excusat. & seq.

Et tenetur, etiamsi per alios scribi, edi, publicè divendi, curavit. 27

Jodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 138. n. 3. vers. an per alios.

Imò, quamvis autor libellum famosum ipsemet non publicavit, nec publicandum curavit, sed casu fuit ab alio inventus & publicatus, 28

Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3 c. 263. (ubi rationem affert) n. 36. ibi, secundus est casus. Joann. Harppr. in §. injuria autem. 1. instit. de injur. nu. 172. ibi, tertius casus est (ubi etiam rationes assignat & contraria solvit.) & nu. seq. Johann. Dauth. de testam. n. 2.9. vers. amplia primo, non licet. & seq.

Sive in libello nomen diffamati est expressum, sive fictum appositum, dummodò per hoc persona diffamata innotescere & lædi possit, 29

Jodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 125. num. 7. vers. deinde non fictu. & seq. & c. 138. c. 3. vers. imo nihil refert. Barthol. Berraz. consil. 237. num. 5. sub fin. & nu. 6. & ibid. in addit. Claud. Berraz. num. 8. lit. D. post princ. vers. primo itaq; requiritur. Johann. Harppr. in d. §. injuria. inst. de injur. num. 157. ibi, illud quoq;. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 474. & seq. Bonifac. de Vitalin. tit. de libell. famos. nu. 2. Hostiens. in sum. x. de injur. §. quot modis fiat. injur. nu. 3. post princ. vers. expresso nomine proprio illius.

Sive suô, sive alienô nomine libellum famosum edidit, 30

Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 138. num. 3 vers. neq; refert. Farinac. in sua pract. crimin. d. quæst. 105. n. 472. Hostiens. in summ. x. de injur. d. §. quot modis injur. nu. 3. vers. nec distinguitur.

Sive etiam absq; ullo nomine libellum famosum composuit, & publicavit, 31

l. lex Cornelia. 5. § si quis librum. n. 9. vers. vel sine nomine. ff. de injur. ubi Angel. n. 3. & in l. 1. C. de famos. libell. n. 1. Farinac. d. quæst. 105. nu. 473. Jul. Clar. lib. 5 sent. §. ult. quæst. 68 n. 16. post princ. vers. non descripto.

Sive crimen in libello objectum sit verum, & probare possit author, sive non,

Anton. Gomez. de delict. c. 6. nu. 1 Petr. à Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 3. n. 2. Didac. Covarr. lib. 1. variar. resolut. c. 11. nu. 7. vers. secundo eadem in verb. vera illius crimina manifestum. Claud. Berraz. in addit. ad Bart. Berraz. consil. 237. n. 8. lit. D. ante med. (ubi rationem affert) vers. quartò. & seq. Iac. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæst. cent. 3. cas. 263. n. 43. vers. cessat etiam. junct. vers. verum dubitationem. Henning. Gaden. consil. 106. n. 27. & n. seq. Ludov. Roman. consil. 96. incip super eo. n. 5. & n. seq. Pet. Heig. quæst. 31. n. 41. ibi, an igitur ad excusationem. & n. seq. part. 2. Ioh. Harppr. (ubi contraria solvit) in d. §. injuria. autem inst. de injur. n. 164. ibi, cæterum authorem. & num. seq. Mynsing. (ubi ita in Camerâ Imperiali, 22.

August. Anno 1[illegible] in causâ Sebastiani Vogels [illegible] *contra Comitem Wilhelmum de* Fürstenberg *ut [illegible] tum fuisse refert) cent.4.incip. quamvis nonnulli.num.2. & seq.*

33 Ita tamen, ut diffamator hoc in casu non pœnâ ordinariâ, sed mitius extraordinariâ, puniatur *Petr.Heig.d. quæst 31.num.43. part.2. VVesenbec. consil.22.num 5. sub fin. Johann. Harpp. in d.§. injur. 1. instit.de injur. num. 67. ibi, enim verò hoc casu. & nu. seq. Joann. Dauth. tract. de testam.n.227.vers.tertio requiritur.& seq.*

34 Quam opinionem etiam, non solùm Imperator Carolus V. in constitutionibus criminalibus,

art.110.sub fin.in verb. Und ob sich auch gleichwol die außgelegte Schmach der zugemessenen That in der Warheit erfünde / sol dennoch der Außruffer solcher Schmach / nach vermöge der Rechte / und ermessigung des Richters / gestrafft werden.

35 Sed etiam Augustus Elector Saxoniæ approbavit, & confirmavit in suis Novell.

part.4.d.const.44.sub fin. ubi his verbis constituit: Do er gleich solches könte außführen daß derselbe gleichwol auch wilkührlich / entweder mit staupenschlagen / verweisung / oder Gefängniß nach gelegenheit der Verbrechung gestrafft werden sol.

ubi in comm. Daniel Moller.num.5. Consult. const. Sax. tom.1.part.4. quæst.11.num. 2. & seq. & tom.2.part.4. quæst.45.n.3. Petr. Heig.d.quæst 31.n 43.post pr.part.2.

36 Item pœna famosi libelli locum habet, sive author nomen suum occultet, sive exprimat. Et licet nonnulli sint, qui statuunt, quod in eo casu, ubi author nomen suum in libello exprimit, supra dicta pœna locum non habeat,

Jacob Schult. in addit. ad Matth. Coler.decis.154. nu. 15. ibi, cui tamen, quod etiam nomine. & seq. part.1. quem sequitur novissime Heinric. Nebelkrä *decis.16.incip. gravissimum esse ante med. vers.contra verò libellum. & seq. per tot. Joann. Dauth. tract. de testam.n.228.sub fin.vers.quartò quoad verum authorem. Consult. constit. Sax.tom. 2. part.4.quæst.62.n.7.post pr.*

Tùm (1.) quia constitutiones Imperii, in quibus de pasquillis & famosis libellis agitur, suppressionem nominis & occultationem sparsionis ad unam omnes præsupponant.

Tùm (2.) per constit. crimin. Caroli V. *d.artic. 110.in verb.* mit seinem rechten Zu- und Tauffnamen nicht unterschreibet.

Tùm (3.) *per text. in l. un. C. de famos. libell.* ubi prohibetur, ne quis famosum libellum clàm spargat, famamq; alterius sugillet, sed ut, si quis devotionis suæ ac salutis publicæ custodiam gerit, nomen suum profiteatur; ubi cum opponantur, per famosum libellum crimen prosequi, & nomen suum profiteri, oreq; proprio crimen edicere, oppositio illa luculenter arguit, famosum libellum esse, quando autor criminis objecti nomen suum celavit, Nebelkrä *d. 16. vers.tertium.*

Tum (4.) quod omnes aliæ diversorum populorum ordinationes politicæ suppressionem nominis & sparsionis occultationem præsupponant,

Nebelkrä *d.decis.16.in med.vers.cui accedit quartò.*

Tum (5.) quia aliàs inter famosum libellum, & injuriam scriptam discrimen [illegible] dari posset, si pro famoso libello haberi debeat scriptura, cui authoris nomen subscriptum fuit, Nebelkrä *d.decis.16. post med.vers. non etiam [illegible]. pag. 202. Johann. Dauth.de testam.d.n. 22[illegible] sub fin. vers. 4 quod [illegible]*

Tum (6.) quia hæc op[illegible] [illegible] æqua [illegible] & [illegible] id meritò amplectenda. Nebelkrä. *d. decis. [illegible] post med. vers. denique, sententiam. & seq.*

His tamen & similibus non attentis, contraria opinio verior est, & eam expressè amplectitur 37

VVesenbec. in comm.ff. de injur. n.19.post prin. vers. verum etiam si expressè & consil. 22. incip. ne sit stra. n.5.& seq.part.1 Petr. Heig.quæst.31. n.21. vers. verum ut maxime concedam nu.22. & seq.part.2. Jodoc. Damhoud.in sua pract.crimin.c.138.nu.3 vers. an suo proprio nomine. Hostiens.in sum x.de injur.§.quot modis injur.n 3.post princ.vers. utrum nomine suo. Mynf.respons. 59.n.43 Ioann.Harppr.in §.injuria.1. inst.de injur.num. 154.ibi, caeterum.libellus.& seq. Daniel Moller. in comm. ad const.Saxon part.4 const.44.n 5.sub fin. vers.tandem & in eo junct. nu 6. vers.nisi forte id considerandum & seq. per textum elegantem *in l. lex Cornelia. 5. §. si quis librum 9. ff.de injur.*

Ubi perspicuè subinnuit Ulpianus, famosum libellum esse, sive quis eum nullo, sive proprio, sive alieno nomine expressò composuerit: in dicta autem *l. 5.§ 9.* de libello famoso agi, omnes unanimiter concludunt; Et licet in *d.l.5.§.9.* de proprio nomine expressè nihil dicatur; Attamen hoc ita præsupponi omninò necesse est, id quod evincit particula, *Etiamsi in d.l.5.§.9.* posita, quæ est implicativa, & includit casum minus dubitabilem,

latè Tusch. tom. 2. pract. conclus. lit. D. verb. diffa. conclus.275.n.1.& seqq.

Deindè, *per text. expr.in recessibus Imperii Francofurtensibus, Anno 1577. tit* von Buchdruckern / Schmeheschrifften. 35.§. und setzen / ordnen *in verb.* es habe der Author seinen Namen darunter gesetzt oder nicht.

Et licet *Jacob Schult. ad Matth. Coler. d. decis.154. nu.16.post princ. part. 1. quem sequitur Heinric.* Nebelkrä. *d. decis. 16. sub fin. vers. ad tertium contrariæ, pag.203.*

dicat, prædictam constitutionem Imperialem nihil ad rem facere, cum ibi saltem præcipiatur hujusmodi libros contumeliosos excudi, & vendi non debere; Quia, quamvis hoc per se sit verum, tamen mihi iidem etiam concedere debent, quod in d. constitutione Imperii non solùm de eiusmodi libris famosis excusis, sed etiam de aliis libellis famosis in alicujus privati hominis ignominiam scriptis, & compositis agatur, id quod manifestò patet ex

d.tit.35.§. Wenn wir nun *in verb.* gemeine oder sonderbare Personen. *fol.690.*

Nec movent rationes in contrarium adductæ; 38 Quia prima & quarta ab insufficienti partium enumeratione est desumpta, quoniam non sequitur, omnes constitutiones politicæ de famosis libellis disponentes suppressionem nominis, & occultationem sparsionis præsupponunt: Ergò ubi nomen expressum est, aliud erit dicendum, plus enim est in Conclusione, quàm fuit in præmissis præsertim cum de suppressi nominis authore majus erat dubium, quam si eius nomen esset appositum, id quod *ex d. l. 5. §. 9.* in particula *Etiamsi* modò est ostensum.

Secunda ratio loquitur de eiusmodi subscriptione,

ptione, quæ secundum juris ordinem ab accusatore fieri debet,

l. 31. 7. ff. de accus. & inscrip. l. pen. & ult. C. eod.

Et quamvis hanc responsionem valdè explodat

Heinric. Rebelkrâd *d. decis. 16. vers. nec allegata imperit, & seq.* eam tamen esse verissimam inde constat, quod etiam ejusdem inscriptionis *in l. un. C. de famos. libell.*

fit mentio, quam *l. un.* tamen postea Imperator *in d. art. 110.* explicare & exprimere voluit, qualinam pœnâ ejusmodi diffamator afficiatur; Consequens igitur omninò est, quod *d. art. 110.* etiam ex *d. l. un.* sit supplendus, & explicandus,

Daniel Moller. ad d. constit. 44. num. 6. vers. & sic expreßè, & seq.

Quod vel ideò magis dicendum est, quia in *d. art. 110.* dicitur, vnd sich nach ordnung der Rechte mit seinen rechten Tauff vnnd Zunahmen nicht vnterschreibet. Sed in universo juris ordine, nulla alia subscriptio requiritur, quam quæ in *d. l. 3. l. 7. ff. de accus. l. pen. & ult. C. eod.*

invenitur. Alias etiam hoc absurdum sequeretur, quod in jure nostro daretur casus, ubi quis, secundùm juris ordinem, se nomenq; suum subscribendo impunè alterum diffamare, injuriis & contumeliis afficere posset,

Ex iisdem etiam diluitur tertia ratio, quoniam in *d. l. un.* oppositio expressi, vel suppressi nominis non generaliter in omnibus famosis libellis fit, sed tantùm, & in specie, ratione accusationis.

Quinta ratio parùm urget, quia præter alias differentias libellus famosus, & injuria scripta rectè etiam in eo differunt, quod injuria scripta sit & esse possit, si quis aliquem in privatis literis, ad suum amicum scriptis, diffamet, & quædam crimina objiciat, vel in libello judici, & in judicio porrecto, quædam falsa de quopiam spargit,

Cæsar. Manent. consil. 101. n. 6. & seq. Bertaz. consil. 214. n. 1. & seqq.

Et similia, quæ omnia pro libello famoso habere non possunt. Nihil etiam facit sexta ratio. Quia non nobis cerebrinam aliquam æquitatem effingere, sed eam, quæ in legibus habetur, sequi debemus, quoniam nos non decet esse mitiores legibus, & communibus DD. placitis,

l. perspiciendum 11. in princ. ff. de pæn.

39 Eâdem etiam pœna libelli famosi tenetur & is, qui libellum ad alterius dictationem scribit,

Johann. Harpr. in §. injuria 1. inst. de injur. numer. 189. ibi, quintus casus est, & num. seq. Damboud. in sua practic. crim. c. 138. nu. 3. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. num. 446. Ioan. Bajard. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. num. 64. Hostiens. in summ. x. de injur. §. quotmodis fit injuria num. 3. post princip. vers. literis v. fit. Petr. Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 3. n. 3. vers. quâ pœna afficiendus est.

40 Vel, qui libellum famosum neque composuit, neq; scripsit, sed tantùm affigit, & in loco publico ponit,

Angel. in l. lex Cornelia. 5. §. si quis librum, ff. de injur. num. 2. Jodoc. Damboud. in sua practic. crimin. c. 125. num. 2. vers. aut usquam ad valvas. Farinac. d. qu. 105. num. 457.

Imò etiam si libellum saltem legit, 41

Ludov. a Pegu. decis. 77. numer. 5. in med. vers. approbat hanc sententiam, & seq. Farinac. (ubi tamen declarat.) d. quæst. 105. num. 450. ibi, amplia quarto, nu. 451. & seq. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. num. 25. sub fin. (ubi communem dicit) vers. sed etiam ille qui legit.

Item mandatarius, qui instinctu & persuasu 42 alterius libellum famosum publicat,

Damboud. in sua pract. crimin. c. 125. num. 7. vers. aut instinctu. Farinac. (& ibid. allegati.) d. quæst. 105. n. 458. Hostiens. in summ. x. de injur. §. quot modis fit injuria, num. 3. vers. vel edidit.

Inventor harum literarum famosarum supradi- 43 cta pœnâ etiam punitur, si eas inventas non lacerat, vel comburit, sed in publicum profert,

Damboud. in sua pract. crimin. c. 125. numer. 3. ibi, quis & eodem. Ludov. a Pegu. decis. 77. num. 8. Iohan. Harppr. in §. injur. 1. inst. de injur. num. 169. post prin. & num. 199. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cap. 263. num. 28. ibi, quartus casus est. Prosper. Farsuas. in sua pract. crim. d. quæst. 105. num. 460. & seq. Anton. Gomez. de delict. c. 6. de injur. num. 1. vers. & non solùm, Petr. Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 3. n. 3. vers. his tandem prænotatis,

Non quidem pœnâ ordinaria, sed alia arbitra- 44 ria, & ad summum fustigatione tantum,

Bursat. consil. 94. n. 33. quem sequitur Claud. Bertaz. in addit. ad Barthol. Bertaz. consil. 237. nu. 8. lit. D. in med. vers. primò itaq; sciendum lib. 1.

Et hæc assertio procedit tantùm, si quis famo- 45 sas literas invenit in platea vel via, vel alio loco, secùs si in loco publico affixas videt, & invenit, tunc enim si eas non refigit, & lacerat, nullam pœnam meretur, ut pulchre ostendit

Claud. Battand. in addit. ad Barthol. Bertaz. d. consil. 237. n. 8. lit. D. in med. vers. ab hac pœnâ credo etiam excusandum, & n. seq. part. 1.

Deindè procedit, si inventor eas publicavit, & 46 aliis ostendit, secus si eas secretò apud se ex simplicitate retinuit, tunc enim, licet eas non dilaceraverit, tamen non punitur,

l. un. vers. aut nulli confiteatur inventum, C. de famos. libell. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. (ubi rationem affert) cent. 3 cas. 263. num. 39. ibi, quintus est casus. & num. seq. Ioan. Harppr. (ubi dicit quod hoc in casu ne quidem arbitrariè inventor puniri possit) in §. injuria, inst. de injur. numer. 200. ibi, nonus est casus. numer. 261. & numer. seq. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. d. quæst. 105. numer. 462. Claud. Bertaz. in addit. ad Barthol. Bertaz. d. consil. 237. nu. 8. lit. D. post med. vers. secundò ut pœna, & seq.

Quamvis contrarium velit

Cyn. in l. 1. in princ. C. de famos. libell. quæst. 1. vers. & qui ea priùs invenerit, & seq. Farinac. in sua practic. crimin. part. 3. d. quæst. 105. n. 454. ibi, amplia sexto, & seq. & num. 46. & n. 465.

Quod in tantum procedit, ut inventor nullâ 47 pœna afficiatur, etiamsi libellus, apud se retentus, postea ab alio manifestetur,

Joann. Harppr. d. §. injuria autem 1. inst. de injur. n. 202. ibi, ad quid si ejusmodi, & n. seq.

Ad hoc autem, ut inventor prædicta pœna ob manifestationem puniatur, sufficit, si uni tantùm famosum libellum inventum ostenderit, & ma-

manifestaverit, *pulchrè Ludov. à Pegr. d. decis. 77. num. 10. vers. nam non mirum & seq. Dauth. de testam. nu. 227. vers. & prima quidem editio, & seq.* quoniam dictum unius facile sequi solet multitudo,

text. in l. cum in juventute 12. post princip. x. de purgat. canon.

48 Licet dissentiat & contrarium statuat. *Bursat. consil. 94. nu. 17. Petr. à Plac. in epitom. delict. libr. 1. c. 3. numer. 2. quos sequitur Ioann. Harppr. in §. injuria autem inst. de injur. n. 158.*

49 Undè apparet, pœnam famosi libelli locum habere, etiamsi ille non apud bonos & graves viros primum sit productus, ut rectè tradit,

August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel tract. malefic. verb. verba injuriosa, num. 7. in princ. vers. In autem in hac materia, & seq. Ioann. Harppr. in §. injuria autem 1. instit. de injur. num. 158. ibi, utrum autem de substantia, & n. seq. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. d. quæst. 105. n. 486.

Non attento, quod contrarium velit *Joann. de Imol. in l. turpia, 54. ff de leg. 1. n. 1. post princ.*

50 Sed an tertius aliquis, qui author libelli famosi non est, sed eum tantum invenit, vel aliter publicavit, excusetur, si authorem nominet, & demonstret?

Negat *Salyc. in l. un. C. de famos. libell. numer. 5. Speckhan. cent. 2. quæst. jur. class. 3. quæst. 7. numer. 11. Schneid. in §. injuria 1. inst. de injur. num. 5. ibi, sed circa prædicta quærit. Ioann. Harpr. eod. (ubi rationes affert & contraria solvit.) num. 204. vers. cæterum contrarium, & seq. Ludov. à Pegr. decis. 77. num. 8. vers. quod si libellus junct. num. 12. ibi, neq; verum est, & seq. Francisc. Marc. decis. 933. nu. 1. post princ. vers. etiam si quis audierit, & seq. part 2. Matth. Coler. decis. 154. incip. nota est sanctio, num. 4. & seq.*

Non obstante, quod contrarium statuat

Bursat. consil. 94. numer. 32 vers. quintò & ultimò, Cephal. consil. 34. num. 30. lib. 3. Petr. à Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 3 num. vers quibus & illud subjiciam, Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. n. 451.

51 Præterea, pro famoso libello habetur, & quis supradicta pœna tenetur, si ad infamiam alicujus membra virilia, vel vulvas muliebres in ejus januis & porta pingit,

Paris de Puteo tract. Syndic. verb. injuria officialis in princ. (ubi quendam ad triremes fuisse condemnatum dicit) num. 6. vers. per quæ puto, pag. mihi. 462. quem sequitur Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. num. 25. post princ. vers. quinimò dicit. Bertaz. consil. 237. num. 2. vers. & cum nemo dubitet, & consil 265. num. 1. vers. fiunt etiam, & n. 2. Prosper. Farinac. in sua pract. crim. part 3. quæst. 105. n. 471.

52 Vel alias picturas in alicujus ignominiam fecit,

per text. suprà, numer. 17. allatos. Novell. Elector. August. part. 4. const. 44. vers. vnnd ist solches in die Reichs. *Joan. Harppr. in § injuria autem 1. instit. de injur. n. 152. ibi, de pictura famosa, & num. seq. Ioan. Dauth. de testam. num. 230. ibi, amplia secundò. Daniel Moller. ad constit. Saxo. part 4. const. 44. num. 4.*

53 Plures casus, ubi pœna famosi libelli locum habet, vide apud

Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. d. part. 3. qu. 105. 453 466. 467. 468 469 471. 476. & seq.

54 Sunt tamen etiam nonnulli casus, ubi prædicta pœna sibi locum non vindicat, sed alia arbitraria;

Puta si quis est minorennis, tunc enim minus 55
punitur,

Barthol. Bertaz. consil. 265. 4. vers. & cum arbiter, & num. 5. lib. 2.

Vel prius fuit provocatus & læsus, 56

Barthol. Bertaz. consil. 235. n. 5. ibi, primò quia ipse, & seq. lib. 1. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin part. 3. d. quæst. 105. n. 488. Plot. consil. divers. crimin. 131. n. 15. & n. seq. lib. 1.

Vel si author libellum, antequam tota ejus se- 57
ries, vel forma publicaretur, ipsemet laceravit,

Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cas. 263. numer. 37. Joann. Harppr. in §. in summ. 1. instit. de injur. numer. 170. sub fin. vers. secundus est casus, & num. 171.

Quod procedit, etiamsi quis libellum famo- 58
sum jam affixit, tamen si pœnitentia ductus eandem refixit, antequam ipsius divulgatio & publicatio facta est, is meritò à pœna ordinaria excusatur,

latè Ioann. Harppr. (ubi rationes affert & contraria solvit) in d. § injuria 1. inst. de injur. numer. 179. ibi, quartus est casus, n. 180. & seqq. usq; ad n. 189.

Vel, si delictum sponte fatetur, 59

Jacob Menoch. d. cas. 263. n. 42. sub fin. vers. hac pœna capitalis, & num. 43. Ioann. Dauth. de testam. n. 23. vers. declara secundò.

Vel, si quis libellum, ab alio compositum, cu- 60
riositate quadam accepit, & descripsit, ut exemplar inde sumeret, & apud se haberet,

Menoch. d. cas. 263. num. 40. sub fin. vers. sextus est casus, (ubi rationes affert.) & num. 41. Ioann. Harppr. in d. §. injuria 1. inst. de injur. num. 191. ibi, sextus casus est, & n. seqq.

Vel, si quis in ignominiam personæ alicujus in- 61
honestæ, puta meretricis, libellum famosum fecit & publicavit,

Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. d. qu. 105. n. 428. ibi, unum tamen absoluta, & seq.

Vel, si quis libellum famosum, per alium li- 62
bellum publicè revocet, asserens ea, quæ in libello famoso sunt posita, non esse vera, sed ex calore iracundiæ prolata,

Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. d. qu. 105. num. 490.

Vel, si animus injuriandi & diffamandi non ad- 63
fuerit, & dolus intervenerit,

Claud. Bertaz. in addit. ad Barthol. Bertaz. consil. 217. n. 8. lit. D. vers. secundò requiritur. Ludov. à Pegr. decis. 77. n. 8. post med. latè Farinac. d. quæst. 105 nu. 481. & seq. Hostiens. in summ. x. de injur. §. quot modis fit injur. n. 3. vers. vel dolo malo fiat.

In dubio autem dolus malus, & animus diffa- 64
mandi præsumitur, nisi contrarium probetur,

Claud. Bertaz. d. loco vers. secun componente qualitas hæc, & seq. Ioan. Zanger. tractat. de except. part. 3. cap. 13. num. 112. ibi, hæc tamen præsumptio, & num. sequent.

Quamvis contrarium statuat

Bursat. consil. 94 n. 8. sub fin. & n. seq. n. 35. & seq. Farinac. d. quæst. 105. n. 484.

Unde fit, quod bibliopola & negociator libro- 65
rum, si ab alio negotiatore, in publicis nundinis

emit

emit scriptum, quod pro famoso habetur, iterumq; alteri vendidit, prædictâ pœna etiam non teneatur, veluti Jenenses pronunciasse, testatur

Matth. Coler. (ubi rationes affert) decis. 154 incip. nota est sanctio, nu. n. 5. vers. unde cum quidam negotiator, n. 6. & n. seq. part. 1.

Nec movent ea, quæ suprà nu. 17. & seqq. dicta sunt; Quia obtinent solùm in illis, qui scienter libros suspectos & famosos excudunt, ab aliis côparant, & vendunt, quô casu meritò pœna ordinaria locum habet,

Farinac. in sua pract. crim. d. quæst. 105. n. 453.

Secùs, si ignoranter & absq; dolo proposito.

66 Plures limitationes vide apud

Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. d. quæst. 105. num. 435. ibi, limita secundò eandem regulam, nu. 436. & seqq. usq; ad fin.

67 Sed quid, si quis familiaribus literis aliquem admonet, dicens, de ipso spargi quædam ad infamiam ejus pertinentia, an is tanquam diffamator supradictâ pœna teneatur? Quod negat

elegant. Petr. Heig. quæst. 31. n. 39. vers. atq; hujus rei exemplum notabile est, & n. seq. part. 2.

68 Quemadmodum nec is libellum famosum scripsisse censetur, & prædictâ pœna afficitur, qui in libello judici oblato dicit & scribit, quod debitor contra datam, & sigillo atque idiochiro confirmatam, fidem fecerit, & in solutione ejus, quod debet, fuerit cessator,

ut supra conclus. 59. n. 79. & seq. latiùs dixi.

69 Sed an auctores pasquillorum, & famosorum libellorum contra principes & alios illustres personas factorum graviùs puniantur illis, qui privatos offendunt?

70 Ita quidem videtur dicendum, per ea, quæ tradit

Peregrin. de jure fisci, lib. 3. c. 8. numer. 9. & seq. & c. 9. n. 4. lib. 4. Hieron. Gig. de crimin. læsæ majestatis, quæst. 89. Vincent. Honded. consil. 108. num. 7. & seq. Mynſ. respons. 44. num. 12. & seq. Boss. de crimin. læsæ majest. numer. 51. vers. tamen communis videtur, & num. seq.

71 Contrarium tamen longè verius est, ut elegant. ostendit

Petr. Heig. d. quæst. 31. n. 46. sub fin. vers. cæterùm cum sæpè fiat, nu. 47. & seq. num. 51. vers. quapropter & verba, n. 52. & seqq. usq; ad fin. part. 2.

72 Deniq, præter pœnam supra relatam, est etiam alia, ut famosi libelli damnatus infamis, & intestabilis fiat,

l. ob carmen, ff. de testib. l. cum lege, l. is cui §. ult. ff. qui testam. fac. poss. l. lex Cornelia, 5. §. si quis librum, 9. ubi gl. in verb. intestabilis. ff. de injur. Angel. eod. n. 1. & num. 4. latè Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. numer. 438. ibi, & ultra prædictas, & seq. Petr. Plac. in epitom. delict. lib. 1. cap. 3. in fin. vers. ex princ. tandem Iul. Clar. lib. 3. sent. §. testamentum, qu. 25. num. un. sub fin. vers. prout est infamis. Bursat. consil. 20. num. 55. Ioann. Dauth. tract. de testam. n. 237. & seq. Ferdinand. Vasq. de success. progress. lib. 1. §. 1. n. 164. ibi, 25. testari aut codicillari non potest, & n. seq.



LXVIII.

Quomodo punitur, qui seipsum, vel alium quempiam, rem habuisse cum alterius conjuge, vel virgine, aut viduâ, gloriatur, nec tamen certò de eo constare potest, vel qui puellam traducit, quod secum sponsalia contraxerit, ad hoc, ut alios procos repellat.

SUMMARIA.

1. *An is, qui se cum alterius conjuge, virgine, concubuisse gloriatur, justè puniri possit. n. 2.*
3. *Qualis pœna de jure communi imponi potest. n. 4.*
5. *Jure Saxonico quomodo punitur. 6. 7. 8. 9.*
10. *An is, qui se cum alterius conjuge rem habuisse gloriatur, ex hac confessione pœnâ adulterii puniri possit.*
11. *Quid de eo dicendum, qui non gloriatur, seipsum cum muliere quadam concubuisse, sed alium hoc fecisse, & eam ab aliquo vitiatam esse dicit. & n. 12.*
13. *Quid juris, si quis non dicit, se aliquam mulierem carnaliter cognovisse, sed tantùm dicit, se illam sibi desponsasse, & cum eâ matrimonium contraxisse, ad hoc, ut alios procos repellat, vel sponsalia postea cum alio contracta dissolvat. n. 14.*
15. *Filia an potest exheredari, si sine consensu parentum nubit.*

Videtur dicendum, quod is, qui se rem cum aliqua muliere, virgine & vidua habuisse, & carnaliter eam cognovisse jactat, & gloriatur, nullo modo puniri possit, proptereà, quod hæc sit confessio extra judicialis, quæ, parte absente facta, ad condemnationem, & pœnam non sufficit, 1 Nov. Elect. Aug. par. 4 const. 45.

l. certum, 6. §. si quis absente, & ibi, DD. ff. de confess. late Farinac. in sua pract. crim. part. 3. quæst. 82. reg. 1. n. 1. & seqq.

Et si vel maximè puniendus foret, peculiari tamen constitutione opus non esset, cum aliàs sufficiens pœna constituta esset, qua is puniretur; quia hæc jactantia & gloriatio vel est vera, vel est falsa: si vera, suprà ex constitutionibus de adulteriis & stupris virginum vel viduarum, satis contra ejusmodi jactatores esset provisum, quâ pœna essent afficiendi: Sin falsa, etiam ex præcedentibus constitutionibus de injuriis & earum pœnis abundè puniri possent.

Sed quoniam confessio extrajudicialis, non est prorsus ita privilegiata, quò minus etiam pœnâ extraordinaria pro arbitrio judicis puniri possit, 2

Bellamer. in c. 2. x. de confess. numer. 14. Farinac. d. quæst. 82. numer. 22. in med. vers. sublimita hanc, & seq.

præsertim, cùm per eam alterius fama lædatur & offendatur,

Fari-

Farinac. d. quæst. 82. num. 22. sub fin. vers. vide tamen in hoc, & vers. seq.

& ejusmodi miles gloriosus, licet quidem pœna adulterii & stupri, si ejus confessio vera esset, puniri possit, ut supra *concl. 27. nu. 129. & seqq. part. 4.* dixi, hoc tamen in casu, pœna injuriarum affici nequit, quoniam principale requisitum, dolus nimirum & animus injuriandi deficit. cùm ille non tàm dolo malo, & ex proposito mulierum & virginum famam & existimationem lædendi, quam ex inani quadam jactantiâ peccet, & ab aliis haberi velit, quasi ultrò à mulieribus & virginibus appeteretur,

Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 45. n. 4. vers. ego vero propterea, & seq.

Ideoque ad illius stolidam gloriationem, cum injuria, & infamia honestarum mulierum & virginum conjunctam, coercendam, meritò nova & speciali constitutione opus fuit.

3 In pœna autem constituenda, qua ejusmodi inanis jactator, & gloriator afficiatur, interpretes juris unanimiter conveniunt, quod is extra ordinem pro arbitrio judicis sit puniendus, ut in terminis tradit

Specul. lib. 2. part. 2. tit. de confessionibus. §. nunc videndum restat. 3. numer. 5. vers. vel nisi ex hujusmodi confessione ortum est, & seq. Paris de Puteo, tract. Syndic. in verb. tortura, vers quia num. 5. vers. adde unum singulare quod licet, pag. mihi 919. Hippol. de Marsil. in l. eos qui, 27. ff. ad l. Corneliam de fals. numer. 26. vers. attamen talis confitens poterit puniri, & in l. de minore in princ. ff. de quæst. num 53. vers. attamen poterit puniri, & seq. & in sua pract. crimin. §. diligenter, col. 20. num. 78. vers. attamen poterit puniri confitens, & vers. seq. Iacob Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 4. cas. 331. incip. confessio extrajudicialis, num. 2. & num. seq. Angel. in l. 1. ff. de confess. numer. 6. vers. item sufficiens, & vers. sufficit etiam & seq. Felin. in c. olim 25. x. de rescript. num. 7. ibi, fallit sextò, & in cap. at si clerici, 4. x. de judic. num. 7. vers. fallit quintò nisi transeat, & seq. & in c. de hoc 11. x. de simon. numer. 5. ibi, sextò limita nisi confessio Cyrill. in summ. crimin. rubr. 16. de confess. §. 3. num. 2. post princ. Hostiens. in c. 2. x. de confess. num 11. sub fin. & in c. per inquisitionem x. de elect. numer. 2. Bellam. decis. 72. incip. licet confessio, num. ult. sub fin. Gabr. Serain. in addit. ad Matth. Matthesil. singul. 13. sub fin. vers. & vide Foller. in pract. crimin. in verb. & si confitebantur, part. 2. n. 23. Ioseph. Mascard. tractat. de probat. conclus. 350. incip. confessionem de crimine, num. 56. ibi, duodecimò limitatur, & seq. vol. 1.

4 Et quamvis hi interpretes in specie nil exprimant de eo, qui se alterius conjugem, vel virginem & viduam cognovisse, gloriatur; Quia tamen illi ad unum omnes pro se allegant textum

in c. quàm sit grave, 9. x. de excess. prælat.

ubi de clerico dicitur, qui extra judicium falsò gloriabatur, se carnaliter cognovisse virginem, & ibi deciditur, quod is extra ordinem pro arbitrio judicis puniatur; Ideò indubitanter concludendum est, prædictos interpretes omnes de hac nostra quæstione loqui, & ad eam optimè accommodari: Quoniam Doctor vel interpres legem pro fundanda sua intentione allegans, est secundum legem allegatam accipiendus, & intelligendus,

Br. in l. non solum, §. si liberatione, ff. de liber. legat. num. 7. sub fin. vers. cum debet intelligi. VVesenb. consil. 2. num 4. & num. seq. Hartm. Pistor. quæst. 30. nu. 21. & seq. part. 1. Fachin. differ. 46 Zobel. part. 1. differ. 19. numer. 9. post med. Everhard. in loco à ratione legis ad restrict. ipsius legis, 78. num 3. Iason. in l. admonendi 3. ff. de injur. num. 276. & in l. cum filiusf. ff. de legat. 1. n. 129.

Jure Saxonico videtur dicendum, quod ejusmodi gloriator, non graviori, quam pœna triginta solidorum puniatur, propterea, quod ejusmodi pœna de jure Saxonico in quosvis injuriantes sit statuta, *ut supra dictum est.* 5

Sed cum hæc non sit levis, sed atrox, imò atrocissima injuria, quæ cum alia injuria verbali comparari non potest, ideoque alii rectiùs tradunt, mulctam illam triginta solidorum non sufficere, sed pœnam extraordinariam, veluti carcerationis diuturnioris, relegationis, vel aliam pro arbitrio judicis, esse imponendam, 6

Consult. const. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 20. incip. es begibt sich offtmals/ *n. 1. & seqq. per tot.*

Imò etiam illum esse fustigandum, & virgis castigandum, dicit 7

Matth. Coler. decis. 161. incip. clarum est, n. 26. ibi, imò si quis diffamet, & seq. part. 1.

Quam sententiam etiam approbavit, & confirmavit Augustus Elector Saxon. in suis Novellis, *part. 4. const. 45.* 8

Hoc adduô, ut præter hanc pœnam ejusmodi diffamator, & gloriator etiam injuriam publicè reclamare, & revocare debeat, dum his verbis constituit:

Daß ein solcher verbrecher oder Verleumbder neben den wiederruff / so er der Parth thun sol / mit willkührlichen straffen als Gefengnis / zeitlicher oder ewiger Landesverweisung / sampt Staupenschlagen nach gelegenheit der vmbstände belegt vnd gestrafft werden sol/ *ubi in comm. Daniel Moller, num. 1. & seq. per tot.*

Quemadmodum ante paucos annos in casu admodum notorio Scabinos Lipsenses pronunciarunt, 9

Daß beklagter klägers Principalen vnd desselben Thaten wegen der *libellirten injurien diffamation* vnd bezüchtigung einen öffentlichen wiederruff vor Gerichte zu thun schuldig / vnd wird beklagter hierüber gestalten sachen nach / damit ein Exempel *statuiret* vnd andere dergleichen zu begehen / vnd ehrliche Leute mit *calumnien* vnd verleumbdungen / leichtfertiger ehren verletzlicher weise / anzugreiffen vnd anzutasten abgeschreckt werden / billich öffentlich zur Staupen geschlagen / vnd nach erlittenen / vnd ausgestandenen Staupenschlagen des Lands ewig verwiesen. V. R. W.

Cujus sententiæ etiam mentionem facit

Reinhard. Rosa in addit. ad Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 4. d. constitut. 45. lit. A. numer. 5. sub fin.

Sed quid, an ejusmodi diffamator, qui se cum alterius conjuge concubuisse gloriatur, & ita adulterium commisisse confitetur, etiam ordinariâ pœna adulterii, ex propria confessione, puniri possit? Quod negatur *per ea, quæ supra concl. 27. n. 133. & seq. part. 4. copiosè dixi.* 10

quoni-

quoniam hæc non nisi nuda & vana gloriatio & jactantia est, ex qua nemo ad mortem condemnari debet,

per text. in l. ult. C. de probat.

11 Quæ conclusio in tantum procedit, etiamsi quis non seipsum, sed alium rem cum alterius conjuge, virgine, vel viduâ habuisse dicit, & virginem aliquam ab alio esse vitiatam traducit,

Novell. Elector. Augusti part. 4. d. const. 41. in rubr. vers. oder ein ander/ *& in nigr.* oder ein ander bey Ehefrawen *Matth. Coler. d. decis. 161. num. 25. vers. tunc enim pronunciatur. part. I.*

12 Imò quamvis quis hunc rumorem de quâdam muliere non primùm spargit, sed suum authorem nominat, & dicit, se ab alio, qui se illam mulierem carnaliter cognovisse gloriatus est, audivisse, tamen per hoc non excusatur,

Schneid. in §. injuria 1. instit. de injur. num. 5. vers. quod diligenter, notat. Iohann. Harppr. eod. num. 129. Matth. Coler. (ubi ita Lipsenses Anno 1539. pronunciasse testatur.) d. decis. 161. n. 41. part. I.

13 Quid dicendum de eo, qui se non jactat concubuisse cum aliquâ muliere, sed tantùm dicit, & gloriatur, se cum puellâ quadam sponsalia contraxisse, sibiq; eam desponsasse, ad hoc, ut alios procos repellat, vel sponsalia, cum alio viro de præsenti postea contracta, dissolvat?

Etiam habetur pro injuria, & is meritò arbitrariè punitur, ut in specie consuluit, & ita secundùm ejus consilium fuisse judicatum, refert

Bl. consil. 230. incip. omne factum vel dictum, num. 2. vers. sed certo omne mendacium, & seq. per tot. vol. 3.

14 Quinimò, etiamsi ex literis puellæ ad illum diffamatorem missis, vel aliis circumstantiis appareat, inter eum & puellam quosdam tractatus amatorios intervenisse, vel etiam sponsalia esse contracta, si tamen hoc clàm insciis & ignorantibus illis, quorum interest, & consensus ad nuptias requiritur, factum fuerit, actio injuriarum nihilominus rectè intentari potest, ad hoc, ut is arbitrariâ pœna afficiatur,

arg. l. ut tantum 14. §. de filio. 1. ff. de serv. corrupt.

Quia non levis injuria est, si puella insciis & irrequisitis suis parentibus, & aliis, quorum consensus necessarius est, cum aliquo sponsalia contrahit,

l. 18. l. 20. C. de Nupt. Novell. 115. c. 3. §. 11.

15 in tantum, ut nonnulli statuant, filiam ob hanc injuriam meritò exheredari posse,

Beust. tract. de sponsal. lib. 1. cap. 20. incip. civilis, & naturalis, per tot. Albert. Gentil. tract. de nupt. lib. 4. c. 9. ante med. vers. quæritur an ipse pater pag. mihi. 427. Paul. de Castr. in l. si filiam, 19. C. de inoffic. testam. numer. 2. Alex. consil. 219. incip. ponderatis his, num. 3. ibi, secundò quia imò. Bl. in l. si pater, 4. C. de sponsal. & arrhis, n. 3. vers. sed contra videtur, & in l. nec filium, 12. C. de nupt. n. 2.

Si a. filia injuriarum tenetur, & propter eam tanta pœna affici potest, multò magis tenebitur, qui filiam corrupit, blandis verbis ad se adduxit, patri & ejus potestati subtraxit, & ita causam injuriæ dedit;

Atq; ita etiam *Mense Decembr. Anno 1613. ad consultationem D. S. contra G. H.* Lipsenses pronunciarunt.

LXIX.

Quanto tempore actio injuriarum, & famosi libelli præscribatur.

SUMMARIA.

1. *Injuria verbalis præscribitur anno, tàm jure civili, quam Saxonico, n. 2. 3.*
4. *Obtinet, sive agitur civiliter, sive criminaliter.*
5. *Post lapsum anni retorsio injuriarum fieri non potest.*
6. *Post lapsum anni an officium judicis potest implorari ad puniendas injurias, n. 7.*
8. *An & quatenus contestatio litis necessaria est ad perpetuandam actionem injuriarum, 9. 10.*
11. *Actio injuriarum perpetuatur, per preces principi oblatas.*
12. *Actio revocatoria est perpetua.*
13. *Actio injuriarum, Doctori illatarum, durat viginti annos.*
14. *Actio l. diffamari, est perpetua.*
15. *An hic annus sit utilis, an vero continuus. n. 16. 17. 18.*
19. *An hic annus currit ignoranti, & absenti, n. 20. 21.*
22. *Annus hic impedito agere, non currit, nu. 23. 24.*
25. *Annus hic in Saxoniâ an pro anno civili, an verò pro anno & die Saxonico accipiatur.*
26. *Injuriæ reales quanto tempore præscribantur, tàm jure civili, quam Saxonico. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.*
38. *Injuria injustæ carcerationis quanto tempore præscribitur, numer. 39. 40. 41. 42.*
43. *Injuria injustæ torturæ quanto tempore præscribitur, n. 44. 45.*
46. *Illa injuria, quam uxor vel liberi adversus judicem ob maritum vel patrem, iniquè ultimo supplicio affectum, habent, quanto tempore præscribitur, n. 47. 48.*
49. *Injuria scripta, & famosi libelli quanto tempore præscribuntur, tam jure civili, quàm Saxonico, nu. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59.*
60. *Actio famosi libelli contra propalatorem quanto tempore præscribitur.*
61. *Exceptio præscriptionis annalis actionis injuriarum est mixta, & tàm antè, quàm post litem contestatam potest opponi.*

UT hæc conclusio perspicuè tractetur, sequentes casus erunt distingvendi. Aut enim quærimus de injuriis verbalibus, aut de realibus, aut 1 Nov. Elect. Aug. par. 4. const. 46.

aut de famosis libellis, & aliis injuriis scripto comprehensis.

1 PRIMO CASU, dubium omninò nullum est, quod injuriæ verbales annali præscriptione tollantur,

text. expr. in l. si non convicii, 5. C. de injur. Iacob de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 3. num. 11. post princ. vers. primo quod non transierit, & seq. Anton. Gomez. tom. 3. varr. resolut. c. 6. num. 15. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria, num. 9. ibi, tollitur autem. Carol. Ruin. consil. 21. incip. Reverendissime Domine, numer. 5. vol. 4. Mynsf. cent. 5. obser. 7. incip. notum est. num. 1. & seq. Hartm. Hartm. lib. 2. observ. tit. 49. obser. 2. num. 1. & num. seq. Gail. lib. 1. obser. 64. numer. 5. vers. puta intra annum, & lib. 2. obser. 105. numer. 1. VVesenb. in comm. ff. de injur. num. 13. vers. item spatio anni. Johan. Harppr. in §. hac actio, 12. inst. de injur. num. 2. Ioann. Schneid. eod. num. 3. Andr. Rauchb. quæst. 48. num. 1. part. 1. Matth. Coler. decis. 128. num. 1. & decis. 167. num. 2. part. 1. Hieronym. Schurff. consil. 12. incip. veritas istius articuli. n. 1. & seq. & consil. 61. incip. licet in præsenti, n. 1. & seq. cent. 1.

2 Quod etiam in jure Saxonico est expresse repertum,

Landr. lib. 3. art. 31. ubi Zobel. in gl. lat. ad text. germ. lit. D. vers. nam actiones injuriarum, Matth. Coler. d. decis. 128. num 2. ibi, secus de jure Saxonico, & d. decis. 167. num. 3. ibi, jure autem Saxonico, part. 1. Rauchb. d. quæst. 48. num. 11. post princ. part. 1. Reinhard. (ubi ita practicari & tam Lipsenses, quàm Magdeburgenses, pronunciare dicit.) part. 4. differ. 16. vers. secus de jure Saxonico. Zobel. part. 4. differ. 7. num. 30. post princip. Gl. lat. ad text. germ. in Landr. lib. 2. art. 16. lit. M. Chil. König in suo processu c. 58. num. 3. ante med. vers. Vnd auch darumb.

3 Et hodie ab Augusto Electore Saxoniæ approbatum & confirmatum in ejus Novellis,

part. 4. const. 46. post princ. ubi in comm. Daniel Moller. num. 3. post princ.

4 Et obtinet, sive civiliter, sive criminaliter agatur,

Mynsf. cent. 5. d. obser. 7. num. 2. vers. & hoc sive agatur, & seq. Hartm. Hartm. lib 2. obser. tit. 49. obser. 2. n. 4. ibi, & hoc sive agatur, & seq.

Non obstante, quod contrarium velle videatur

Jul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria, numer. 9. vers. hoc tamen intellige, & seq.

ubi dicit, quòd hoc procedat tantùm in actione injuriarum criminali, non item in civili, quæ est perpetua. Nisi ibi pro verbo (*Criminali*) subintelligi debeat (*prætoria*) ita, ut ibi non fiat oppositio actionis injuriarum civiliter intentatæ, & actionis criminalis propriè sic dictæ, sed tantum actionis prætoriæ, & actionis injuriarum civilis, ex l. Cornelia descendentis, id quod non solùm materia subjecta, sed etiam DD. allegati, nempè

Francisc. Balb. de præscript. part. 4. princ. quæst. 1. n. 3. sub fin. & Roland. à Vall. consil. 39. n. 15. post prin. vol. 2. manifestò ostendunt.

5 Deindè obtinet in retorsione; si enim injuriarum actio per lapsum anni est finita, tunc post illud tempus retorsio fieri nequit,

pulchrè Iohann. Harppr. in §. hac actio 12. inst. de injur. n. 215. ibi, de tempore retorsionis, n. 216. & n. seq.

Et hæc in tantùm vera sunt, ut post lapsum anni injuriatus, nomine injuriæ sibi illatæ, ne quidem officium judicis implorare & petere possit, ad hoc, ut injurians ex officio puniatur, ut scitè tradit 6

Johann. Harppr. (ubi pulchras quatuor rationes affert) in §. in summa autem 10. inst. de injur. num. 75. sub fin. vers. quam ob rem multo minus, numer. 76. & seq. Daniel Moller. (ubi dicit contrariam opinionem Ioann. Fabri apud nos non observari) in comm. ad constit. Saxo. part. 4. constitut. 46. n. 11.

Non attento, quod contrarium velit

Johann. Faber. in d. §. sed & lex instit. de injur. quem sequitur Ioach. Mynsing. cent. 5. d. obser. 7. num. 6. ibi, ubi etiam tenet. & seq. Hartm. Hartm. lib. 2 obser. tit. 49. observat. 2. numer. 9. sub fin. vers. ubi etiam tenet, & num. 10.

Imò licet judex propriò motu, nullâ imploratione factâ, ex officio contra injuriantem post annum procedere & eum punire velit, tamen hoc facere non potest, 7

Joann. Harppr. d. §. in summa a. 10. inst. de injur. n. 72. vers. cæterum quod prætor, n. 83. & nu. seq. Ægid. Boss. (ubi limitat) in sua pract. crimin. tit. de injur. n. 31. ibi, an ex officio. & n. 32. VVesenb. consil. 22. incip. ne frustra, n. 6. sub fin. vers. etiam quando officio judicis. & n. seq. vol. 1.

Fallit tamen, si in actione injuriarum institutâ lis est contestata, tunc enim per litis contestationem perpetuatur, 8

Rota decis. 2. de injur. in novis, Gail. lib. 1. obser. 64. n. 5. ibi, quæ quidem actio Francisc. Balb. tract. de præscript. part. 4. princip. quæst. 1. n. 4. ibi, adde prædictis, & part 3. part. 6. princip. quæst. 4. n. 6.

In Camerâ tamen Imperiali, cum propter multitudinem causarum, & certam ex ordinatione procedendi formam, plerumq; intra annum litigantes ad litis contestationem pervenire non possint, ita ut non voluntate litem contestandi, sed tempore excludantur, ideoq; meritò solâ citatione & ejusdem reproductione, absq; litis contestatione, actio injuriarum perpetua efficitur, 9

teste Andr. Gail. d. observ. 64. nu. 6. ibi, & si in Camerâ sola, & obser. 74. incip. etsi citatio n. ult. sub fin. vers. & obiter observa, lib. 1. Ioann. Harppr. in §. hac actio, 12. inst. de injur. n. 67.

Imò hodiè nuspiam ampliùs in usu est, ut ad perpetuationem actionis injuriarum lis contestetur, sed sufficit sola citatio, quoniam hodiè raro, aut propemodum nunquam, in primo anno, ob multitudinem litium, & exceptionum dilatariarum, ad litis contestationem pervenitur, 10

teste Frid. Pruck. consil. 22. incip. cum. vir, num. 26. ibi, sed & quod dicitur. & seq. vol. 1. Joann. Harppr. in §. hac actio, 12. inst. de injur. n. 68. vers. eandem rationem in nostris, & seq.

Deinde fallit, si preces fuerint Principi porrectæ super actione injuriarum, & judex datus, 11

Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49 obser. 2. nu. 13. ibi, item si preces, & seq. per text. in l. 1. & 2. C. quando libellus Principi datus litis contestationem fac. Daniel Moller. (ubi extendit) in comm. ad constit. Saxon. part. 1. const. 7. nu. 7. Zobel in gl. lat. ad text. germ. Landr. lib. 1. art. 12. lit. B.

Item fallit in actione revocatoriâ, quæ etiam 12

perpe-

perpetua est, & anno non finitur, *ut supra conclus. 62. n. 43. hac part. 5. dixi.*

Similiter fallit, si per viam exceptionis injuriarum agatur,

ut post Hostiens. Anton. de Put. & Abb. tradit. Iason. in l. si cum judicio, §. qui injuriarum, 2. ff. si quis cautionibus, judic. sistendi caus. fact. numer. 8. vers. tamen per viam exceptionis, & seq.

13 Præterea fallit in injuria, Doctori illata; Ea n. non anno, sed spacio viginti annorum, tollitur,

Juxta Bimium, consil. 99. n. 24. & seqq. quem refert & sequitur Cæsar. Manent. consil. 101. incip. firmiter teneo, dominam Sciam, n. 74. & seq.

14 Denique fallit in actione *l. diffamari. 4.* quæ non, nisi triginta annis, præscribitur,

VVesenb. in comm. manuscript. ad constitut. Saxon. part. 4. const. 46. quem refert & sequitur ibidem Daniel Moller. n. 13. ibi, quaro autem de actione Heig. quæst. 31. n. 20. sub fin. part. 1.

Sed an hic annus sit utilis, an verò continuus, magna solet esse controversia?

15 Quod sit continuus, tradit simpliciter

Gl. in §. sed & lex Cornelia, instit. de injur. verb. introduxit sub fin. vers. semper non anno continuo, & in l. si non convicii. 5. C. eod verb. annus in princ. VVesenb. in comm. ff. de injur. num. 15. vers. & quidem continuum. Iul. Clar. (ubi communem dicit.) lib. 5. sent. §. injuria. num. 9. sub fin. vers. scias etiam quod iste annus, & seq.

Tùm, quia in dubio dilationis debent intelligi continui temporis,

l. 1. C. de fer. l. 3. in C. de dilat.

Tùm, quia dilationum materia est amputanda,

l. 2. in princ. C. de tempor. appellat.

Tùm, quia actio injuriarum est odiosa & pœnalis, mitiorem igitur sententiam amplecti debemus, *l. interpretatione 42. ff. de pœn. l. Arrius. 47. ff. de O. & A.*

16 Econtrà, quod hic annus sit utilis, & non continuus, tradit etiam simpliciter

Jacob de Ravenn. in l. si non convicii. 5. C. de injur. Hartm. Hartm. lib. 2 obser. tit. 49. obser 2. n. 2. & seq. junct. n. 5. n. 6. & n. seq. Bl. in l. si non convicii. 5. C. de injur. n. 2. vers. quidam dicunt, quod iste annus, per text. in l. item si cum exceptione 14. §. in causæ. 2. vers. & sanè ff. quod met. causa,

propterea, quod in dubio recurrere debeamus ad consuetudinem loquentis,

l. si servus plurium 50. §. ult. ff. de legat. 3.

Sed Prætor in edictis suis consuevit loqui de anno utili,

text. post gl. in §. 1. inst. de perpet. & tempor. action.

17 Ego verò dispiciendum esse censeo, quamobrem indagetur, an annus hic sit continuus, vel utilis; an ad hoc, ut tàm diebus feriatis, quàm non feriatis, an verò, ut etiam ignoranti & absenti, currat.

18 Priori casu, eum continuum esse, & tàm diebus feriatis, quàm non feriatis currere, statuo, veluti etiam ita, per rationes modò adductas, in specie tradit

Raphael. Cuman. consil. 74. incip. quia superiùs plenissimè. in 2. quæst. (ubi communem dicit) num. 5. vers. circa secundam quæstionem, & vers. seq. Iacob. de Bellovis. in sua pract. lib. 1. c. 3. num. 11. sub fin. vers. sed an talis annus, & numer. 12. Joann Schneid. (ubi hanc veriorem & communiorem esse testatur) in §. sed & lex Cornelia institut. de injur. numer. 1. sub fin. vers. sed dubium est utrum, numer. 2. vers. verior tamen & communior. & seq.

Posteriori casu, annus erit utilis, & non, nisi à tempore scientiæ, currere incipit, 19

Jacob de Bellovis. in sua pract. criminal lib. 1. c. 3. num 13. vers. posset tamen dici contrarium, & seq. pulcrè Hieronymus Schurff. consil. 61. incip. licet in præsenti, num. 2. num. 3. ibi, tamen videtur probabiliter dicendum, num. 4, 5. 6. 7. 8. & n. seq. cent. 1. Joann. Andr. in addit. ad Specul. lib. 4. part. 4. tit. de injur. & damn. dat. §. 1. num. 3. in fin. verb. actio. post princ. vers. inducitur ad contrarium, Andr. Gail. lib. 2. obser. 105. incip. quæsitum utrum, num 1. & seq. num. 3. vers sed istis non obstantibus, num. 4. & seq. Ioann. Harppr. in § hæc actio. 13. instit. de injur. nu. 27. sub fin. vers. ego tamen in contrariam partem, n. 28. & n. seq. Mynsing. cent. 5. obser. 5. (ubi ita in Camera Imperiali in causa Lindaw contra Lindaw/ & in causa Halle contra Roiborff judicatum fuisse testatur) incip. notum est, num. 2. & seqq. num. 7. ibi, in Camera verò Imperiali, & n. seq. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 46. n. 11. in princ. & vers. contraria tamen opinio, & seq. Andr. Fachin. lib. 9. controvers. c. 8. incip. annus quo injuriarum, vers. hanc posteriorem, & per tot. Francisc. Marc. decis. 192. incip. quæritur an actio civilis, num 7. vers. sed pro contraria parte, & seq. part. 2. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 1. num. 4. vers. contrarium videtur. Pruckm. consil. 11. incip. & sanè, n. 21. vol. 1.

Pro qua assertione, præter rationes modò adductas, & à *Fachin. Andr. Gail. Harppr. & aliis dict. locis* allegatas, facit

Tùm (1.) textus *in l. si bonorum 2. C. qui admittitur ad bonor. possess. post. l. si is quem 4. C. de liber. caus. l. cum sex. 55. ff. de ædil. edict. l. 1. §. dies, 7. ff. quand. appell. sit.*

In quibus locis omnibus dicitur, quod ejusmodi tempus ignoranti non currat.

Tùm (2.) textus *in l. annus. 6. sub fin. ff. de calumniat. l. semper 15. § annus 4. ff. quod vi aut clam.*

Ubi etiam dicitur, quod in illa materia annus non nisi à die scientiæ currere incipiat.

Et in *d. l. annus. 6. & in l. cum sex. 55. ff. de ædil. edict.*

Assignatur ratio, quod is, qui nescit, experiundi potestatem non videatur habere.

Tùm (3.) quia generalis theorica est, quod in præscriptione annali, qualis est in hac materia, tempus annale vel brevius ignoranti nunquam currat,

Andr. Tiraq. de retractat. lignag. §. 35. gl. 4. verb. ignorans, n. 22. ibi, secundùm quod tempus. Hartm. Pist. quæst. 12. incip. vasallum vivente num 26. ibi, idque regulare est, & seq. lib. 2. part. 1. Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 2. const. 32. n. 12. vers. id tamen in præscriptione, & seq. Iason. consil. 64. n. 19. ubi subdit. vol. 3. Paul. de Castr. consil. 351. incip. præfacta reformatio n. 1. vers. nam ad quid, & seq. vol. 2.

Tùm (4.) quia præscriptiones contra actiones pœnales Prætorias temporales currunt tantùm ob moram & negligentiam non agentium,

l. 1. ff. de usucap. l. 1. §. ult. C. de annal. except.

Sed in omni præscriptione, quæ ex negligentia

alicujus currit, necesse est, ut initio ponantur, quæ negligentiam inducunt,

in l. genero ff. de his qui not.

Sed ignoranti nulla negligentia imputari potest; Et per consequens non currit ei præscriptio,

Schurff. d. consil. 16. n. 6. Gail. d. obser. 105. n. 5. & seq. Harppr. d. §. hæc actio. 12. n. 29.

Et hæc assertio etiam verissima est.

Non obstante, quod contrarium directò velit *Hieronymus Schurff. (sibi contrarius) consil. 12. incip. veritas ipsius articuli, num. 1. vers. & iste annus est continuus, num. 2. vers. iste annus continuum incipit. & seq. cent. 1. Henning. Gad. consil. 102. incip.* auff vorgebrachte Klage/ *num. 19. in princ. vers. incipiendo a die illatæ injuriæ, & num. seq. Ægid. Boß. tractat. crimin. tit. de injur. num. 23. vers. ita, ut currat etiam ignoranti, & seq. quem sequitur Matth. VVesenb. consil. 22. incip. ne frustra, n. 6. vers. quod quidem tempus, vol. 1. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 1. quæst. 10. n. 22. vers. annus iste, & seq.*

Pro quorum opinione pugnare videtur *textus in l. ult. C. de dolo malo,* ubi tempus biennii, intra quod actio de dolo debet institui, est continuum, & currit ipso jure, etiam ignoranti. Deinde *textus in l. ult. sub fin. C. de præscript. long. tempor.* ubi præscriptio currit, nullâ scientiâ vel ignorantia expectanda, ne aliàs dubitationis inextricabilis oriatur occasio. Ulteriùs *textus in l. sicuti, 3. §. ult. in fin. C. de præscriptione, 30. vel 40. an.* ubi post præscriptionem nulli ulteriùs agendi facultas patere debet, etiamsi se legis ignorantia excusare tentaverit; Præterea *textus in l. si partem. 19. §. si per fundum. 1. ff. quem servit. amitt.* ubi is, qui nescit sibi servitutem legitam, si per constitutum tempus ad perdendam servitutem eâ non utatur, amittit viam, & ita currit præscriptio contra ignorantem.

Quæ tamen rationes parum urgent; Quia *in d. l. ult. C. de dolo malo,* biennium ideò etiam ignoranti currit, quoniam elapso illo tenetur dolum faciens actione in factum, *Schurff. d. consil. 61. num. 8. cent. 1.* Aliter solvit *Joann. Harppr. in d. §. hæc actio 12. inst. de injur. n. 31.*

Reliqui textus loquuntur de perpetuis actionibus, & præscriptionibus longi, vel etiam longissimi temporis, in quibus præscriptio rectè etiam ignoranti currit, secus est in actione temporali & præscriptione annali, *ut modo dixi.*

Aliter respondet *Schurff. d. consil. 61. num. 8. vers. nec prædictis, & seq. cent. 1. Harppr. d. §. hæc actio. 12. num. 32. & seq.*

20 Et hanc conclusionem etiam approbavit, & confirmavit Augustus Elector Saxo. in suis Novellis,

part. 4. const. 46. post princip. ubi his ipsis verbis constituit: Jedoch wollen wir/ daß die verjährung von der zeit an als der *injuriatus* solche *injurien* erfahren vnd zu wissen bekommen hat/ gerechnet/ vnd zu lauffen angefangen werden.

21 Nuda autem allegatio non sufficit, sed injuriatus, si eam aliter probare non poterit, jurare debet, quod à tali tempore primum in notitiam irrogatæ injuriæ venerit, veluti ita in Camera Imperiali observari, testatur

Andr. Gail. lib. 2. observ. 105. incip. quæsitum utrum: numer. 7. ibi, in Camera Imperiali, & numer. seq. Rutg. Ruland. de commiss. part. 4. lib. 7. c. 6. num. 10. vers. fuerit an jurare.

Idem dicendum est, si injuriatus non in aliqua probabili ignorantia constitutus, sed alio justo impedimento, quod removere non poterat, impeditus fuerit, quò minus injuriarum agere potuit; tunc enim illi annus etiam non currit, 22

Petrus de Ancor. consil. 326. numer. ult. in fin. Francisc. Marc. decis. 192. num. 7. vers. ubi tenet, quod ille annus, part. 2. per regulam universalem *in l. 1. §. ult. C. de annal. except.* ubi generaliter traditur, quod non valenti agere, non currat præscriptio.

Unde fit, si actio injuriarum ab aliqua causa principali ortum habet, qua pendente injuriatus agere non potest, donec causa principalis fuerit finita, quod tunc, licet interim annus elabatur, is per hoc etiam non excludatur, quò minus posteà ad actionem injuriarum instituendam admittatur, 23

ut supra conclus. 65. hac part. 5. latius dixi.

Quamvis ad pleniorem cautelam interim protestationem, vel etiam libelli oblationem fieri posse quispiam non inutiliter suaserit, 24

Salyc. in l. ut perfectius C. de annal. except. Bernhard. Grav. lib. 2. practic. conclus. 104. considerat. 1. numer. 5. Rutg. Ruland. tractat. de commiss. part. 4. lib. 7. cap. 6. num. 11. (ubi ita in Camera. 3. Novembr. Anno 1561. observatum refert,) vers. & videtur vel statim, & seq.

Illud autem observandum est hoc in loco, quod prædictus annus in Saxonia, & Electoratu non pro anno civili, sed pro anno & die Saxonico, qui integrum annum, sex septimanas & tres dies continet, accipi debeat, 25

Joach. à Beust. in l. nam posteaquam 9. §. si is qui ff. de jurejur. num. 11. ibi, si ista actio, & num. seq. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 62. incip. in den Schöppenstülen/ *numer. 2. vers.* nach Sächsischen Recht aber/ *Chil. König in suo process. c. 19. incip.* weil hierüber *n. 3. post princ. Rosa in addit. ad Daniel Moller. constit. Saxon. part. 4. const. 46. n. 15. sub fin.*

SECUNDO CASU principali, si quæritur de injuriis realibus, & de actione injuriarum civili; 26

Et tunc, si pro injuriis realibus ex jure prætorio agitur, res extra omnem dubitationem posita est, quod illæ anni spacio etiam præscribantur, 27

Hartm. Pistor. quæst. 20. incip. fuit quæsitum, n. 1. (ubi ita inter omnes juris interpretes, nemine contradicente, convenire ait) ibi, & certo si de illa, & seq. nu. 5. ibi, sed etsi legis, num. 6. vers. præterea cum Ulpianus, & seq. lib. 4. Ranibb. quæst. 48. n. 6. n. 8. vers. tamen cum idem, & seq. part. 1.

Si verò pro illis injuriis realibus ex L. Corneliæ agitur, & ita quæritur de actione injuriarum civili, quæ in tribus illis casibus, si quis pulsatus, verberatus vel ejus domus vi introita est, ex L. Cornelia competit, & tunc major solet de jure civili esse controversia. 28

Siquidem *Gl. in §. sed & lex Cornelia. inst. de injur. verb. introduxit, sub fin. vers. Joannes contra, & in princip. inst. de perpet. & tempor. action. verb. constitutionibus, sub fin. vers. una injuriarum quæ descendit. Azo. in summ. C. de injur. numer. 17. Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 6. nu. 16. Roffred. in tract. libell. rubr.* 29

de

& civili action. injur. ex l. Cornelia, post med. col. 3. vers. alia cum est differentia, in verb. sed Dominus Joannes & Dominus meus fol. mihi 93. Joann. Oldendorp. in suis class. class. 7. (ubi dicit se mala in hujusmodi causis oblivionis, quam diuturni judicii authorem haberi.) act. 10. tit. quam diu compriat. VVesenb. in comm. ff. de injur. numer. 15. post princip. vers. quod alii negant, Petr. à Plac. in epitom. delict. cap. 6. num. 43. Johann. Andr. in addit. ad Speculat. libr. 4. part. 4. tit. de injur. & damn. dato §. 1. num. 3. sub fin. lit. D. verb. actio. post princ. vers. alia quæstio est, & seq. dicit quod illa actio l. Corneliæ sit annalis, & injuriæ hæ reales anno finiantur. Moventur, per textum generalem in *l. si non convicii, 5. C. de injuriis*, ubi indistinctè dicitur, quod actio injuriarum anno præscribatur; ubi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus,

l. de precio. 8. ff. de publ. in rem action. Gl. in l. 3. ff. de officio præsid.

Deindè, actio hæc est odiosa, & tendit ad vindictam, & ideò restringenda.

c. odia de R. I. in 6. Ioann. Andr. ad Specul. d. verb. actio, in fin. vers. quia actio est odiosa, & seq.

30 His tamen non attentis, contrarium rectiùs tradunt, & dicunt, hanc civilem injuriarum actionem, ex l. cornelia descendentem, esse perpetuam,

Joann. Faber. in §. sed & lex. Cornelia, inst. de iniur. Francisc. Balb. tract. de præscrip. part. 4 princ. quæst. 1. (ubi hanc veram & magis communem vocat,) num. 3. sub fin. vers. sed secundum magis veram. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. injur. numer. 9. vers. hoc tamen intellige. Præposit. (ubi contraria solvit,) in cap. i §. injuria, tit. de pac. juram firmand. in med. princ. vers. tamen ne incidatur, & vers. seq. Fachin. libr. 9 controvers. cap. 7. incip. actionem injuriarum, vers. equidem negari non potest, per tot. Roland. à valle, consil. 39. incip. quia semper mihi, num. 15. vers. quia actio injuriarum, vol. 2. Bernhard. Græven. lib. 2. pract. concl. 105. considerat. 1. Ioann. Schneid. (ubi hanc communiorem, & veriorem vocat) in §. sed & lex. Cornelia instit. de iniur. num. 3. vers. contraria tamen sententia, Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 1. quæst. 10 num. 23. post princ. vers. civilis autem non, & num. seq. Soer. in communibus opinionibus, vers. injuriarum actio, n. 7. pract. Conrad. tit. de injuriant. numer. 29. Ioann. Harppr. in d. §. hæc actio 12. instit. de injur. num. 3. vers. non verò de speciali seu civili, & num. seq. Andr. Rauchbar. quæst. 48. incip. de actione, num. 3 part. 1. Hartm. Pistor. (ubi rationes affert, contraria solvit, & hanc juris rationem magis consentaneam, & crebriore interpretum calculo comprobatam esse dicit,) quæst. 20. incip. fuit quæsitum, nu. 2. ibi, verum contraria, num. 3. & seqq. lib. 4. Mynf. cent. 1. obser. 84. (ubi secundùm hanc in Camera Imperiali. 23. Mart. Anno 1537. in causa Hanaw *contra* Straßburg/ *& eod. anno in causa* Gebel *contra* Köln / *judicatum fuisse testatur) incip. quod actio civilis per tot. & cent. 5. (ubi idem testatur,) obser. 7. incip. notum est, num. 8. vers. verum priorem sententiam, & seq. Matth. Coler. decis. 128. num. 1. vers. civiles autem, & decis. 167. num. 2. ibi, secus in actione, part. 1. Joach. à Beust. in l. nam posteaquam 9. §. si n qui ff. de jurejur. nu. 10. pag. mihi, 261. VVesenb. consil 22 incip. ne frustra, n 6. vers. non ex lege Cornelia. & seq. part 1 Henning. Gaden. consil. 102. incip.* auff vorgebrachte Klage/ *num. 18. & seq. Andr. Gail. lib. 2. obser. 104. num. 4 vers. sed instar realium. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 46. num. 1. vers. alii contra. & seq. Frid. Pruckman. consil 22. incip. cum vir nobilissimus. num. 24. vol. 1. Heinric.* Rebelträ / *(ubi rationes affert, & contraria solvit) decis. 8. incip. in publica platea, in med. vers. at his non obstantibus, & per tot. Hieron. Schurff. consil. 12. incip. veritas istius, numer. 1. vers. exceptis tribus casibus, & sequent. & consil. 61. num. 1. & seq. cent. 1.*

Principalis & potissima ratio est, quod actio injuriarum ex l. Cornelia descendens sit civilis. Civiles autem actiones, quæ ex legibus, SCtis & constitutionibus oriuntur, esse perpetuas, dubium nullum est,

princip. inst. de perpet. & temper. action. l. 3. & l. 4. C. de præscript. 30. vel. 40. annorum, l. in honorariis, 35. ff. de O. & A.

Nec movent rationes, quæ modò in contrarium adductæ sunt, & adhuc amplius adduci possunt. Eas enim solidè refutat

Heinric. Rebelträ/ *d. decis. 8. in med. vers. respondere conantur, & seq. usq. ad fin. Joann. Harppr. d. §. hæc actio 12. inst. de injur. num. 5. & seq. Schneid. d. §. sed & lex inst. eod. n. 3. in med. Hartm. Pistor. d. quæst. 20. n. 4. & seq. lib. 4.*

Jure Saxonico quanto tempore injuriis realibus præscribatur, magna etiam est contentio, 31

Quod enim annali præscriptione tollantur, 32 tradit

Hieronymus Schurff. (ubi dicit, quod de jure Saxonum omnes actiones injuriarum sint annales, & ita tantùm anno durent, & ita per totam istam patriam observari affirmat) consil. 12. incip. veritas istius articuli, nu. 5. sub fin. vers. tamen ad hoc de jure Saxonum, & seq. cent. 1. quem sequitur Johann. Schneid. in §. sed & lex Cornelia inst. de injur. num. 3. sub fin. vers. de jure verò Saxonum contrarium, & sequent. Matth. Coler. decis. 125. (ubi ita practicari & consuetudinem astipulari dicit) num. 2. ibi, secus de jure Saxonico, & decis. 167. (ubi ita communi consuetudine in toto foro Saxonico observari testatur,) numer. 3. ibi, jure autem Saxonico. part. 1. Reinhard. (ubi ita consuetudinem astipulari, & ita tam Lipsenses quam Magdeburgenses pronunciare ait) part. 4. differ. 16. vers. secus de jure Saxonico, Zobel. part. 4. differ. 7. numer. 30. post princip. VVesenb. (ubi hodiè ita apud nos servari testatur) in comm. ff. de injur. num. 15. post princip. vers. quarum sententia etiam apud nos. Consult. constitut. Saxon. tom. 1. part. 4 quæst. 36. incip. practici dicunt, numer. 1. & seq. n. 5. sub fin. vers. item dem aber können wir *per textum im* Landrecht/ *lib. 3. art. 31. in med.* ubi dicitur. Wer den andern sehet/ vnd jhm doch nichts nimpt / oder aber jhn wundet oder schleget/ also daß die Wunde nicht tödtlich ist / oder eine Lambde machet / seinen Erben hat er darumb nichts zu antworten / oder er stirbt nach der Jahrzahl.

Econtrario, quod injuriæ reales civiles, ex l. 33 Cornelia pro injuriis realibus competentes, etiam in foro Saxonico sint perpetuæ, & non annales, dicit *Chilian* König/ *(ubi ita apud nos in usu servari testatur) in suo process. c. 59. incip.* weil hierüber/ *n. 5. ibi,* Darauß kömpt es/ *usq. ad fin.*

Alii v. distingvunt inter injurias reales, seu vulnerata levia & modica, & inter gravia & atrocia; Ita 34

ut priori casu injuriæ reales leves, als da jemand Blutrünstig/ braun und blaw geschlagen wird/ anno præscribantur, posteriori verò casu injuriæ reales graves & atroces, als Kampffer Wunden/ Lämbden und dergleichen/ non nisi triginta annorum spacio tollantur, cum sint perpetuæ,

Christoph. Zobel. in gl. latin. ad text. german. Landrecht. *lib. 3. art. 31. lit. F. ibi, dum textus bi dicit, per tot. Hartm. Pistor. d. quæst. 20. num. 8. post princ. vers. ita tamen ut quod lib. 4. Andr. Rauchb. quæst. 48. c. 11. num. 13. vers. quod & juri Saxonico, part. 1. consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 66. num. 4. vers.* Der Sachs aber/ *& tom. 2. part. 4. quæst. 62. num. 6. ibi,* etliche aber als *n. seq.* quæ sententia etiam verissima est, & manifestis verbis probatur, im Landr. *lib. 3. d. art. 31. sub fin.*

Ubi de ejusmodi injuriis realibus & vulneribus duntaxat statuitur, quod anno præscribantur, si absq; vulnere mortali, & sine mutilatione alicujus membri, procedunt; Ergò à contrario sensu, si cum mutilatione fiunt, longiori tempore, puta 30. annis, tolluntur.

35 Et hanc ultimam opinionem etiam approbavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis,

part. 4. constitut. 46. §. Also auch das/ *1. & §. seq* ubi verbis disertis constituit. Daß die Real *injurien*, als Maulschellen/ Blutrüst/ Braun und Blaw/ stossen vnnd dergleichen/ so in die Erbgerichte gehöret/ in Jahres frist *præscribirt* werden sollen; So viel aber die Klagen der höher Real *injurien*, als Kampffer oder Beinschretige Wunden/ Lähmnüß/ vnnd dergleichen/ betriffe/ dieweil dieselbe ihrer Art vnnd Natur nach den gemeinen Recht *perpetuæ* seynd/ so wollen wir/ daß sie auch auff Sächsischen Böden vnser Lande/ für vnnd innerhalb dreyssig Jahr/ Jahr vnd Tag nicht *præscribirt* vnd verjähret werden mögen/ *ubi in comm. Daniel Moller. num. 3. post princip. vers. ita tamen, Beust. in l. nam posteaquam. 9. §. si is qui, ff. de jurejur. num. 14. vers. tamen hodie, pag. 262. Hartm. Pistor. d. quæst. 20. n. 8. vers. cilg, hæc, & seq. lib. 4.*

36 Quæ sint & dicantur injuriæ reales vel vulnera levia & ad jurisdictionem inferiorem pertinentia, suprà

conclus. 1. n. 11. & seq. part. 1. & conclus. 61. numer. 40. & seq. hac part. 5. dixi.

37 Quæ item sint, & vocentur Kampffer/ Beinschretige Wunden/ Schandmahl/ Lämbnüs vnnd dergleichen/ vide supra *d. conclus. 61. n. 49. hac part. 5.* remissivè.

38 De injuria injustæ carcerationis, & arestationis personalis, solet dubitari, an annalis sit, an verò perpetua?

39 Jure civili quidem, quod ea ad l. Corneliam non pertineat, & consequenter annalis sit, dubium nullum est, ut eleganter ostendit

Hartm. Pistor. quæst. 20. inisp. fuit quæsitum, num. 5. vers. haud igitur præter rationem, & seq. & num. 8. vers. hanc etiam sententiam, & seq. lib. 4. Andr. Rauch. quæst. 48. numer. 16. vers. sed jure communi, & sequen. part. 1.

40 In Saxonia verò, præsertim in Electoratu, major solet esse dubitatio, propterea, quod in *d. constit. 46. §. 1. & seq. part. 4.* de hac incarceratione & arestatione nulla fiat mentio. Videtur enim dicendum, quod ejusmodi injuria injustæ incarcerationis sit perpetua, propterea, quod ea, puta manu & apprehensione, fiat, & ad merum vel mixtum imperium, & non ad simplicem jurisdictionem pertineat,

Paul. de Castr. in l. cum proponas, 9. C. de bon. author. judic. possid. num. 3. vers. & habeat imperium, & vers. seq. Nicol. Boer. decis. 215. numer. 34. vers. ideò imperium. Hippol. de Marsil. in sua practic. crimin. §. attingam, numer. 76. sub fin. vers. ultimò etiam circa, & num. 77. Farinac. in sua practic. crimin. lib. 1. tit. 4. quæst. 27. n. 6.

Modo autem dictum est, quod in foro Saxonico omnes injuriæ reales, quæ non sunt leves, & ad jurisdictionem inferiorem pertinent, sed atroces & graves, & ad imperium spectant, sint perpetuæ & anno non expirent; Quod vel ideò magis dicendum est, quoniam per carcerationem alicui infertur ignominia cum gravi injuria & irretractabili præjudicio,

Bl. in l. per diversas C. mand. numer. 22. ibi, cum captura, late Farin. d. quæst. 27. numer. 135. & seq. VVesenb. consil. 57. num. 9. ibi, carceris cum injuria est, & seq. part. 1.

Et ita quàvis injuriâ reali gravior.

His tamen & similibus non consideratis, contrariam sententiam amplectuntur, & injuriam carcerationis vel arestationis injustæ esse annalem, concludunt 41

VVesenb. in comm. ff. de injur. numer. 15. ante med. vers. incarcerationis. Hartm. Pistor. d. quæst. 20. num. 8. vers. sed cum in constitutione, & vers. verum tamen cum trina juris sit, & num. seq. lib. 4. Andr. Rauchb. d. quæst. 48. num. 1. & seq. n. 8. vers. tamen cum idem, & seqq. n. 11. n. 12. & seqq. part. 1.

Moventur, quia ita de jure Saxonico verbis disertis est provisum 42

im Landr. *lib. 3. art. 31. post med. vers.* wer den andern *in verb.* fehet/ & olim ante constitutiones Electorales ita manifestò tradidit

Zobel. in gl. latin. ad text. germ. Landrecht *lib. 3. d. art. 31. lit. F. vers.* oder gefenglich enthalten werden/ *Chilian. König in suo process. cap. 120. incip.* das Gefengnis/ *n. 2. vers.* vnd an dieser Klage *& seq.*

Quod igitur in constitutione Electorali *46 part. 4.* est omissum, id ex jure communi, quod in proposito ipsum jus Saxonicum est, suppleri, & determinari debet,

Hartm. Pistor. d. quæst. 20. n. 8. in med. vers. in dicta, libr. 4.

Nec obstant rationes, in contrarium adductæ, eas enim sufficienter diluit

Hartm. Pistor. d. quæst. 20. nu. 8. sub fin. vers. neq. huic sententiæ, & seq. libr. 4. Andr. Rauchb. d. quæst. 48. num. 13. & seq. num. 16. sub fin. vers. non ergo movet, & n. seq. part. 1.

ad quos benevolum lectorem remisisse sufficiat.

De eo etiam dubitari solet, si judex vel alius aliquem injustè torqueri fecit, (quò quidem casu actio injuriarum contra illum competit, ut suprà *conclus. 59. num. 103 & seq. hac part. 5.* dixi) an hæc actio sit annalis, an verò perpetua? 43

Quod sit annalis, & anno præscribatur, tradit 44 *VVesenb. in comm. ff. de injur. n. 15. post princ. vers. injusta tortura, & seq.*

pro

7. Lis propter subterfugia & cavillationes adversarii pro contestata non habetur, si quis tanquam contumax punitur, & aliqua pœna afficitur.

9. Si injuria filio, vel uxori, vel alii ex familia est facta, an morte injuriati extinguatur etiam illa injuria, quæ patri, marito, vel alii consanguineo competere potest n.10. 11. 12. 13.

14. Injuria extinguitur per expressam remissionem.

15. Injuria semel remissa ne quidem per restitutionem in integrum resuscitari potest.

16. Hæc remissio fisco non nocet.

17. An etiam patri vel aliis cognatis prajudicet.

18. Si quis per confessionem peccatorum, sacerdoti factam, adversario injuriam remittit, an & quatenus ille injuriarum agere possit, n.19.20.21.22.

23. Injuria etiam extinguitur dissimulatione.

24. Dissimulatio & tacita remissio injuriarum, ex quibus signis & conjecturis colligitur, remissivè.

25. Plures modi tollendi injurias traduntur, remissivè.

26. Extinctâ injuriâ, an nihilominus actio l. Aquiliæ ad damna, interesse & expensas, supersit.

27. Hæc actio l. Aquiliæ datur heredi & contra heredem.

28. Dummodò lis fuerit contestata, vel quid ad eos pervenerit, n.29.

30. Cicatricum, & deformitatum an etiam habeatur ratio.

IN præcedenti conclusione abundè dixi de uno modo, nempè de tempore, quo actio injuriarum tollitur, & præscribitur, nunc etiam de aliis modis tollendi injurias brevissimè discurremus.

1 Omnibus autem notum est, quod actio injuriarum morte tàm injuriati, quam injuriantis, extinguatur, nec heredi, & contra heredem competat, per textum expressum.

In §. non autem omnes. 1. instit. de perpet. & tempor. action. in l. si cum judicio. 10. §. qui injuriarum. 2. in princ. & vers. idem dicendum esse. ff. si quis caution. judic. sistendi caus. fact. l. pœnales. 32. post princ. ff. ad l. Falcid. l. injuriarum. 13. in princip. l. item apud Labeonem. 15. §. injuriarum. 14. l. injuriarum. 28. ff. de injuriarum. Jodoc. Damhoud. in suâ pract. criminal. cap. 136. n. 24. ibi, actio quoque. Ioann. Schneid. in §. ult. instit. de injur. nu. 3. in med. vers. sextò per mortem. Ioann. Harpr. eod. nu. 61. & seq. Hartm. Pistor. quæst. 27. nu. 1. & seqq. part. 1. Iacob Thoming. decis. 24. n. 1. & seqq.

2 Nisi lis fuerit contestata,

§. non autem omnes. 1. vers. exceptâ injuriarum. junct. vers. pœnales autem actiones. instit. de perpet. & tempor. action d. l. si cum judicio. 10. §. qui injuriarum. 2. post pr. ff. si quis caution. judic. sistend. caus. d. l. injuriarum. 28. ff. de injur. Damhoud. d. c. 136. n. 24. vers. nisi processus. I. Vesenb. in comm. ff. de injur. num. 12. vers. nisi a defuncto. Iacob Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 107. n. 18. ibi, quinto & illud. part. 3. Iohann. Harppr. in d. §. hæc actio. ult. instit. de injur. num. 65. ibi, cæterum si lis. & num. seq. Iacob de Bellovis. in sua practic. crimin. libr. 1. c. 3. num. 79.

Quod procedit, non tantùm si de verbali, verùm etiam reali injuriâ, agatur, 3

Iacob Schult. (ubi duas rationes affert) in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 107. nu. 19. ibi, ampliatur hæc. n. 20. n. 21. part 3.

Lis autem, quoad transmissionem & perpetuationem hujus actionis, pro contestata habetur, si preces Principi fuerint oblatæ, ut in præcedenti conclus. n. 11. dixi. 4

Vel quoties per subterfugia & cavillationes rei stat, quò minus litem contestetur, 5

Bl. in d. l. si cum judicio. 10. § qui injuriarum. 2. ff. si quis caution. judic. sistend. caus. fact. [illegible] ibi, septimo & ultimo nota. & in l. scire oportet. §. [illegible] ff. de excus. tutor. nu. 7. vers. ultimo. & in l. mora. [illegible] ff. de R. I. num. 2. vers. vel per moram. & in l. 1. C. [illegible] nu. 31. vers. vel mora rei. Iason. in d. l. si cum judicio. 10. §. qui injuriarum. 2. ff. si quis caution. judic. [illegible] ibi, nota ultimò ex versu. & nu. seqq. Paul. de Castro. [illegible] n. 3. vers. & audiri. Felin. in c. illud. x. de præscript. num. 11. in med. vers. prima conclusio. Alex. consil. 100. incip. [illegible] n. 1. ibi, quia mora commissa. vol. 5. Andr. Tiraq. de retract. lignag. §. 15. gl. 2. nu. 5. ibi. sed his quæritur. num. 8. (ubi limitat.) nu. 9. & nu. seq. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 1. constit. 10. nu. 6. & seq. Br. in l. 1. ff. de privat. delict. num. 9. vers. sed in actionibus. Iacob Thoming. decis. 24. nu. 4. & seq. Hartm. Pistor. quæst. 28. n. 7. part. 1.

In Saxonia verò dicendum videtur, quod lis hoc in casu propter adversarii subterfugia, & cavillationes pro contestata non habeatur, 6

Daniel Moller in comm. ad const. Saxon. part. 1. d. constit. 10. nu. 7. ibi, quamvis Elector. & seq.

propterea, quod in his terris ejusmodi tergiversator pro contumace habeatur, & tanquam confessus pro more nostrorum judiciorum in Ehehafft condemnetur, ita, ut nisi justas causas, quibus impeditus litem contestari non potuerit, alleget, & probet, tota causâ cadat,

Hartmann. Pistor. quæst. 3. num. 1. & seq. part. 1. Chilian. König in suo processu. c. 60. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 2. num. 22. & seq. decis. 104. nu. 1. & seq. part. 1.

Sed ita est, si ille, qui litem contestari recusat, pro contumace habetur, & certa pœna afficitur, quod tunc lis pro contestata non habeatur, 7

Bl. in l. scire oportet. 13. §. sufficit. ff. de excusat. tutor. n. 7. vers. collige argumentum quod ille. & seq.

Aliàs enim sequeretur, quod quis propter contumaciam, & ejusmodi leve delictum, duplici pœna afficeretur, primo in legitima impedimenta, in die Ehehaffte / vel etiam in amissionem causæ, si impedimenta probare nequit, in die Hülffe / condemnaretur, deindè in pœnam & odium ejus lis haberetur pro contestata, quod tamen valde iniquum est, & quis duplici pœna puniri non potest, 8

l. sancimus. C. de pœn.

Facit etiam, quod adversarii tergiversationes,

Augusti An... in causâ Sebastian Boachsen *contra Comitem Wolffgangum de* Fürstenberg, *(ut ... tum sequens refert) cent. 4. incip. quæritur nonnunquam, num. 2. & seq.*

33 Ita tamen, ut diffamator hoc in casu non pœnâ ordinariâ, sed mitius extraordinariâ, puniatur *Petr. Heig. d. quæst. 31. num. 43. part. 2. VVesenbec. consil. 22. num. 5. sub fin. Johann. Harpp. in d. §. inter 1. instit. de injur. num. 167. ibi, enim verò hoc casu. & nu. seq. Joann. Dauth. tract. de testam. n. 227. vers. tertio requiritur. & seq.*

34 Quam opinionem etiam, non solùm Imperator Carolus V. in constitutionibus criminalibus, *art. 110 sub fin. in verb.* Und ob sich auch gleichwol die aufgelegte Schmach der zugemessenen That in der Warheit erfünde / sol dennoch der Außruffer solcher Schmach / nach vermöge der Rechte / und ermessigung des Richters / gestrafft werden.

35 Sed etiam Augustus Elector Saxoniæ approbavit, & confirmavit in suis Novell.

part. 4. d. const. 44. sub fin. ubi his verbis constituit: Do er gleich solches könte außführen / daß derselbe gleichwol auch willkührlich / entweder mit staupenschlagen / verweisung / oder Gefängnüß nach gelegenheit der Verbrechung gestrafft werden sol.

ubi in comm. Daniel Moller. num. 5. Consult. const. Sax. tom. 1. part. 4. quæst. 11. num. 2. & seq. & tom. 2. part. 4. quæst. 45. n. 3. Petr. Heig. d. quæst. 31. n. 43. post pr. part. 2.

36 Item pœna famosi libelli locum habet, sive author nomen suum occultet, sive exprimat. Et licet nonnulli sint, qui statuunt, quod in eo casu, ubi author nomen suum in libello exprimit, supra dicta pœna locum non habeat,

Jacob Schult. in addit. ad Matth. Coler. decis. 154. nu. 15. ibi, cui tamen, quod etiam nomine. & seq. part. 1. quem sequitur novissimè Heinric. Nebelkrâ *decis. 16. incip. gravissimum esse ante med. vers. contra verò libellum. & seq. per tot. Joann. Dauth. tract. de testam. n. 228. sub fin. vers. quartò quoad verum authorem. Consult. constit. Sax. tom. 2. part. 4. quæst. 62. n. 7. post pr.*

Tùm (1.) quia constitutiones Imperii, in quibus de pasquillis & famosis libellis agitur, suppressionem nominis & occultationem sparsionis ad unam omnes præsupponant.

Tùm (2.) per constit. crimin. Caroli V. *d. artic. 110. in verb.* mit seinem rechten Zu- und Tauffnamen nicht unterschreibet.

Tum (3.) *per text. in l. un. C. de famos. libell.* ubi prohibetur, ne quis famosum libellum clàm spargat, famamq; alterius sugillet, sed ut, si quis devotionis suæ ac salutis publicæ custodiam gerit, nomen suum profiteatur; ubi cum opponantur, per famosum libellum crimen prosequi, & nomen suum profiteri, oreq; proprio crimen edicere, oppositio illa luculenter arguit, famosum libellum esse, quando autor criminis objecti nomen suum celavit, Nebelkrâ *d. 10. vers. tertium.*

Tum (4.) quod omnes aliæ diversorum populorum ordinationes politicæ suppressionem nominis & sparsionis occultationem præsupponant,

Nebelkrâ *d. decis. 16. in med. vers. cui accedit quartò.*

Tùm (5.) quia aliàs inter famosum libellum, & injuriam scriptam discrimen nullum dari posset, si pro famoso libello haberi debeat scriptura, cui authoris nomen subscriptum fuit, Nebelkrâ *d. decis. 16. post med. vers. non etiam aliàs pag. 202. Johann. Dauth. de testam. d. nu. 228. sub fin. vers. 4 quoad verum.*

Tum (6.) quia hæc opinio libelli æqua est, & ... id meritò amplectenda. Nebelkrâ *d. decis. 16. post med. vers. dec... sententiam. & seq.*

His tamen & similibus non attentis, contraria opinio verior est, & eam expressè amplectitur 37

VVesenbec. in comm. ff. de injur. n. 10. post prin. vers. verum etiam si expresse & consil. 22. incip. ne frustra. n. 5. & seq. part. 1. Petr. Heig. quæst. 31. n. 21. vers. verum ut maxime eomedam nu. 22. & seq. part. 2. Jodoc. Damhoud. in sua pract. crimin. c. 138. nu. 3 vers. an suo proprio nomine. Hostiens. in sum. x. de injur. §. quot modis injur. n. 3. post princ. vers. utrum nomine suo. Mynsing. resp. 59. n. 43 Ioann. Harppr. in §. injuria. 1. inst. de injur. num. 154. ibi, cæterum libellus. & seq. Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon part. 4 const. 44. n. 5. sub fin. vers. tandem & in eo junct. nu. 6. vers. nisi forte id considerandum & seq. per textum elegantem *in l. lex Cornelia. 5. §. si quis librum 9. ff. de injur.*

Ubi perspicuè subinnuit Ulpianus, famosum libellum esse, sive quis eum nullo, sive proprio, sive alieno nomine expressò composuerit: in dicta autem *l. 5. § 9.* de libello famoso agi, omnes unanimiter concludunt; Et licet in *d. l. 5. §. 9.* de proprio nomine expresse nihil dicatur: Attamen hoc ita præsupponi omninò necesse est, id quod evincit particula, *Etiamsi* in *d. l. 5. §. 9.* posita, quæ est implicativa, & includit casum minùs dubitabilem,

latè Tusch. tom. 2. pract. conclus. lit. D. verb. dicto. conclus. 275. n. 1. & seqq.

Deindè, *per text. expr. in recessibus Imperii Francofurtensibus, Anno 1577. tit.* von Buchdruckern / Schmeheschrifften. 35. §. und setzen / ordnen *in verb.* es habe der Author seinen Namen darunter gesetzt oder nicht.

Et licet *Iacob Schult. ad Matth. Coler. d. decis. 154. nu. 16. post princ. part. 1. quem sequitur Heinric.* Nebelkrâ. *d. decis. 16. sub fin. vers. ad tertium contrariæ, pag. 203.*

dicat, prædictam constitutionem Imperialem nihil ad rem facere, cum ibi saltem præcipiatur hujusmodi libros contumeliosos excudi, & vendi non debere; Quia, quamvis hoc per se sit verum, tamen mihi iidem etiam concedere debent, quod in d. constitutione Imperii non solùm de ejusmodi libris famosis excusis, sed etiam de aliis libellis famosis in alicujus privati hominis ignominiam scriptis, & compositis agatur, id quod manifestò patet ex

d. tit. 35. §. Wenn wir nun *in verb.* gemeine oder sonderbare Personen. *fol. 690.*

Nec movent rationes in contrarium adductæ; 38 Quia prima & quarta ab insufficienti partium enumeratione est desumpta, quoniam non sequitur, omnes constitutiones politicæ de famosis libellis disponentes suppressionem nominis, & occultationem sparsionis præsupponunt: Ergò ubi nomen expressum est, aliud erit dicendum, plus enim est in Conclusione, quàm fuit in præmissis presertim cum de suppressi nominis authore majus erat dubium, quam si ejus nomen esset appositum, id quod *ex d. l. 5. §. 9.* in particula *Etiamsi* modò est ostensum.

Secunda ratio loquitur de ejusmodi subscriptione,

ptione, quæ secundum juris ordinem ab accusatore fieri debet,

l. 11. 7. ff. de accus. & inscript. l. pen. & ult. C. eod.

Et quamvis hanc responsionem valde explodat

Heinric. Rebelträ *d. decis. 16. vers. nec allegata imperii, & seq.* eam tamen esse verissimam inde constat, quod etiam ejusdem inscriptionis *in l. un. C. de famos. libell.*

fit mentio, quam *l. un.* tamen postea Imperator *in d. art. 110.* explicare & exprimere voluit, qualinam pœnâ ejusmodi diffamator afficiatur; Consequens igitur omninò est, quod *d. art. 110.* etiam ex *d. l. un.* sit supplendus, & explicandus,

Daniel Moller. ad d. constit. 44. num. 6. vers. & sic expreßè, & seq.

Quod vel ideò magis dicendum est, quia in *d. art. 110.* dicitur, vnd sich nach ordnung der Rechte mit seinen rechten Tauff vnnd Zunahmen nicht vnterschreibet. Sed in universo juris ordine, nulla alia subscriptio requiritur, quam quæ *in d. l. 3. l. 7. ff. de accus. l. pen. & ult. C. eod.*

invenitur. Aliàs etiam hoc absurdum sequeretur, quod in jure nostro daretur casus, ubi quis, secundùm juris ordinem, se nomenq; suum subscribendo impunè alterum diffamare, injuriis & contumeliis afficere posset,

Ex iisdem etiam diluitur tertia ratio, quoniam in *d. l. un.* oppositio expressi, vel suppressi nominis non generaliter in omnibus famosis libellis fit, sed tantùm, & in specie, ratione accusationis.

Quinta ratio parùm urget, quia præter alias differentias libellus famosus, & injuria scripta rectè etiam in eo differunt, quod injuria scripta sit & esse possit, si quis aliquem in privatis literis, ad suum amicum scriptis, diffamet, & quædam crimina objiciat, vel in libello judici, & in judicio porrecto, quædam falsa de quopiam spargit,

Cæsar. Manent. consil. 101. n. 6. & seq. Bertaz. consil. 214. n. 1. & seqq.

Et similia, quæ omnia pro libello famoso haberi non possunt. Nihil etiam facit sexta ratio. Quia non nobis cerebrinam aliquam æquitatem effingere, sed eam, quæ in legibus habetur, sequi debemus, quoniam nos non decet esse mitiores legibus, & communibus DD. placitis,

l. perspiciendum 11. in princ. ff. de pæn.

39 Eâdem etiam pœnâ libelli famosi tenetur & is, qui libellum ad alterius dictationem scribit,

Johann. Harpr. in §. injuria 1. inst. de injur. numer. 189. ibi, quintus casus est, & num. seq. Damboud. in sua practic. crim. c. 135. nu. 3. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3 quæst. 105. num. 446. Ioan. Bajard. ad Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 68. num. 64. Hostiens. in summ. x. de injur. §. quotmodis fit injuria num. 3. post princip. vers. literis u fit. Petr. Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 3. n. 3. vers. quâ pœna afficiendus est.

40 Vel, qui libellum famosum neque composuit, neq; scripsit, sed tantùm affigit, & in loco publico ponit,

Angel. in l. lex Cornelia. 5. § si quis librum. ff. de injur. num. 2. Jodoc. Damboud. in sua practic. crimin. c. 125. num. 2. vers. aut uspiam ad valvas. Farinac. d. qu. 105. num. 457.

Imò etiam si libellum saltem legit, 41

Ludov. a Pegu. decis. 77. numer. 5. in med. vers. approbat hanc sententiam, & seq. Farinac. (ubi tamen declarat.) d. quæst. 105. num. 450. ibi, amplia quartò, nu. 451. & seq. Iul. Clar. lib. 5 sent. §. ult. quæst. 68. num. 25. sub fin. (ubi communem dicit) vers. sed etiam ille qui legit.

Item mandatarius, qui instinctu & persuasu 42 alterius libellum famosum publicat,

Damboud. in sua pract. crimin. c. 125. num. 7. vers. aut instinctu. Farinac. (& ibid. allegati.) d. quæst. 105. n. 458. Hostiens. in summ. x. de injur. §. quot modis fit injuria, num. 3. vers. vel edidit.

Inventor harum literarum famosarum supradi- 43 ctâ pœnâ etiam punitur, si eas inventas non lacerat, vel comburit, sed in publicum profert,

Damboud. in sua pract. crimin. c. 125. numer. 3. ibi, quia & eadem. Ludov. a Pegu. decis. 77. num. 8. Iohan. Harppr. in §. injur. 1. inst. de injur. num. 169. post prin. & num. 199. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 3. cap. 263. num. 28. ibi, quartus casus est. Prosper. Farinac. in sua pract. crim. d. quæst. 165. num. 460. & seq. Anton. Gomez. de delict. c. 6. de injur. num. 1. vers. & non solùm, Petr. Plac. in epitom. delict lib. 1. c. 3. n. 3. vers. his tandem prænotatis,

Non quidem pœnâ ordinaria, sed alia arbitra- 44 ria, & ad summum fustigatione tantùm,

Bursat. consil. 94. n. 33. quem sequitur Claud. Bertaz. in addit. ad Barthol. Bertaz. consil. 237. nu. 8. lit. D. in med. vers. primò itaq; sciendum lib. 1.

Et hæc assertio procedit tantùm, si quis famo- 45 sas literas invenit in platea vel via, vel alio loco, secùs si in loco publico affixas videt, & invenit, tunc enim si eas non refigit, & lacerat, nullam pœnam meretur, ut pulchre ostendit

Claud. Battand. in addit. ad Barthol. Bertaz. d. consil. 237. n. 8. lit. D. in med. vers. ab hac pœna credo etiam excusandum, & n. seq. part. 1.

Deindè procedit, si inventor eas publicavit, & 46 aliis ostendit, secùs si eas secretò apud se ex simplicitate retinuit, tunc enim, licet eas non dilaceraverit, tamen non punitur,

l. un. vers. aut nulli confiteatur inventum, C. de famos. libell. Iacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. (ubi rationem affert) cent. 3 cas. 263. num. 39. ibi, quintus est casus. & num. seq. Ioan. Harppr. (ubi dicit quod hoc in casu ne quidem arbitrarie inventor puniri poßit) in §. injuria, inst. de injur. numer. 200. ibi, nonus est casus. numer. 261. & numer. seq. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3 d. quæst. 105. numer. 462. Claud. Bertaz. in addit. ad Barthol. Bertaz. d. consil. 237. nu. 8. lit. D. post med. vers. secundò ut pœna, & seq.

Quamvis contrarium velit

Cyn. in l. 1. in princ. C. de famos. libell. quæst. 1. vers. & qui eas prius invenerit, & seq. Farinac. in sua practic. crimin. part. 3. d. quæst. 105. n. 454. ibi, amplia sexto, & seq. & num. 46. & n. 465.

Quod in tantum procedit, ut inventor nulli 47 pœna afficiatur, etiamsi libellus, apud se retentus, postea ab alio manifestetur,

Jeann. Harppr. d. §. injuria autem 1. inst. de injur. n. 202. ibi, ad quid si ejusmodi, & n. seq.

Ad hoc autem, ut inventor prædicta pœna ob manifestationem puniatur, sufficit, si uni tantùm famosum libellum inventum ostenderit, & manifesta-

nifestaverit, *publice Ludov. à Pegr. d. decis. 77. num. 10. vers. nam non minus, & seq. Dauth. de testam. nu. 227. vers. & prima quidem editio, & seq.* quoniam dictum unius facilè sequi solet multitudo,

text. in l. cum in juventute 12. post princip. x. de purgat. canon.

48 Licet dissentias & contrarium statuat. *Bursat. consil. 94. nu. 17. Petr. à Plac. in epitom. delict. libr. 1. c. 3. numer. 2. quos sequitur Ioann. Harppr. in §. injuria autem inst. de injur. n. 198.*

49 Unde apparet, pœnam famosi libelli locum habere, etiamsi ille non apud bonos & graves viros primum sit productus, ut rectè tradit,

August. Bonfrancisc. in addit. ad Angel. tract. malefic. verb. verba injuriosa, num. 7. in princ. vers. tu autem in hac materia, & seq. Ioann. Harppr. in §. injuria autem 1. instit. de injur. num. 158. ibi, utrum autem de substantia, & n. seq. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. d. quaest. 105. n. 486.

Non attento, quod contrarium velit *Joann. de Imol. in l. impia, 54. ff. de leg. 1. n. 1. post princ.*

50 Sed an tertius aliquis, qui author libelli famosi non est, sed eum tantum invenit, vel aliter publicavit, excusetur, si authorem nominet, & demonstret?

Negat *Salyc. in l. un. C. de famos. libell. numer. 5. Speickhan. cent. 2. quaest. jur. class. 3. quaest. 7. numer. 11. Schneid. in §. injuria 1. inst. de injur. num. 5. ibi, sed circa prædicta quærit. Ioann. Harpr. eod. (ubi rationes affert & contraria solvit.) num. 204. vers. cæterum contrarium, & seq. Ludov. à Pegr. decis. 77. num. 8. vers. quod si libellus junct. num. 12. ibi, neq; verum est, & seq. Francisc. Marc. decis. 933. nu. 1. post princ. vers. etiam si quis audierit, & seq. part. 2. Matth. Coler. decis. 154. incip. nota est sanctio, num. 4. & seq.*

Non obstante, quod contrarium statuat

Bursat. consil. 94. numer. 32. vers. quintò & ultimò, Cephal. consil. 34. num. 30. lib. 3. Petr. à Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 3. num. vers. quibus & illud subjiciam. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quaest. 105. n. 451.

51 Præterea, pro famoso libello habetur, & quis supradicta pœna tenetur, si ad infamiam alicujus membra virilia, vel vulvas muliebres in ejus januæ & porta pingit,

Paris de Puteo tract. Syndic. verb. injuria officialis in princ. (ubi quendam ad triremes fuisse condemnatum dicit) num. 6. vers. per quæ puto, pag. mihi, 462. quem sequitur Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quaest. 68. num. 25. post princ. vers. quinimò dicit. Bertaz. consil. 237. num. 2. vers. & cum nemo dubitet, & consil. 265. num. 1. vers. sicut etiam, & n. 2. Prosper. Farinac. in sua pract. crim. part. 3. quaest. 105. n. 471.

52 Vel alias picturas in alicujus ignominiam fecit,

per text. suprà, numer. 17. allatos. Novell. Elector. August. part. 4. const. 44. vers. vnnd ist solches in die Reichs. *Joan. Harppr. in § injuria autem 1. instit. de injur. n. 152. ibi, de pictura famosa, & num. seq. Ioan. Dauth. de testam. num. 230. ibi, amplia secundò. Daniel Moller. ad constit. Saxo. part 4. const. 44. num. 4.*

53 Plures casus, ubi pœna famosi libelli locum habet, vide apud

Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. d. part. 3. qu. 105. 453. 466. 467. 468. 469. 471. 476. & seq.

54 Sunt tamen etiam nonnulli casus, ubi prædicta pœna sibi locum non vindicat, sed alia arbitraria;

Puta si quis est minorennis, tunc enim minus 55 punitur,

Barthol. Bertaz. consil. 265. 4. vers. & cum arbiter, & num. 5. lib. 2.

Vel prius fuit provocatus & læsus, 56

Barthol. Bertaz. consil. 235. n. 5. ibi, primò quia ipse, & seq. lib. 1. Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. d. quaest. 105. n. 488. Plot. consil. divers. crimin. 131. n. 15. & n. seq. lib. 1.

Vel si author libellum, antequam tota ejus se- 57 ries, vel forma publicaretur, ipsemet laceravit,

Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quaest. cent. 3. cas. 263. numer. 37. Joann. Harppr. in §. in summ. 1. instit. de injur. numer. 170. sub fin. vers. secundus est casus, & num. 171.

Quod procedit, etiamsi quis libellum famo- 58 sum jam affixit, tamen si pœnitentia ductus eandem refixit, antequam ipsius divulgatio & publicatio facta est, is meritò à pœna ordinaria excusatur,

latè Ioann. Harppr. (ubi rationes affert & contraria solvit) in d. § injuria 1. inst. de injur. numer. 179. ibi, quartus est casus, n. 180. & seqq. usq; ad n. 189.

Vel, si delictum sponte fatetur, 59

Jacob Menoch. d. cas. 263. n. 42. sub fin. vers. hæc pœna capitalis, & num. 43. Ioann. Dauth. de testam. n. 230. vers. declara secundò.

Vel, si quis libellum, ab alio compositum, cu- 60 riositate quadam accepit, & descripsit, ut exemplar inde sumeret, & apud se haberet,

Menoch. d. cas. 263. num. 40. sub fin. vers. sextus est casus, (ubi rationes affert.) & num. 41. Ioann. Harppr. in d. §. injuria 1. inst. de injur. num. 191. ibi, sextus casus est, & n. seqq.

Vel, si quis in ignominiam personæ alicujus in- 61 honestæ, puta meretricis, libellum famosum fecit & publicavit,

Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. d. qu. 105. n. 428. ibi, unum tamen absoluta, & seq.

Vel, si quis libellum famosum, per alium li- 62 bellum publicè revocet, asserens ea, quæ in libello famoso sunt posita, non esse vera, sed ex calore iracundiæ prolata,

Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. d. qu. 105. num. 490.

Vel, si animus injuriandi & diffamandi non ad- 63 fuerit, & dolus intervenerit,

Claud. Bertaz. in addit. ad Barthol. Bertaz. consil. 237. n. 8. lit. D. vers. secundò requiritur. Ludov. à Pegr. decis. 77. n. 8. post med. latè Farinac. d. quaest. 105. nu. 481. & seq. Hostiens. in summ. x. de injur. §. quot modis fit injur. n. 3. vers. vel dolo malo fuit.

In dubio autem dolus malus, & animus diffa- 64 mandi præsumitur, nisi contrarium probetur,

Claud. Bertaz. d. loco vers. sed in componente qualitas hac, & seq. Ioan. Zanger. tractat. de except. part. 3. cap. 13. num. 112. ibi, hæc tamen præsumptio, & num. sequente.

Quamvis contrarium statuat

Bursat. consil. 94. n. 8. sub fin. & n. seq. n. 35. & seq. Farinac. d. quaest. 105. n. 484.

Unde fit, quod bibliopola & negociator libro- 65 rum, si ab alio negotiatore, in publicis nundinis emit

emit scriptum, quod pro famoso habetur, iterumq; alteri vendidit, prædictâ pœna etiam non teneatur, veluti Jenenses pronunciasse, testatur

Matth. Coler. (ubi rationes affert) decis. 154 incip. nota est sanctio, nu. n. 5. vers. unde cum quidam negotiator, n. 6. & n. seq. part. 1.

Nec movent ea, quæ suprà nu. 17. & seqq. dicta sunt; Quia obtinent solum in illis, qui scienter libros suspectos & famosos excudunt, ab aliis cōparant, & vendunt, quo casu meritò pœna ordinaria locum habet,

Farinac. in sua pract. crim. d. quæst. 105. n. 453.

Secùs, si ignoranter & absq; dolo proposito.

66 Plures limitationes vide apud

Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. d. quæst. 105. num. 435. ibi, limita secundo eandem regulam, nu. 436. & seqq. usq; ad fin.

67 Sed quid, si quis familiaribus literis aliquem admonet, dicens, de ipso spargi quædam ad infamiam ejus pertinentia, an is tanquam diffamator supradictâ pœna teneatur? Quod negat

elegant. Petr. Heig. quæst. 31. n 39. vers. atq; hujus rei exemplum notabile est, & n. seq. part. 2.

68 Quemadmodum nec is libellum famosum scripsisse censetur, & prædictâ pœna afficitur, qui in libello judici oblato dicit & scribit, quod debitor contra datam, & sigillo atque idiochiro confirmatam, fidem fecerit, & in solutione ejus, quod debet, fuerit cessator,

ut supra conclus. 59. n. 79. & seq. latiùs dixi.

69 Sed an auctores pasquillorum, & famosorum libellorum contra principes & alios illustres personas factorum graviùs puniantur illis, qui privatos offendunt?

70 Ita quidem videtur dicendum, per ea, quæ tradit

Peregrin. de jure fisci, lib. 3. c. 8. numer. 9. & seq. & c. 9. n. 4. lib. 4. Hieron. Gig. de crimin. læsæ majestatis, quæst. 89. Vincent. Honded. consil. 108. num. 7. & seq. Mynf. respons. 44. num. 12. & seq. Boss. de crimin. læsæ majest. numer. 51. vers. tamen communis videtur, & num. seq.

71 Contrarium tamen longè verius est, ut eleganter ostendit

Petr. Heig. d. quæst. 31. n. 46. sub fin. vers. cæterùm cum sæpè fiat, nu. 47. & seq. num. 51. vers. quapropter & verba, n. 52. & seqq. usq; ad fin. part. 2.

72 Deniq; præter pœnam supra relatam, est etiam alia, ut famosi libelli damnatus infamis, & intestabilis fiat,

l. ob carmen, ff. de testib. l. cum lege, l. is cui §. ult. ff. qui testam. fac. poss. l. lex Cornelia, 5. §. si quis librum, 9. ubi gl. in verb. intestabilis, ff. de injur. Angel. eod. n. 1. & num. 4. latè Farinac. in sua pract. crimin. part. 3. quæst. 105. numer. 438. ibi, & ultra prædictas, & seq. Petr. Plac. in epitom. delict. lib. 1. cap. 3. in fin. vers. ex princ. tandem Iul. Clar. lib. 5. sent. §. testamentum, qu. 25. num. un. sub fin. vers. prout est infamis. Bursat. consil. 20. num. 55. Ioann. Dauth. tract. de testam. n. 227. & seq. Ferdinand. Vasq. de success. progress. lib. 1. §. 1. n. 164. ibi, 25. testari aut codicillari non potest, & n. seq.



LXVIII.

Quomodo punitur, qui seipsum, vel alium quempiam, rem habuisse cum alterius conjuge, vel virgine, aut viduâ, gloriatur, nec tamen certò de eo constare potest, vel qui puellam traducit, quod secum sponsalia contraxerit, ad hoc, ut alios procos repellat.

SUMMARIA.

1. *An is, qui se cum alterius conjuge, virgine, concubuisse gloriatur, justè puniri possit. n. 2.*
3. *Qualis pœna de jure communi imponi potest. n. 4.*
5. *Jure Saxonico quomodo punitur. 6. 7. 8. 9.*
10. *An is, qui se cum alterius conjuge rem habuisse gloriatur, ex hac confessione pœnâ adulterii puniri possit.*
11. *Quid de eo dicendum, qui non gloriatur, seipsum cum muliere quadam concubuisse, sed alium hoc fecisse, & eam ab aliquo vitiatam esse dicit. & n. 12.*
13. *Quid juris, si quis non dicit, se aliquam mulierem carnaliter cognovisse, sed tantum dicit, se illam sibi desponsasse, & cum eâ matrimonium contraxisse, ad hoc, ut alios procos repellat, vel sponsalia postea cum alio contracta dissolvat. n. 14.*
15. *Filia an potest exheredari, si sine consensu parentum nubit.*

Videtur dicendum, quod is, qui se rem cum aliqua muliere, virgine & vidua habuisse, & carnaliter eam cognovisse jactat, & gloriatur, nullo modo puniri possit, propterea, quod hæc sit confessio extra judicialis, quæ, parte absente facta, ad condemnationem, & pœnam non sufficit, 1 Nov. Elect. Aug. par. 4 const. 41.

l. certum, 6. §. si quis absente, & ibi, DD. ff. de confess. late Farinac. in sua pract. crim. part. 3. quæst. 82. reg. 1. n. 1. & seqq.

Et si vel maximè puniendus foret, peculiari tamen constitutione opus non esset, cum aliàs sufficiens pœna constituta esset, qua is puniretur; quia hæc jactantia & gloriatio vel est vera, vel est falsa: si vera, suprà ex constitutionibus de adulteriis & stupris virginum vel viduarum, satis contra ejusmodi jactatores esset provisum, quâ pœna essent afficiendi: Sin falsa, etiam ex præcedentibus constitutionibus de injuriis & earum pœnis abundè puniri possent.

2 Sed quoniam confessio extrajudicialis, non est prorsus ita privilegiata, quò minus etiam pœnâ extraordinaria pro arbitrio judicis puniri possit,

Bellamer. in c. 2. x. de confess. numer. 14. Farinac. d. quæst. 82. numer. 22. in med. vers. sublimitâ hanc, & seq.

præsertim, cùm per eam alterius fama lædatur & offendatur,

Farinac. d. quaest. 82. num. 22. sub fin. vers. vide tamen in hoc, & vers. seq.

& ejusmodi miles gloriosus, licet quidem poena adulterii & stupri, si ejus confessio vera esset, puniri possit, ut supra *concl. 27. nu. 120. & seqq. part. 4.* dixi, hoc tamen in casu, poenâ injuriarum affici nequit, quoniam principale requisitum, dolus nimirum & animus injuriandi deficit, cùm ille non tàm dolo malo, & ex proposito mulierum & virginum famam & existimationem lædendi, quàm ex inani quadam jactantiâ peccet, & ab aliis haberi velit, quasi ultrò à mulieribus & virginibus appeterentur,

Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 45. n. 4. vers. ego vero propterea, & seq.

Ideoque ad illius stolidam gloriationem, cum injuria, & infamia honestarum mulierum & virginum conjunctam, coercendam, meritò nova & speciali constitutione opus fuit.

3 In poena autem constituenda, qua ejusmodi inanis jactator, & gloriator afficiatur, interpretes juris unanimiter conveniunt, quod is extra ordinem pro arbitrio judicis sit puniendus, ut in terminis tradit

Specul. lib. 2. part. 2. tit. de confessionibus, §. nunc videndum restat. 3. numer. 5. vers. vel nisi ex hujusmodi confessione certum est, & seq. Paris de Puteo, tract. Syndic. in verb. tortura, vers. quia num. 5. vers. adde unum singulare quod licet, pag. mihi 919. Hippol. de Marsil. in l. eos qui, 27. ff. ad l. Corneliam de fals. numer. 26. vers. attamen tale confitens poterit puniri, & in l. de minore in princ. ff. de quaest. num 53. vers. attamen poterit puniri, & seq. & in sua pract. crimin. §. diligenter, col. 20. num. 78. vers. attamen poterit puniri confitens, & vers. seq. Iacob Menoch. libr. 2. arbitr. judic. quaest. cent. 4. cas. 331. incip. confessio extrajudicialis, num. 2. & num. seq. Angel. in l. 1. ff. de confess. numer. 6. vers. item sufficiens, & vers. sufficit etiam & seq. Felin. in c. olim 25. x. de rescript. num. 7. ibi, fallit sextò, & in cap. ac si clerici, 4. x. de judic. num. 7. vers. fallit quintò nisi transeat, & seq. & in c. de hoc 11. x. de simon. numer. 5. ibi, sextò limita nisi confessio Cyrill. in summ. crimin. rubr. 16. de confess. §. 3. num. 2. post princ. Hostiens. in c. 2. x. de confess. num 10. sub fin. & in c. per inquisitionem x. de elect. numer. 2. Bellam. decis. 72. incip. licet confessio, num. ult. sub fin. Gabr. Serain. in addit. ad Matth. Matthesil. singul. 13. sub fin vers. & vide Foller. in pract. crimin. in verb. & si confitebantur, part. 2. n. 23. Ioseph. Mascard. tractat. de probat. conclus. 350. incip. confessionem de crimine, num. 56. ibi, duodecimò limitatur, & seq. vol. 1.

4 Et quamvis hi interpretes in specie nil exprimant de eo, qui se alterius conjugem, vel virginem & viduam cognovisse, gloriatur, Quia tamen illi ad unum omnes pro se allegant textum

in c. quàm sit grave, 9 x. de excess. praelat.

ubi de clerico dicitur, qui extra judicium falsò gloriabatur, se carnaliter cognovisse virginem, & ibi deciditur, quod is extra ordinem pro arbitrio judicis puniatur; Ideo indubitanter concludendum est, prædictos interpretes omnes de hac nostra quæstione loqui & ad eam optimè accommodari: Quoniam Doctor vel interpres legem pro fundanda sua intentione allegans, est secundùm legem allegatam accipiendus, & intelligendus,

Br. in l. [illegible] solum, §. si liberationem, ff. de liber. legat. num. [illegible] sub fin. vers. cum debet intelligi. I Velenb. consil. [illegible] num. 4. & num. seq. Hartm. Pistor. quaest. 30. num. 2[illegible]. & seq. part. 1. Fach. differ. 46 Zobel. part. 1. differ. [illegible] numer. 9. post med. Everhard. in loco à ratione legis ad [illegible] ipsius legis, 78. num 3. Iason. in l. admonendi 3. ff. de jurejur. num. 276. & in l. cum filiusf. ff. de legat. 1. n. 29.

Jure Saxonico videtur dicendum, quod ejus- 5
modi gloriator, non graviori, quàm poenâ triginta solidorum puniatur, propterea, quod ejusmodi poena de jure Saxonico in quosvis injuriantes sit statuta, *ut supra dictum est.*

Sed cum hæc non sit levis, sed atrox, imò atro- 6
cissima injuria, quæ cum alia injuria verbali comparari non potest, ideoque alii rectiùs tradunt, mulctam illam triginta solidorum non sufficere, sed poenam extraordinariam, veluti carcerationis diuturnioris, relegationis, vel aliam pro arbitrio judicis, esse imponendam,

Consult. const. Saxon. tom. 2 part. 4. quaest. 20. incip. es begibt sich offtmals/ *n. 1. & seqq. per tot.*

Imò etiam illum esse fustigandum, & virgis 7
castigandum, dicit

Matth. Coler. decis. 161. incip. clarum est, n. 26. ibi, imò si quis diffamet, & seq. part. 1.

Quam sententiam etiam approbavit, & confir- 8
mavit Augustus Elector Saxon. in suis Novellis, *part. 4. const. 45.*

Hoc addito, ut præter hanc poenam ejusmodi diffamator, & gloriator etiam injuriam publicè reclamare, & revocare debeat, dum his verbis constituit:

Daß ein solcher verbrecher oder Verleumbder neben den wiederruff / so er der Parth thun sol / mit willkührlichen straffen als Gefengnis / zeitlicher oder ewiger Landesverweisung / sampt Staupenschlagen nach gelegenheit der umbstände belegt und gestrafft werden sol/ *ubi in comm. Daniel Moller, num. 1. & seq. per tot.*

Quemadmodum ante paucos annos in casu ad- 9
modum notorio Scabinos Lipsenses pronunciarunt,

Daß beklagter klägers Principalen und desselben Thaten wegen der *libellirten injurien diffamation* und bezüchtigung einen öffentlichen wiederruff vor Gerichte zu thun schuldig / und werd beklagter hierüber gestalten sachen nach / damit ein Exempel *statuiret* und andere dergleichen zu begehen, und ehrliche Leute mit *calumnien* und verleumbdungen / leichtfertiger ehren verletzlicher weise / anzugreiffen und anzutasten abgeschreckt werden / billich öffentlich zur Staupen geschlagen / und nach erlittenen / und ausgestandenen Staupenschlagen des Lands ewig verwiesen. V. R. W.

Cujus sententiæ etiam mentionem facit

Reinhard. Rosa in addit. ad Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 4. d. constitut. 45. lit. A. numer. 5. sub fin.

Sed quid, an ejusmodi diffamator, qui se cum 10
alterius conjuge concubuisse gloriatur, & ita adulterium commisisse confitetur, etiam ordinariâ poena adulterii, ex propria confessione, puniri possit? Quod negatur *per ea, quæ supra concl. 27. n. 133. & seq. part. 4. copiosè dixi.*

quoni-

quoniam hæc non nisi nuda & vana gloriatio & jactantia est, ex qua nemo ad mortem condemnari debet,

per text. in l. ult. C. de probat.

11 Quæ conclusio in tantum procedit, etiamsi quis non seipsum, sed alium rem cum alterius conjuge, virgine, vel viduâ habuisse dicit, & virginem aliquam ab alio esse vitiatam traducit,

Novell. Elector. Augusti part. 4. d. const. 45. in rubr. vers. oder ein ander/ *& in nigr.* oder ein onder bey Ehefrawen *Matth. Coler. d. decis. 161. num. 25. vers. tunc enim pronunciatur. part. 1.*

12 Imò quamvis quis hunc rumorem de quâdam muliere non primùm spargit, sed suum authorem nominat, & dicit, se ab alio, qui se illam mulierem carnaliter cognovisse gloriatus est, audivisse, tamen per hoc non excusatur,

Schneid. in §. injuria 1. instit. de injur. num. 5. vers. quod diligenter, notat. Iohann. Harppr. eod. num. 129. Matth. Coler. (ubi ita Lipsenses Anno 1539. pronunciasse testatur.) d. decis. 161. n. 41. part. 1.

13 Quid dicendum de eo, qui se non jactat concubuisse cum aliquâ muliere, sed tantùm dicit, & gloriatur, se cum puellâ quadam sponsalia contraxisse, sibiq; eam desponsasse, ad hoc, ut alios procos repellat, vel sponsalia, cum alio viro de præsenti postea contracta, dissolvat?

Etiam habetur pro injuria, & is meritò arbitrariè punitur, ut in specie consuluit, & ita secundùm ejus consilium fuisse judicatum, refert

Bl. consil. 230. incip. omne factum vel dictum, num. 2. vers. sed certo omne mendacium, & seq. per tot. vol. 3.

14 Quinimò, etiamsi ex literis puellæ ad illum diffamatorem missis, vel aliis circumstantiis appareat, inter eum & puellam quosdam tractatûs amatorios intervenisse, vel etiam sponsalia esse contracta, si tamen hoc clàm insciis & ignorantibus illis, quorum interest, & consensus ad nuptias requiritur, factum fuerit, actio injuriarum nihilominus rectè intentari potest, ad hoc, ut is arbitrariâ pœna afficiatur,

arg. l. ut tantum 14. §. de filio. 1. ff. de serv. corrupt.

Quia non levis injuria est, si puella insciis & irrequisitis suis parentibus, & aliis, quorum consensus necessarius est, cum aliquo sponsalia contrahit,

l. 18. l. 20. C. de Nupt. Novell. 115. c. 3. §. 11.

15 in tantum, ut nonnulli statuant, filiam ob hanc injuriam meritò exheredari posse,

Bern. tract. de sponsal. lib. 1. cap. 20. incip. civilis, & naturalis, per tot. Albert. Gentil. tract. de nupt. lib. 4. c. 9. ante med. vers. quæritur an ipse pater pag. mihi. 427. Paul. de Castr. in l. si filiam, 19. C. de inoffic. testam. numer. 2. Alex. consil. 219. incip. ponderatis his, num. 3. ibi, secundò quia imò, Bl. in l. si pater, 4. C. de sponsal. & arrhis, n. 3. vers. sed contra videtur, & in l. nec filium, 12. C. de nupt. n. 2.

Si a. filia injuriarum tenetur, & propter eam tanta pœna affici potest, multò magis tenebitur, qui filiam corrupit, blandis verbis ad se adduxit, patri & ejus potestati subtraxit, & ita causam injuriæ dedit;

Atq; ita etiam *Mense Decembr. Anno 1613. ad consultationem D. S. contra G. H.* Lipsenses pronunciarunt.

LXIX.

Quanto tempore actio injuriarum, & famosi libelli præscribatur.

SUMMARIA.

1. *Injuria verbalis præscribitur anno, tàm jure civili, quàm Saxonico, n. 2. 3.*
4. *Obtinet, sive agitur civiliter, sive criminaliter.*
5. *Post lapsum anni retorsio injuriarum fieri non potest.*
6. *Post lapsum anni an officium judicis potest implorari ad puniendas injurias, n. 7.*
8. *An & quatenus contestatio litis necessaria est ad perpetuandam actionem injuriarum, 9. 10.*
11. *Actio injuriarum perpetuatur, per preces principi oblatas.*
12. *Actio revocatoria est perpetua.*
13. *Actio injuriarum, Doctori illatarum, durat viginti annos.*
14. *Actio l. diffamari, est perpetua.*
15. *An hic annus sit utilis, an vero continuus. n. 16. 17. 18.*
19. *An hic annus currit ignoranti, & absenti, n. 20. 21.*
22. *Annus hic impedito agere, non currit, nu. 23. 24.*
25. *Annus hic in Saxoniâ an pro anno civili, an verò pro anno & die Saxonico accipiatur.*
26. *Injuriæ reales quanto tempore præscribantur, tàm jure civili, quàm Saxonico. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.*
38. *Injuria injustæ carcerationis quanto tempore præscribitur, numer. 39. 40. 41. 42.*
43. *Injuria injustæ torturæ quanto tempore præscribitur, n. 44. 45.*
46. *Illa injuria, quam uxor vel liberi adversus judicem ob maritum vel patrem, inique ultimo supplicio affectum, habent, quanto tempore præscribitur, n. 47. 48.*
49. *Injuria scripta, & famosi libelli quanto tempore præscribuntur, tàm jure civili, quàm Saxonico, nu. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59.*
60. *Actio famosi libelli contra propalatorem quanto tempore præscribitur.*
61. *Exceptio præscriptionis annalis actionis injuriarum est mixta, & tàm antè, quàm post litem contestatam potest opponi.*

UT hæc conclusio perspicuè tractetur, sequentes casus erunt distingvendi. Aut enim quærimus de injuriis verbalibus, aut de realibus, aut 1 Nov. Elect. Aug. par. 4. const. 46.

aut de famosis libellis, & aliis injuriis scripto comprehensis.

1 PRIMO CASU, dubium omnino nullum est, quod injuriæ verbales annali præscriptione tollantur,

text. expr. in l. si non convicii, 5. C. de injur. Iacob de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 3. num. 11. post princ. vers. primo quod non transiertt, & seq. Anton. Gomez. tom. 3. varr. resolut. c. 6. num. 15. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria, num. 9. ibi, tollitur autem. Carol. Ruin. consil. 21. incip. Reverendissime Domine, numer. 5. vol. 4. Myns. cent. 5. obser. 7. incip. notum est. num. 1. & seq. Hartm. Hartm. lib. 2. observ. tit. 49. obser. 2. num. 1. & num. seq. Gail. lib. 1. obser. 64. numer. 5. vers. puta intra annum, & lib. 2. obser. 105. numer. 1. VVesenb. in comm. ff. de injur. num. 13. vers. item spacio anni. Johan. Harppr. in §. hæc actio. 12. inst. de injur. num. 2. Ioann. Schneid. eod. num. 3. Andr. Rauchb. quæst. 48. num. 1. part. 1. Matth. Coler. decis 128. num. 1. & decis. 167. num. 2. part. 1. Hieronym. Schurff. consil. 12. incip. veritas istius articuli. n. 1. & seq. & consil. 61. incip. licet in præsenti, n. 1. & seq. cent. 1.

2 Quod etiam in jure Saxonico est expressè repetitum,

Landr. lib. 3. art. 31. ubi Zobel. in gl. lat. ad text. germ. lit. D. vers. nam actiones injuriarum, Matth. Coler. d. decis. 128. num 2. ibi, secus de jure Saxonico, & d. decis. 167. num. 3. ibi, jure autem Saxonico, part. 1. Rauchb. d. quæst. 48. num. 11. post princ. part. 1. Reinhard. (ubi ita practicari & tàm Lipsenses, quàm Magdeburgenses, pronunciare dicit.) part. 4. differ. 16. vers. secus de jure Saxonico. Zobel. part. 4. differ. 7. num. 30. post princip. Gl. lat. ad text. germ. in Landr. lib. 2. art. 16. lit. M. Chil. König in suo processu c. 58. num. 3. ante med. vers. Vnd auch darumb.

3 Et hodie ab Augusto Electore Saxoniæ approbatum & confirmatum in ejus Novellis,

part. 4. const. 46. post princ. ubi in comm. Daniel Moller. num. 3. post princ.

4 Et obtinet, sive civiliter, sive criminaliter agatur,

Myns. cent. 5. d. obser. 7. num. 2. vers. & hoc sive agatur, & seq. Hartm. Hartm. lib 2. obser. tit. 49. obser. 2. n. 4. ibi, & hoc sive agatur, & seq.

Non obstante, quod contrarium velle videatur

Jul. Clar. lib. 5. sent. §. injuria, numer. 9. vers. hoc tamen intellige, & seq.

ubi dicit, quòd hoc procedat tantùm in actione injuriarum criminali, non item in civili, quæ est perpetua. Nisi ibi pro verbo (*Criminali*) subintelligi debeat (*prætoria*) ita, ut ibi non fiat oppositio actionis injuriarum civiliter intentatæ, & actionis criminalis propriè sic dictæ, sed tantùm actionis prætoriæ, & actionis injuriarum civilis, ex l. Cornelia descendentis, id quod non solum materia subjecta, sed etiam DD. allegati, nempè

Francisc. Balb. de præscript. part. 4. princ. quæst. 1. n. 3. sub fin. & Roland. à Vall. consil. 39. n. 15. post prin. vol. 2. manifestò ostendunt.

5 Deindè obtinet in retorsione; si enim injuriarum actio per lapsum anni est finita, tunc post illud tempus retorsio fieri nequit,

pulchrè Iohann. Harppr. in §. hæc actio 12. inst. de injur. n. 215. ibi, de tempore retorsionis, n. 216. & n. seq.

Et hæc in tantùm vera sunt, ut post lapsum anni injuriatus, nomine injuriæ sibi illatæ, ne quidem officium judicis implorare & petere possit, ad hoc, ut injurians ex officio puniatur, ut scitè tradit 6

Johann. Harppr. (ubi pulchras quatuor rationes affert) in §. in summa autem 10. inst. de injur. nu. 75. sub fin. vers. quam ob rem multo minus, numer. 76. & seq. Daniel Moller. (ubi dicit contrariam opinionem Ioann. Fabri apud nos non observari) in comm. ad constit. Saxo. part. 4. constitut. 46. n. 11.

Non attento, quod contrarium velit

Johann. Faber. in d. §. sed & lex instit. de injur. quem sequitur Ioach. Mynsing. cent. 5. d. obser. 7. num. 6. ibi, ubi etiam tenet, & seq. Hartm. Hartm. lib. 2 obser. tit. 49. observat. 2. numer. 9. sub fin. vers. ubi etiam tenet, & num. 10.

Imò licet judex propriò motu, nullâ imploratione factâ, ex officio contra injuriantem post annum procedere & eum punire velit, tamen hoc facere non potest, 7

Joann. Harppr. d. §. in summa a. 10. inst. de injur. n. 72. vers. cæterum quod prætor, n. 83. & nu. seq. Ægid. Boss. (ubi limitat) in sua pract. crimin. tit. de injur. n. 31. ibi, an ex officio. & n. 32. VVesenb. consil. 22. incip. ne frustra, n. 6. sub fin. vers. etiam quando officio judicis. & n. seq. vol. 1.

Fallit tamen, si in actione injuriarum instituta lis est contestata, tunc enim per litis contestationem perpetuatur, 8

Rota decis. 2. de injur. in novis, Gail. lib. 1. obser. 64. n. 5. ibi, quæ quidem actio Francisc. Balb. tract. de præscript. part. 4. princip. quæst. 1. n. 4. ibi, adde prædictis, & part 3. part. 6. princip. quæst. 4. n. 6.

In Camerâ tamen Imperiali, cum propter multitudinem causarum, & certam ex ordinatione procedendi formam, plerumq; intra annum litigantes ad litis contestationem pervenire non possint, ita ut non voluntate litem contestandi, sed tempore excludantur, ideoq; meritò solâ citatione & ejusdem reproductione, absq; litis contestatione, actio injuriarum perpetua efficitur, 9

teste Andr. Gail. d. observ. 64. nu. 6. ibi, & hinc Camerâ sola, & obser. 74. incip. etsi citatio n. ult. sub fin. vers. & obiter observa, lib. 1. Ioann. Harppr. in §. hæc actio, 12. inst. de injur. n. 67.

Imò hodiè nuspiam ampliùs in usu est, ut ad perpetuationem actionis injuriarum lis contestetur, sed sufficit sola citatio, quoniam hodiè rarò, aut propemodum nunquam, in primo anno, ob multitudinem litium, & exceptionum dilatariarum, ad litis contestationem pervenitur, 10

teste Frid. Pruck. consil. 22. incip. cum. vir, num. 26. ibi, sed & quod dicitur. & seq. vol. 1. Joann. Harppr. in §. hæc actio, 12. inst. de injur. n. 68. vers. eandem rationem in nostris, & seq.

Deinde fallit, si preces fuerint Principi porrectæ super actione injuriarum. & judex datus, 11

Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49 obser. 2. nu. 13. ibi, item si preces, & seq. per text. in l. 1. & 2. C. quando libellus Principi datus litis contestationem fac. Daniel Moller. (ubi extendit) in comm. ad constit. Saxon. part. 1. const. 7. nu. 7. Zobel in gl. lat. ad text. germ. Landr. lib. 3. art. 12. lit. B.

Item fallit in actione revocatoriâ, quæ etiam 12

perpe-

perpetua est, & anno non finitur, *ut supra conclus. 62. n. 43. hac part. 1. dixi.*

Similiter fallit, si per viam exceptionis injuriarum agatur,

ut post Hostiens. Anton. de Put. & Abb. tradit. Iason. in l. si eum judicio, §. qui injuriarum, 2. ff. si quis cautionibus, judic. sistendi caus. fact. numer. 8. vers. tamen per viam exceptionis, & seq.

13 Prætereà fallit in injuriâ, Doctori illatâ; Ea n. non anno, sed spacio viginti annorum, tollitur,

Juxta Bimium, consil. 99. n. 24. & seqq. quem refert & sequitur Cæsar. Manent. consil. 101. incip. firmiter teneo, dominam Seiam, n. 74. & seq.

14 Deniq; fallit in actione *l. diffamari. 4.* quæ non, nisi triginta annis, præscribitur,

VVesenb. in comm. manuscript. ad constitut. Saxon. part. 4. const. 46. quem refert & sequitur ibidem Daniel Moller. n. 13. ibi, quæro autem de actione Heig. quæst. 31. n. 20. sub fin. part. 1.

Sed an hic annus sit utilis, an verò continuus, magna solet esse controversia?

15 Quod sit continuus, tradit simpliciter

Gl. in §. sed & lex Cornelia, instit. de injur. verb. introduxit sub fin. vers. semper non anno continuo, & in l. si non convicii, 5. C. eod verb. annus in princ. VVesenb. in comm. ff. de injur. num. 15. vers. & quidem continuum. Iul. Clar. (ubi communem dicit.) lib. 5. sent. §. injuria. num. 9. sub fin. vers. scias etiam quod iste annus, & seq.

Tùm, quia in dubio dilationis debent intelligi continui temporis,

l. 1. C. de fer. l. 3. in C. de dilat.

Tùm, quia dilationum materia est amputanda,

l. 2. in princ. C. de tempor. appellat.

Tùm, quia actio injuriarum est odiosa & pœnalis, mitiorem igitur sententiam amplecti debemus, *l. interpretatione 42. ff. de pœn. l. Arrius. 47. ff. de O. & A.*

16 Econtrà, quod hic annus sit utilis, & non continuus, tradit etiam simpliciter

Jacob de Ravenn. in l. si non convicii. 5. C. de injur. Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49. obser 2. n. 2. & seq. junct. n. 5. n. 6. & n. seq. Bl. in l. si non convicii. 5. C. de injur. n. 2. vers. quidam dicunt, quod iste annus, per text. in l. item si cum exceptione 14. §. in causæ. 2. vers. & sanè ff. quod met. causa,

propterea, quod in dubio recurrere debeamus ad consuetudinem loquentis,

l. si servus plurium 50. §. ult. ff. de legat. 3.

Sed Prætor in edictis suis consuevit loqui de anno utili,

text. post gl. in §. 1. inst. de perpet. & tempor. action.

17 Ego verò dispiciendum esse censeo, quamobrem indagetur, an annus hic sit continuus, vel utilis; an ad hoc, ut tàm diebus feriatis, quàm non feriatis, an verò, ut etiam ignoranti & absenti, currat.

18 Priori casu, eum continuum esse, & tàm diebus feriatis, quàm non feriatis currere, statuo, veluti etiam ita, per rationes modò adductas, in specie tradit

Raphael. Cuman. consil. 74. incip. quia superiùs plenissimè. in 2. quæst. (ubi communem dicit) num. 5. vers. circa secundam quæstionem, & vers. seq. Iacob. de Bellovis. in sua pract. lib. 1. c. 3. num. 11. sub fin. vers. sed an talis annus, & numer. 12. Joann Schneid. (ubi hanc veriorem & communiorem esse testatur) in §. sed & lex Cornelia institut. de injur. numer. 1. sub fin. vers. sed dubium est utrum, numer. 2. vers. verior tamen & communior. & seq.

Posteriori casu, annus erit utilis, & non, nisi à tempore scientiæ, currere incipit, 19

Jacob de Bellovis. in sua pract. criminal lib. 1. c. 3. num 13. vers. posset tamen dici contrarium, & seq. pulcrè Hieronymus Schurff. consil. 61. incip. licet in præsenti, num. 2. num. 3. ibi, tamen videtur probabiliter dicendum, num. 4. 5. 6. 7. 8. & n. seq. cent. 1. Joann. Andr. in addit. ad Specul. lib. 4. part. 4. tit. de injur. & damn. dat. §. 1. num. 3. in fin. verb. actio. post princ. vers. inducitur ad contrarium, Andr. Gail. lib. 2. obser. 105. incip. quæsitum utrum, num 1. & seq. num. 3. vers sed istis non obstantibus, num. 4. & seq. Ioann. Harppr. in § hæc actio. 13. instit. de injur. nu. 27. sub fin. vers. ego tamen in contrariam partem. n. 28. & n. seq. Mynsing. cent. 5. obser. 5. (ubi ita in Camerâ Imperiali in causa Lindaw contra Lindaw/ & in causa Halle contra Rotdorff judicatum fuisse testatur) incip. notum est, num. 2. & seqq. num. 7. ibi, in Camera verò Imperiali, & n. seq. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 46. n. 11. in princ. & vers. contraria tamen opinio, & seq. Andr. Fachin. lib. 9. controvers. c. 8. incip. annus quo injuriarum, vers. hanc posteriorem, & per tot. Francisc. Marc. decis. 192. incip. quæritur an actio civilis, num 7. vers. sed pro contraria parte, & seq. part. 2. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 1. num. 4. vers. contrarium videtur. Pruckm. consil. 11. incip. & sanè, n. 21. vol. 1.

Pro qua assertione, præter rationes modò adductas, & à *Fachin. Andr. Gail. Harppr. & aliis dict. locis* allegatas, facit

Tùm (1.) textus *in l. si bonorum 2. C. qui admittitur ad bonor. possess. post. l. si u quem 4. C. de liber. caus. l. cum sex. 55. ff. de ædil. edict. l. 1. §. dies, 7. ff. quand. appell. sit.*

In quibus locis omnibus dicitur, quod ejusmodi tempus ignoranti non currat.

Tùm (2.) textus *in l. annus. 6. sub fin. ff. de calumniat. l. semper 15. § annus 4. ff. quod vi aut clam.*

Ubi etiam dicitur, quod in illa materia annus non nisi à die scientiæ currere incipiat.

Et in *d. l. annus. 6. & in l. cum sex. 55. ff. de ædil. edict.*

Assignatur ratio, quod is, qui nescit, experiundi potestatem non videatur habere.

Tum (3.) quia generalis theorica est, quod in præscriptione annali, qualis est in hac materia, tempus annale vel brevius ignoranti nunquam currat,

Andr. Tiraq. de retract. lignag. §. 35. gl. 4. verb. ignorans, n. 22. ibi, secundùm quod tempus. Hartm. Pist. quæst. 12. incip. vasallum vivente num. 26. ibi, idq; regulare est, & seq. lib. 2. part. 1. Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon. part. 2. const. 32. n. 12. vers. id tamen in præscriptione, & seq. Iason. consil. 64. n. 19. ubi subdit. vol. 3. Paul. de Castr. consil. 351. incip. præfacta reformatio n. 1. vers. nam ad quid, & seq. vol. 2.

Tùm (4.) quia præscriptiones contra actiones pœnales Prætorias temporales currunt tantùm ob moram & negligentiam non agentium,

l. 1. ff. de usucap. l. 1. §. ult. C. de annal. except.

Sed in omni præscriptione, quæ ex negligentia alicu-

alicujus currit, necesse est, ut initiò ponantur, quæ negligentiam inducunt,

in l. generio ff. de his qui not.

Sed ignoranti nulla negligentia imputari potest; Et per consequens non currit ei præscriptio.

Schurff. d. consil. 16. n. 6. Gail. d. obser. 105. n. 5. & seq. Harppr. d. §. hæc actio. 12. n. 29.

Et hæc assertio etiam verissima est.

Non obstante, quod contrarium directò velit *Hieronymus Schurff. (sibi contrarius) consil. 12. incip. veritas ipsius articuli, num. 1. vers. & iste annus est continuus, num. 2. vers. iste annus continuus incipit. & seq. cent. 1. Henning. Gæd. consil. 102. incip.* auff vergebrachte Klage/ *num. 19. in princ. vers. incipiendo a die illatæ injuriæ, & num. seq. Ægid. Boss. tractat. crimin. tit. de injur. num. 23. vers. ita ut currat etiam ignoranti, & seq. quem sequitur Matth. VVesenb. consil. 22. incip. ne frustra, n. 6. vers. quod quidem tempus, vol. 1. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 1. quæst. 10. n. 22. vers. annus ij iste, & seq.*

Pro quorum opinione pugnare videtur *textus in l. ult. C. de dolo malo*, ubi tempus biennii, intra quod actio de dolo debet institui, est continuum, & currit ipso jure, etiam ignoranti. Deinde *textus in l. ult. sub fin. C. de præscript. long. tempor.* ubi præscriptio currit, nullâ scientiâ vel ignorantia expectanda, ne alias dubitationis inextricabilis oriatur occasio. Ulteriùs *textus in l. sicuti, 3. §. ult. in fin. C. de præscriptione, 30. vel 40. an.* ubi post præscriptionem nulli ulteriùs agendi facultas patere debet, etiamsi se legis ignorantiâ excusare tentaverit; Prætereà *textus in l. si partem. 19. §. si per fundum. 1. ff. quem servit. amitt.* ubi is, qui nescit sibi servitutem legitam, si per constitutum tempus ad perdendam servitutem eâ non utatur, amittit viam, & ita currit præscriptio contra ignorantem.

Quæ tamen rationes parum urgent; Quia *in d. l. ult. C. de dolo malo*, biennium ideò etiam ignoranti currit, quoniam elapso illo tenetur dolum faciens actione in factum, *Schurff. d. consil. 61. num. 8. cent. 1.* Aliter solvit *Joann. Harppr. in d. §. hæc actio 12. inst. de injur. n. 31.*

Reliqui textus loquuntur de perpetuis actionibus, & præscriptionibus longi, vel etiam longissimi temporis, in quibus præscriptio rectè etiam ignoranti currit, secus est in actione temporali & præscriptione annali, *ut modo dixi.*

Aliter respondet *Schurff. d. consil. 61. num. 8. vers. nec prædictis, & seq. cent. 1. Harppr. d. §. hæc actio. 12. num. 32. & seq.*

20 Et hanc conclusionem etiam approbavit, & confirmavit Augustus Elector Saxo. in suis Novellis,

part. 4. const. 46. post princip. ubi his ipsis verbis constituit: Jedoch wollen wir daß die verjährung von der zeit an als der *injuriatus* solche *injurien* erfahren vnd zu wissen bekommen hat/ gerechnet/ vnd zu lauffen angefangen werden.

21 Nuda autem allegatio non sufficit, sed injuriatus, si eam aliter probare non poterit, jurare debet, quod à tali tempore primum in notitiam irrogatæ injuriæ venerit, veluti ita in Camera Imperiali observari, testatur

Andr. Gail. lib. 2. observ. 105. incip. quæsitum utrum: numer. 7. ibi, in Camera Imperiali, & numer. seq. Rutg. Ruland. de commiss. part. 4. lib. 7. c. 6. num. 10. vers. si fuerit an jurare.

Idem dicendum est, si injuriatus non in aliqua probabili ignorantia constitutus, sed alio justo impedimento, quod removere non poterat, impeditus fuerit, quo minus injuriarum agere potuit; tunc enim illi annus etiam non currit, 22

Petrus de Ancor. consil. 306. numer. ult. in fin. Francisc. Marc. decis. 142. num. 7. vers. ubi tenet, quod ille annus, part. 2. per regulam universalem in l. 1. §. ult. C. de annal. except. ubi generaliter traditur, quod non valenti agere, non currat præscriptio.

Unde fit, si actio injuriarum ab aliqua causa principali ortum habet, qua pendente Injuriatus agere non potest, donec causa principalis fuerit finita, quod tunc, licet interim annus elabatur, is per hoc etiam non excludatur, quò minus posteà ad actionem injuriarum instituendam admittatur, 23

ut supra conclus. 65. hac part. 5. latius dixi.

Quamvis ad pleniorem cautelam interim protestationem, vel etiam libelli oblationem fieri posse quispiam non inutiliter suaserit, 24

Salyc. in l. ut perfectius C. de annal. except. Bernhard. Grav. lib. 2. practic. conclus. 104. considerat. 1. numer. 5. Rutg. Ruland. tractat. de commiss. part. 4. lib. 7. cap. 6. num. 11. (ubi ita in Camera. 3. Novembr. Anno 1561. observatum refert,) vers. & videtur vel statim, & seq.

Illud autem observandum est hoc in loco, quod prædictus annus in Saxonia, & Electoratu non pro anno civili, sed pro anno & die Saxonico, qui integrum annum, sex septimanas & tres dies continet, accipi debeat, 25

Joach. à Beust. in l. nam posteaquam 9. §. si is qui ff. de jurejur. num. 11. ibi, si ista actio, & num. seq. Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 62. incip. In den Schöppenstülen/ *numer. 2. vers.* nach Sächsischen Recht aber/ *Chil.* König *in suo process. c. 19. incip.* weil hierüber *n. 3. post princ. Rosa in addit. ad Daniel Moller. constit. Saxon. part. 4. const. 46. n. 15. sub fin.*

SECUNDO CASU principali, si quæritur de injuriis realibus, & de actione injuriarum civili; 26

Et tunc, si pro injuriis realibus ex jure prætorio agitur, res extra omnem dubitationem posita est, quod illæ anni spacio etiam præscribantur, 27

Bartm. Pistor. quæst. 20. incip. fuit quæsitum, n. 1. (ubi ita inter omnes juris interpretes, nemine contradicente, convenire ait) ibi, & certo si de illa, & seq. nu. 5. ibi, sed etsi jegu. num. 6. vers. præterea cum Ulpianus, & seq. lib. 4. Ranibb. quæst. 48. n. 6. n. 8. vers. tamen cum idem, & seq. part. 1.

Si verò pro illis injuriis realibus ex l. Cornelia agitur, & ita quæritur de actione injuriarum civili, quæ in tribus illis casibus, si quis pulsatus, verberatus vel ejus domus vi introita est, ex l. Cornelia competit, & tunc major solet de jure civili esse controversia. 28

Siquidem *Gl. in §. sed & lex Cornelia, inst. de injur. verb. introduxit, sub fin. vers. Joannes contra, & in princip. inst. de perpet. & tempor. action. verb. constitutionibus, sub fin. vers. una injuriarum quæ descendit. Azo. in summ. C. de injur. num. 17. Anton. Gomez tom. 3. var. resolut. c. 6. nu. 16. Roffred. in tract. libell. rubr.* 29

de

& civili actione injur. ex l. Cornelia, post med. col. 3. vers. alia enim est differentia, in verb. sed Dominus Joannes & Dominus meus fol. mihi 93. Joann. Oldendorp. in sua class. class. 7. (ubi dicit se malle in hujusmodi causis oblivionis, quam diuturni judicii authorem haberi.) act. 10. tit. quam diu competat. VVesenb. in comm. ff. de injur. numer. 15. post princ. vers. quod alii negant. Petr. à Plac. in epitom. delict. cap. 6. num. 43. Johann. Andr. in addit. ad Speculat. libr. 4. part. 4. tit. de injur. & damn. dato §. 1. num. 3. sub fin. lit. D. verb. actio. post princ. vers. alia quæstio est, & seq. dicit quod illa actio l. Corneliæ sit annalis, & injuriæ hæ reales anno finiantur. Moventur, per textum generalem in l. si non convicii, 5. C. de injuriis, ubi indistincte dicitur, quod actio injuriarum anno præscribatur; ubi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus,

l. de precio. 8. ff. de publ. in rem action. Gl. in l. 3. ff. de officio præsid.

Deindè, actio hæc est odiosa, & tendit ad vindictam, & ideò restringenda.

c. odia de R. I. in 6. Ioann. Andr. ad Specul. d. verb. actio, in fin. vers. quia actio est odiosa, & seq.

30 His tamen non attentis, contrarium rectiùs tradunt, & dicunt, hanc civilem injuriarum actionem, ex l. cornelia descendentem, esse perpetuam,

Joann. Faber. in §. sed & lex. Cornelia, inst. de iniur. Francisc. Balb. tract. de præscript. part. 4 princ. quæst. 1. (ubi hanc veram & magis communem vocat,) num. 3. sub fin. vers. sed secundum magis veram. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. injur. numer. 9. vers. hoc tamen intellige. Præpos. (ubi contraria solvit,) in cap. 1. §. injuria. tit. de pac. juram firmand. in med. princ. vers. tamen ne incidatis, & vers. seq. Fachin. libr. 9 controvers. cap. 7. incip. actionem injuriarum, vers. equidem negari non potest, per tot. Roland. à valle, consil. 39. incip. quia semper mihi, num. 15. vers. quia actio injuriarum. vol. 2. Bernhard. Graven. lib. 2. pract. concl. 105. considerat. 1. Ioann. Schneid. (ubi hanc communiorem, & veriorem vocat) in §. sed & lex. Cornelia instit. de injur. num. 3. vers. contraria tamen sententia, Prosper. Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 1. quæst. 10 num. 23. post princ. vers. civilis autem non, & num. seq. Soar. in communibus opinionibus, vers. injuriarum actio, n. 7. pract. Conrad. tit. de injuriant. numer. 29. Ioann. Harppr. in d. §. hæc actio 12. instit. de injur, num. 3. vers. non verò de speciali seu civili, & num. seq. Andr. Rauchbar. quæst. 48. incip. de actione, num. 3 part. 1. Hartm. Pistor. (ubi rationes affert, contraria solvit, & hanc juris rationem magis consentaneam, & crebriore interpretum calculo comprobatam esse dicit,) quæst. 20. incip. fuit quæsitum, nu. 2. ibi, verum contraria, num. 3. & seqq. lib. 4. Mynf. cent. 1. obser. 84. (ubi secundum hanc in Camera Imperiali 23. Mart. Anno 1537. in causa Hanaw contra Straßburg/ & eod. anno in causa Gebel contra Köln / judicatum fuisse testatur) incip. quod actio civilis per tot. & cent. 5. (ubi idem testatur,) obser. 7. incip. notum est, num. 8. vers. verùm priorem sententiam, & seq. Matth. Coler. decis. 128. num. 1. vers. civiles autem, & decis. 167. num. 2. ibi, secus in actione, part. 1. Joach. à Beust. in l. nam posteaquam 9. §. si is qui ff. de jurejur. nu. 10. pag. mihi. 261. VVesenb. consil 22. incip. ne frustra, n. 6. vers. non ex lege Cornelia, & seq part. 1 Henning. Gaden. consil. 102. incip. auff vorgebrachte Klage/ num. 18. & seq. Andr. Gail. lib. 2. obser. 104. num. 4 vers. sed instar realium, Daniel Meller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 46. num. 1. vers. alii contra & seq. Frid. Pruckman. consil. 22. incip. cum vir nobilissimus. num. 24. vol. 1. Heinric. Nebelträ / (ubi rationes affert, & contraria solvit) decis. 8. incip. in publica platea, in med. vers. at hiis non obstantibus, & per tot. Hieron. Schurff. consil. 12. incip. veritas istius, numer. 1. vers. exceptis tribus casibus, & sequent. & consil. 61. num. 1. & seq. cent. 1.

Principalis & potissima ratio est, quod actio injuriarum ex l. Cornelia descendens sit civilis. Civiles autem actiones, quæ ex legibus, SCtis & constitutionibus oriuntur, esse perpetuas, dubium nullum est.

princip. inst. de perpet. & tempor. action. l. 3. & l. 4. C. de præscript. 30. vel. 40. annorum, l. in honorariis, 35. ff. de O. & A.

Nec movent rationes, quæ modò in contrarium adductæ sunt, & adhuc amplius adduci possunt. Eas enim solide refutat

Heinric. Nebelträ d. decis. 8. in med. vers. respondere conantur, & seq. usq. ad fin. Joann. Harppr. d. §. hæc actio 12. inst. de injur. num. 5. & seq Schneid. d. §. sed & lex inst. eod. n. 3. in med. Hartm. Pistor. d. quæst. 20. l. 4. & seq. lib. 4.

Jure Saxonico quanto tempore injuriis realibus præscribatur, magna etiam est contentio, 31

Quod enim annali præscriptione tollantur, tradit 32

Hieronymus Schurff. (ubi dicit, quod de jure Saxonum omnes actiones injuriarum sint annales, & ita tantùm anno durent, & ita per totam istam patriam observari affirmat) consil. 12. incip. veritas istius articuli, nu. 5. sub fin. vers. tamen ad hoc de iure Saxonum, & seq. cent. 1. quem sequitur Johann. Schneid. in §. sed & lex Cornelia inst. de injur. num. 3. sub fin. vers. de jure verò Saxonum contrarium, & sequent. Matth. Coler. decis. 125. (ubi ita practicari & consuetudinem astipulari dicit) num. 2. ibi, secus de jure Saxonico, & decis. 167. (ubi ita communi consuetudine in toto foro Saxonico observari testatur,) numer. 3. ibi, jure autem Saxonico. part. 1. Reinhard. (ubi ita consuetudinem astipulari, & ita tàm Lipsenses quàm Magdeburgenses pronunciare ait) part. 4. differ. 16. vers. secus de jure Saxonico, Zobel. part. 4. differ. 9. numer. 30. post princip. VVesenb. (ubi hodiè ita apud nos servari testatur) in comm. ff. de injur. num. 15. post princip. vers. quarum sententia etiam apud nos. Consult. constitut. Saxon. tom. 1. part. 4 quæst. 30. incip. practici dicunt, numer. 1. & seq. n. 5. sub fin. vers. in dem aber können wir *per textum* im Landrecht/ *lib. 3. art. 31. in med.* ubi dicitur. Wer den andern fehet/ vnd jhm doch nichts nimpt / oder aber jhn wundet oder schleget/ alse daß die Wunde nicht tödtlich ist / oder eine Lambde machet / seinen Erben hat er darumb nichts zu antworten / oder er stirbt nach der Jahrtahl.

Econtrario, quod injuriæ reales civiles, ex l. Cornelia pro injuriis realibus competentes, etiam in foro Saxonico sint perpetuæ, & non annales, dicit Chilian König/ *(ubi ita apud nos in usu servari testatur) in suo process. c. 59. incip.* weil hierüber/ *u. s. ibi,* Darauß kömpt es/ *usq. ad fin.* 33

Alii v. distingvunt inter injurias reales, seu vulnara levia & modica, & inter gravia & atrocia; Ita ut 34

7. Lis propter subterfugia & cavillationes adversarii pro contestata non habetur, si quis tanquam contumax punitur, & aliqua pœna afficitur.

9. Si injuria filio vel uxori, vel alii ex familia est facta, an morte injuriati extinguatur etiam ea injuria, quæ patri, marito, vel alius consanguineis competere potest n.10. 11. 12. 13.

14. Injuria extinguitur per expressam remissionem.

15. Injuria semel remissa ne quidem per restitutionem in integrum resuscitari potest.

16. Hæc remissio filio non nocet.

17. An etiam patri vel alius cognatis præjudicet.

18. Si quis per confessionem peccatorum, sacerdoti factam, adversario injuriam remittit, an & quatenus ille injuriarum agere possit. n.19. 20. 21. 22.

23. Injuria etiam extinguitur dissimulatione.

24. Dissimulatio & tacita remissio injuriarum, ex quibus signis & conjecturis colligitur, remissive.

25. Plures modi tollendi injurias traduntur, remissivè.

26. Extinctâ injuriâ, an nihilominus actio l. Aquiliæ ad damna, interesse & expensas, superfit.

27. Hæc actio l. Aquiliæ datur heredi & contra heredem.

28. Dummodò lis fuerit contestata, vel quid ad eos pervenerit, n.29.

30. Cicatricum, & deformitatum an etiam habeatur ratio.

IN præcedenti conclusione abundè dixi de uno modo, nempè de tempore, quo actio injuriarum tollitur, & præscribitur, nunc etiam de aliis modis tollendi injurias brevissimè discurremus.

1 Omnibus autem notum est, quod actio injuriarum morte tàm injuriati, quam injuriantis, extinguatur, nec heredi, & contra heredem competat, per textum expressum.

In §. non autem omnes. 1. instit. de perpet. & tempor. action. in l. si cum judicio. 10. §. qui injuriarum. 2. in princ. & vers. idem dicendum esse. ff. si quis cantion. judic. sistendi caus. fact. l. pœnales. 32. post princ. ff. ad l. Falcid. l. injuriarum. 13. in princip. l. item apud Labeonem. 15. §. injuriarum. 14. l. injuriarum. 28. ff. de injuriarum. Jodoc. Damhoud. in suâ pract. criminal. cap. 136. n. 24. ibi, actio quoque. Ioann. Schneid. in §. ult. instit. de injur. nu. 3. in med. vers. sexto per mortem. Ioann. Harppr. eod. nu. 61. & seq. Hartm. Pistor. quæst. 27. nu. 1. & seqq. part. 1. Iacob Thoming. decis. 24. n. 1. & seqq.

2 Nisi lis fuerit contestata,

§. non autem omnes. 1. vers. exceptâ injuriarum. junct. vers. pœnales autem actiones. instit. de perpet. & tempor. action. d. l. si cum judicio. 10. §. qui injuriarum. 2. post pr. ff. si quis cantion. judic. sistend. caus. d. l. injuriarum. 28. ff. de[illegible]ur. Damhoud. d. c. 136. n. 24. vers. nisi processus. VVesenb. in comm. ff. de injur. num. 12. vers. nisi a defuncto. Iacob Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 1[illegible]7 n. 18 ibi, quinto & illud. part. 3 Iohann. Harppr. in d. §. hæc actio. ult. instit. de injur. num. 65. ibi, cæterum si lis. & num. seq. Iacob de Bellovis. in sua practic. crimin. libr. 1. c. 3. num. 79.

Quod procedit, non tantùm si de verbali, verùm etiam reali injuriâ, agatur, 3

Iacob Schult. (ubi duas rationes affert) in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 107. nu. 19. ibi, ampliatur hæc. n. 20. n. 21. part 3.

Lis autem, quoad transmissionem & perpetuationem hujus actionis, pro contestatâ habetur, si preces Principi fuerint oblatæ, ut in præcedenti conclus. n. 11. dixi. 4

Vel quoties per subterfugia & cavillationes rei stat, quò minus litem contestetur. 5

Bl. in d. l. si cum judicio. 10. §. qui injuriarum. 2. ff. si quis cantion. in judic. sistend. caus. fact. [illegible] ibi, septimo & ultimo nota. & in l. sure oportet. §. [illegible] ff. de excusat. tutor. nu. 7. vers. ultimo. & in l. mora [illegible] C. de R. V. num. 2. vers. vel per moram. & in l. 1. C. [illegible] de [illegible] de unit. n. 31. vers. vel mora rei. Iason. in d. l. si cum judic. 10. §. qui injuriarum. 2. ff. si quis cantion. in judic. [illegible] ibi, nota ultimò ex versu. & nu. seqq. Paul. de Castr. eod. n. 3. vers. & audivi. Felin. in c. illud. x. de præscript. num. 11. in med. vers. prima conclusio. Alex. consil. 100. incip. dis[illegible]is bu. n. 1. ibi, quia mora commissa. vol. 5. Andr. Tiraq. de retract. lignag. §. 15. gl. 2. nu. 5. ibi, sed hic quæritur. num. 8. (ubi limitat.) nu. 9. & nu. seq. Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 1. constit. 10. nu. 6. & seq. Brun. in l. 1. ff. de privat. delict. num. 9. vers. sed in actionibus. Iacob Thoming. decis. 24. nu. 4. & seq. Hartm. Pistor. quæst. 28. n. 7. part. 1.

In Saxonia verò dicendum videtur, quod lis hoc in casu propter adversarii subterfugia, & cavillationes pro contestata non habeatur, 6

Daniel Moller in comm. ad const. Saxon. part. 1. d. constit. 10. nu. 7. ibi, quamvis Elector. & seq.

propterea, quod in his terris ejusmodi tergiversator pro contumace habeatur, & tanquam confessus pro more nostrorum judiciorum in Ehehafft condemnetur, ita, ut nisi justas causas, quibus impeditus litem contestari non potuerit, alleget, & probet, totâ causâ cadat,

Hartmann. Pistor. quæst. 3. num. 1. & seq part. 1. Chilian. König in suo processu. c. 60. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 2. num. 22. & seq. decis. 104. nu. 1. & seq. part. 1.

Sed ita est, si ille, qui litem contestari recusat, pro contumace habetur, & certâ pœna afficitur, quod tunc lis pro contestata non habeatur, 7

Bl. in l. sure oportet. 13. §. sufficit. ff. de excusat. tutor. n. 7. vers. collige argumentum quod ille. & seq.

Aliàs enim sequeretur, quod quis propter contumaciam, & ejusmodi leve delictum duplici pœna afficeretur, primò in legitima impedimenta, in die Ehehafft / vel etiam in amissionem causæ, si impedimenta probare nequit, in die Hülffe / condemnaretur, deindè in pœnam & odium ejus lis haberetur pro contestata, quod tamen valde iniquum est, & quis duplici pœna puniri non potest, *l. sancimus. C. de pœn.*

Facit etiam, quod adversarii tergiversationes,

& c[illegible]gia, vel pro justis, & saltem probabilibus exceptionibus, & causa a judice reputatæ fuerint, vel non; si pro justis causis judex eas habuerit, vel saltem probabiliter viderit adversarium propter tergiversationem pro contumace non esse habendum, & ideo pronunciaverit, daß Beklagter seines Einwendens ungeachtet/ auff die erhobene Klage zu antworten/ unnd den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ tunc adversarius excusatus erit, & lis pro contestata haberi nequit, ut recte tradit

Andr. Tiraq. de retract. lignag. §. 15. d. gl. 2. nu. 8. vers. primo quidem ut procedat. & seq.

Sin verò eas injustas esse cognoverit, & adversarium in legitima impedimenta, in die Ehehaffte/ condemnaverit, tunc is alia pœnâ affici nequit, *d. §. sancimus. C. de pæn.*

Deniq; facit, quod hodiè pro injuriis ut plurimum criminaliter ad revocationem agatur; in delictis autem, ubi criminaliter agitur, propter ejusmodi subterfugia litem non haberi pro contestata, sed requiri veram litis contestationem, tradit

Br. in l. civilu. 1. ff. de privat. delict. nu. 9. ibi, ulterius quæro. post princ.

8 Bene tamen verum est, si actor, vel propter absentiam judicis, vel propter multitudinem causarum & exceptionum dilatoriarum ad litis contestationem pervenire non potuerit, & ita per eum non steterit, quò minùs lis contestetur, quod tunc actio injuriarum rectè perpetuetur, & ad heredes transmittatur, etiamsi litis contestatio non fuerit subsecuta, ut in præcedenti conclus. *nu. 9. & n. 10. ex Gail. Pract. & Harppr.* dixi.

Licet contrarium velit

Andr. Tiraq. de retract. lignag. §. 15. gl. 2. n. 9. ibi, secundo intellige. & seq.

9 Sed quid, si injuria filio, vel uxori, vel alii ex familiâ illata est: quò quidem casu etiam patri, matri & omnibus de familia facta censetur,

l. 2. & 3 ff. de liber. caus. gl. in l. lex Cornelia. §. in princ. ff. de injur. Gravett. consil. 41. incip. venerabilis dominus. n. 3. ibi, quia injuria. tom. 1.

an tunc actio, quæ patri, marito, vel aliis consanguineis competit, perinde morte injuriati extinguatur, sicut ea, quam injuriatus ipse intentare poterat, morte ejus expirat?

10 Quoad illas quidem personas, quæ nostræ potestati & affectui sunt subjectæ, quales sunt liberi nostri, uxor, nurus, servus,

l. 1. § 3. sub fin. ff. de injur.

expeditum est, nos etiam iis defunctis, injuriarum agere posse, quoniam ex injuriâ, ipsis illata, nobis peculiaris & propria competit actio, & quidem ita, ut altera alteram non absumat,

l. 1. §. ult. ff. de injur. Hartm. Pistor quæst. 21. incip. juris indubitati. n. 3. ibi, & ad illas quidem lib. 4.

11 Sed de aliis personis, & consanguineis res majorem habet dubitationem; Si tamen & hoc in casu affirmativam arripiamus, & statuamus, aliis consanguineis nihilominus actionem injuriarum competere, & morte injuriati non esse extinctam, nos non posse errare putamus,

per text. in l. si verò. 5. §. hæc autem actio. 5. vers. dummodò sciamus. ff. de his qui effud. vel dejecer. elegant. [illegible] d. quæst. 21. nu. 1. vers. sed in aliis per [illegible] & [illegible] probabiles rationes affert & contraria [illegible] per med. vers. verum re plenius deliberata. n. [illegible] seq. per tot. lib. 4. Br. in l. ult. §. de privat. delict. n. 8. vers. sed bene possit [illegible] & seq.

Quamvis directè contrarium velit 12

per text. in l. sed si unius. 17. §. 11. & § 12. ff. de injur. Carol. Ruin. consil. 2[illegible]. incip. Reverendissime domine. n. [illegible] sub fin. vers. & tamen eius filius. & n. seq. vol. 4.

Quæ tamen conclusio legaliter est accipienda, 13 dummodò annus non fuerit elapsus, eô enim elapsô, consanguinei amplius non admittuntur, veluti nuper in facto habui, & obtinui, per ea, quæ in præced. conclus. latius dicta sunt.

Item injuria extinguitur, si injuriatus eam ex- 14 pressè injurianti remiserit,

Iodoc. Damboud. in sua pract. crimin. c. 136. nu. 29 ibi, remissione. Ioann. Anton. Rub. Alexand. in tract. de potest. procurat. & defensor. in caus. crimin. n. 387. part. 1. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. quæst. 105 inspect. 3 num. 334. & seq. Iul. Clar lib. 5 sent. §. injuria. n. 11. ibi, tollitur etiam. Nicol. Boer. decis. 120. n. 1.

In tantùm, ut injuria semel remissa, ne quidem 15 per restitutionem in integrum resuscitari possit,

elegant. Anton. Faber. in suo Codice. lib. 9. tit. de [illegible] 20. definit. 12. incip. injuria semel. n. 1. & seq.

Quæ tamen remissio fisco, quoad pœnam, & 16 suum interesse, non nocet,

Angel. Aretin. tract. malefic. verb. comparent dicti inquisiti. n. 23. fol. mihi, 307. Gl. marg. ad gl. ordin. [illegible] lib. 1. art. 68. nu 3 lit. B. incip. nota quod pro sub fin. Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. d. quæst. 105. inspect. 3. nu. 264. Ioann. Anton. Rub Alex. tract. de potestat. procurat. & defensor. in caus. crimin. num. 387. vers. non tamen potest. part. 1. pulchrè Iacob de Bellovis. in sua pract. crimin. lib. 1. c. 3. n. 67 ibi, hoc etiam posse dici, nu. 68. & nu. seqq. Petr. Plac. in epitom. delictor. lib. 1. c. 6. n. 42. vers. si injuriam passus. & seq. Ægid. Boss. in suâ pract. crimin. tit. de injur. n. 17. ibi, quando remittitur injuria. & nu. 32. vers. & idem quando. & seq.

Sed, si quis alicui remisit injuriam, an per hoc 17 patri & aliis consanguineis præjudicare censeatur, vide elegant.

Marant. in suo specul. part. 6. dist. & punitur alius per viam inquisit. 1. nu. 58. nu 60. & seq. Nicol. Boer. d. decis. 120. incip. & videtur mirabile. n. 1. & seqq. per tot.

Quid verò dicendum, si quis per confessionem 18 peccatorum, sacerdoti factam, remittit injuriam, an actio injuriarum sit prorsus extincta, & reus ampliùs conveniri non possit?

Si solum rancorem remittit, quem in animo 19 habet, tunc actio injuriarum remissa non censetur,

Alex. in addit. ad Br. in l. non solùm. §. injuriarum. ff. de injur. n. 3. lit. D vers. aut tantum rancorem. Ioan. Schneid. in §. hæc actio. ult. inst. de injur. n. [illegible] in princ. & vers. aut qui remittit solum rancorem. & seq. Bertaz. consil. 152. incip. casus huius. n. 2 vers. aut quis remittit rancorem. lib. 1. Angel. tract. malef. verb. comparent dicti inquisiti. nu. 28. vers. primo casu.

Sin expressè remittat actionem injuriarum, & 20 faciat plenam remissionem, tunc injuria in totum remissa censetur, etiam in foro contentioso.

Alex. in addit. ad Br. d. l. non solùm §. injuriarum. n. 3 lit. D. vers. aut est facto plano. Angel. tract. malefic. verb. compa-

pro cujus assertione facit, quod multò diximus, quod [illegible] a capitalis carcerationis sit tantum annalis? Carcer autem est mala mansio, & species torturæ,

l. [illegible] nem, 7. ff. deposit. Hippol. de Marsil. in sua pract. crimin. §. expedita, n. 11. ibi, quoniam carcer, & §. attingam, nu. 28. ibi, quoniam carcer. Roland. à Valle consil. 17. incip. in ordinatam, n. 21. ibi, quia carcer, vol. 3. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 64. nu. 32. post princ. VVesenb. consil. 57. n. 9. vers. ac species quadam, part. 2. & à tortura ad carcerem, & è contra, valet argumentum, *Bl. in l. si clericus, 2. C. de Episc. audient. num. 7. vers. sicut in tortura, & seq.*

45 Contrarium tamen longè verius est, ut eleganter docet

Andr. Rauchb. (ubi pulchras rationes affert, contraria solvit, & ita aliquandò judicatum fuisse testatur) quæst. 49. incip. datur quoq; injuriarum actio, n. 9. ibi, contra quod hæc, n. 10. & seqq. usq; ad fin. part. 1. VVesenb. (sibi contrarius) in comm. manuscript. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 46. quem refert & sequitur Daniel Moller. ibid. num. 4. post princ. vers. quibus & injustam, & seq.

46 Sed quid, si judex alicujus uxoris & liberorum maritum & patrem injustè occidi fecit, quandiu uxor, & liberi adversus judicem injuriarum agere possint?

47 Quod & hæc injuria sit annalis, & illis ad agendum non nisi annus indulgeatur, consulunt

Henning. Gæden. consil. 102. incip. vorgebrachte klage/ *n. 17. sub fin. vers. quod secundam partem, & n. 18. quem sequitur Hartm. Pist. d. quæst. 20. n. 5. sub fin. vers. ex quo etiam, lib. 4.*

48 A quibus tamen rectè dissentit

Andr. Rauchb. d. quæst. 49. numer. 3. sub fin. vers. hoc facit quod num. 4. junct. n. 13. ibi, non ego Gadeno, & seq. part. 1.

propterea, quia cum injuria injustæ torturæ, *ut jam dictum est*, sit perpetua, multò magis illa injuria, quæ uxori, & liberis ob maritum vel patrem, injustè supplicio ultimo affectum, datur, perpetua erit, quoniam plus est aliquem ultimo supplicio afficere, quàm torturæ subjicere.

49 TERTIO CASU principali, si quæritur de injuriis scriptis, & famosis libellis, quanto tempore tollantur, tunc distinguendum erit inter injurias scriptas, & inter famosos libellos.

50 Priori casu videtur dicendum, quod injuriæ scriptæ de jure civili etiam sint perpetuæ, & non nisi triginta annis præscribantur, ut in terminis voluit *Uldar. Zasius in l. cum lex, ff. de legibus, n. 12. Frideric. Schenck. in suo virid. conclus. 108. Gail. (ubi ita in Camera Imperiali, 25. Septemb. Anno 1567. in causa Pauli* Webesers *contra Georgium* Wrangel *conclusum fuisse testatur) lib. 2. obser. 104. n. 1. vers. an autem hæc injuria, & n. seq. Rutg. Ruland. tract. de commiss. part. 4. lib. 7. c. 6. n. 60. vers. si verbalis, an in scriptis. VVesenb. in comm. ff. de injur. n. 13. post princ. vers. nisi scripto quod perpetuò durat, & seq. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 11. n. 3. ibi, injuria autem quæ fit scriptis, & seq. Vult. in §. pœna autem, 7. inst. de injur. nu. 8. vers. scriptæ injuriæ, & seq. Borch. in §. ult. inst. eod. sub fin. vers. sed & injuria scripto facta, & seq.*

Propterea, quod scriptura sit perpetua, semper maneat, semper loquatur,

l. Arriani, C. de hæretic. l. quædam §. nummularius vers. quarum probatio scriptura continetur, ff. de edend. Petr. Paul. Paris. consil. 112, num. 44. vers. ex quo semper vol. 1.

Et semper habeat actum permanentem,

Bl. in l. un. C. de confess. n. 5. in med. vers. quia scriptura & seq.

Contraria tamen opinio longè verior est, quam etiam in specie amplectitur 51

Johann. Baptista Plot. (inter consilia crimin. Ziletti.) consil. 131. incip. Navariæ, num. 19. vol. 1. quem sequitur Daniel Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. constit. 46. num. 6. 7. 8. & num. seq. Matth. Coler. de process. execut. part. 4. c. 1. num. 92. in med. vers. adeò, ut quamvis injuria, & seq. Johann. Harppr. in §. hæc actio, 12. instit. de injur. num. 12. vers. id tamen à theorica, num. 13. & seq. VVesenb. consil. 22. incip. ne frustra, num. 7. vers. quanquam autem Zasius, & vers. seq. part. 1. Andr. Fachin. lib. 9. controv. c. 9. incip. injuriam per scripturam per tot.

Tùm, quia injuria scripta per omnia & in omnibus est, & dicitur verbalis,

Plot. de in lit. jurand. §. 46. num. 4. Stephan. Aufr. in addit. ad Capell. Tholos. 127. num. 9. Farinac. quæst. 105. n. 4. Andr. Gail. lib. 2. obser. 104. n. 1. VVurmbs. lib. 1. observ. tit. 47. obser. 11. n. 1. Ludov. Roman. consil 378. incip. quo ad primum, n. 1.

Omnibus autem notum est, injuriam verbalem anno finiri, *ut supra dictum, per l. si non convicii. C. de injur.*

Tùm, quia JCtus *in l. lex Cornelia, 5. §. si quis libellum, ff. de injur.* injuriam, verbo vel scriptis alteri illatam, per omnia parificat, tàm quo ad pœnam, quàm quoad delicti qualitatem, *Ludov. Roman. d. consil. 378. numer. 1. vers. primò quia textus, & seq.*

Tùm, quia hæc præscriptio annalis non ex qualitate delicti, sed ex negligentia non agentis est inducta, *Schurff. consil. 61. incip. licet in præsenti, nu. 10. cent. 1. Daniel Moller. in comm. ad const. Saxon part. 4. const. 46. n. 9. VVesenb. d. consil. 22. nu. 7. post princip. vers. addo & illud, & seq. part. 1.*

Tùm, quia injuriæ non à facto, quod scil. scriptura perpetuò durat, sed ab animo injuriandi penduntur, qui post annum cessare intelligitur,

d. l. si non convicii, 5. C. de injur. VVesenb. in comm. ff. de injur. n. ult. sub fin. vers. sed consuetudo non absurde, & seq.

In foro Saxonico ob eandem rationem, quod injuriæ scriptæ, & verbales æquiparentur, etiam pronunciabatur, quod injuriæ scriptæ sint annales, & anno finiantur, 52

teste Chilian. König *in suo process. c. 59. n. 3. ibi,* vnd wo nicht einer mit Schrifften / *& seq. quem sequitur VVesenb. in comm. ff. de injur. num. 13. vers. secus tamen servatur. Consult. constitut. Saxon. tom. 1. part. 4. quæst. 30. nu. 5. ibi, addendum est, num. 7. ibi,* So viel aber / *& num. 8. & quæst. 66. n. 4. vers.* es were aber nothwendig/ *n. 5. & seq.*

Quam sententiam etiam confirmavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis, 53

part. 4. const. 46. §. aber die andern Schrifftlichen *injurien, ult. ubi in comm. Daniel Moller. n. 9. sub fin.*

Posteriori casu, ubi agitur de famosis libellis, propriè sic dictis, tunc videtur dicendum, quod 54

comparent dicti inquisiti. num. 18. vers. secundo casu quoniam constat. Iohann. Schneid. d. §. ult. instit. de injur. n. 7. vers. aut expresse remisit. Farinac. in sua pract. crimin. in part. 4. d. quaest. 105. num. 374. ibi, sub lima banc. & seq. Petr. à Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 6. num. 41. sub fin. Bertaz. d. consil. 152. num. 2. vers. aut remittit plene. lib. 1.

21 In dubio autem quis non plenam remissionem fecisse, sed tantum rancorem animi remisisse, praesumitur

Bertaz. d. consil. 152. num. 2. sub fin. vers. aut sumus in dubio. lib. 1. Iohann. Schneid. d. §. ult. instit. de injur. nu. 7. sub fin. vers. aut sumus in casu dubio. & n. seq. Bar. d. l. non solùm. 11. § injuriarum. n. 3. vers. veritas est, quod non. & ibid. Alex. in addit. lit. D. vers. aut dubitamus. Farinac. d. quaest. 105. nu. 376. ibi, limita sextò. & nu. seq. Pet. à Plac. in epitome delict. lib. 1. c. 6. nu. 41. vers. hinc etiam jus accusandi. Ægid. Boss. tit. de injur. nu. 16. sub fin. vers. quod etiam remissio. Iason. (ubi communem dicit) in l. si tibi. 17. §. quaedam. 1. ff. de pact. num. 2. ibi, extra glossam quaerit. & in l. hujusmodi. 84. §. aedes. de legat. 1. n. 8. ibi, remissio. Matth. de Afflict. in c. 1. § injuria. tit. de pace. juram. firm. nu. 24. & seq. Didac. Covarr. lib. 2. var. resolut. c. 10. nu. 7. vers. tertium constat. & seq. Roland. à Valle consil. 45. nu. 28. ibi, secundò accidit. lib. 4. Angel. Aretin. tract. malefic. d. verb. comparent dicti inquisiti. nu. 28. vers. tertio casu & tunc.

Quamvis contrarium statuit

Bl. in l. Divus Marcus. 2. ff. ad SC. Syllanian. num. 1. sub fin. vers. quaerit hic. & seq.

22 Sed quid, si quis in articulo mortis constitutus remisit actionem injuriarum, an, si postea reconvalescat, etiam injuria reviviscat? Quod negatur, pulchrè

Gl. in §. ult. verb. non revocaverit. vers. sed quid si in ultima. & seq. instit. de injur. Angel. Aretin. (ubi declarat) tract. malefic. verb. ubi comparent dicti inquisiti. nu. 29. ibi, quid si allegat Farinac. in suâ pract. crimin. part. 3. d. quaest. 105. inspect. 8. nu. 379. ibi, sed nunquid remittens. & n. seq.

23 Aliò modò injuria extinguitur, puta dissimulatione, & tacita remissione,

§. ult. instit. de injur. l. non solùm. 11. §. injuriarum. 1. ff. eod. VVesenb. in comm. ff. eod. nu. 13. Iohann. Schneid. in §. ult. instit. ibid. n. 1. & nu. 13. vers. septimò per dissimulationem. Iohann. Harppr. eod. nu. 1. & seq. Iodoc. Damhoud. in suâ pract. crimin. c. 136. nu. 19. in med. Iacob de Bellovis. tract. eod. lib. 1. c. 3. nu. 84. & seq. Prosper. Farinac. in suâ pract. crim. part. 3. quaest. 109. inspect. 8. n. 339.

24 Ex quibus signis, & conjecturis ejusmodi dissimulatio colligatur, & injuria tacitè remissa censeatur, vide latè

Prosper. Farinac. (ubi ampliat & limitat.) d. quaest. 105. inspect. 8. nu. 340. ibi, prima enim & potissima, n. 341. & seq. usq; ad fin. Iodoc. Damhoud. d. c. 136. n. 21. & num. seq. Iacob de Bellovis. in suâ pract. crim. lib. 1. d. c. 3. nu. 86. & seqq. Ioann. Harppr. dict. §. ult. institut. de injur. nu. 2. & n. seq. Schneid. eod. nu. 3. in med. Iason. in l. ex hoc jure. 5. ff. de I. & I. nu. 69. VVesenb. in comm. ff. de injur. nu. 13. VVurmbs. lib. 1. obser. tit. 47. obser. 11. & seq. per tot. Gl. germ. im Landr. *lib. 3. art. 31. §.* oder schlegt. *vers.* diese zwo Missanten. *& seq.*

25 Plures etiam sunt modi tollendi injurias, puta pactum, transactio, satisfactio, juramentum, revocatio, retorsio, poenitentia & similis, de quibus partim suprà diximus, & partim de reliquis videri potest *Schneid. d. §. ult. inst. de injur. n. 3. per tot. Iohann. Harppr. eod. num. 30. & seqq. usq; ad n. 78. VVesenb. in comm. ff. eod. nu. 13. per tot. Gail. lib. 2. obser. 106. nu. 3 & seq. Damhoud. in sua pract. crimin. d. quaest. 105. nu. 151. & seq. Iul. Clar. lib. 5 sent. §. injuria. n. 16. Moller. in comm. ad constit. Saxon. part. 4. const. 42. n. 32. in med. & seq. Schrad. de feud. part. 9. c. 4. nu. 127. & seqq. Beust. in l. nam postea quam. 9. §. si damnetur. ff. de jurejur. n 18. Heig. quaest. 4. n. 19. part. 2. Boss. tit. de inquisit. n. 128. Tellin. in c. delicti. x. de except. n. 16.*

Observandum autem est, quod in omnibus praedictis casibus, ubi injuria vel tempore, vel morte, vel remissione, vel alio modo, est extincta, injuriatus nihilominus ex l. Aquilia ad interesse, damni, & impensarum restitutionem agere possit, 26

l. qui servum. 34. ff. de O. & A. l. item apud Labeonem, 15. § si quis servo, 46. ff. de injur. Gail. (ubi hoc communi calculo DD. receptum, & multis praejudiciis in Camerâ confirmatum esse testatur,) lib. 1. de arrest. Imper. c. 14. num. 6. sub fin. vers. illud quoq; in materia. nu. 7. & n. seq. & lib. 1. obser 63. incip. communis. nu. 9. ibi, item observandum Mynsing. (ubi ita in Camera Imperiali in causâ Iohann. Kern *contra Ludovicum de* Bernhausen, *item in causa* Jägern *contra* Welworten *observatum testatur,) cent. 1. obser. 24. incip. cumulatio actionis, per tot. Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49. obser. 3. num. 10. VVesenb. in comm. ff. de injur. nu. 13. sub fin. vers. certe actioni ad id quod interest, & seq. Anton. Tessaur. decis. 18. nu. 11. Gaden. consil. 103. incip. domino igitur, n. 1. & seq. Schneid. in §. in summa, 10. instit. de injur. num. 4. Anton. Gomez. tom. 3. var. resol. c. 6. nu. 9. & nu. 13. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quaest. 58. nu 38. ibi, quaero modo, & num. seq. Hartm. Pistor. quaest. 20. nu. 7. & nu. seq. n. 9. sub fin. & seq. lib. 4. Bl. in l. si tibi. 17. §. quaedam. 1. ff. de pact. nu. 2. ibi, extra quaero. Roland. à Valle. consil. 39. num. 15. vol. 2. pulchrè Iacob Schult. in addit. ad Modest. Pistor. quaest. 107. nu. 24. ibi, ampliatur hoc, nu. 25. & seqq. & n. 53. part. Mascard. de probat. concl. 1156. incip. quoniam pax. num. 26. ibi, limita ut istud. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 134. incip. jure & quidem. nu. 3. & seq. Specul. tit. de accusatore. §. un. nu. 8. vers. quid si vulneratus remisit. Covarr. lib. 2. var. resolut. c. 10. num. 7. vers. & quarto eodem jure & illud. Panorm. in c. si vixasti. x. de injur. n. 7. ibi, ultimo super textu quaero.*

In tantum ut haec actio l. Aquiliae etiam heredibus & contra heredes detur, 27

Hartm. Pistor. lib. 1. quaest. 27. incip. juris est non incerti, nu. 1. & seq. Andr. Fachin. lib. 9. controvers. c. 5. incip. cum quaeritur an actiones. in princ. Iacob Theming. decis. 24 nu. 15. ibi, tum praesertim certissima sit. Francisc. Viv. decis. 6. incip. heres defuncti. num. 7. ibi, & hoc sanè, Iacob Schult. ad d. quaest. 107. Modest. Pistor. n. 45. & seq. part. 3.

Cum hac tamen declaratione, ut tunc demùm contra heredes detur, si illi ex delicto defuncti vel locupletiores sint facti, vel cum defuncto lis fuerit contestata, ut in specie tradit 28

Hartm. Pistor. d. quaest. 27. juris non est incerti. nu. 5. vers. ideò putârunt domini. & num seq. lib. 1. Iacob Theming. d. decis. 24 nu. 6. vers. verum mihi aliter (ubi num. 111. subjicit, ita in Collegio Scabinorum Lipsensium, 15. Junii, Anno 1573. fuisse responsum,) num. 7. & n. seqq. Iacob Schult. ad Modest. Pistor. d. quaest. 107. n 49.

Quod procedit de jure civili, secùs est secundum Ca- 29

dum Ca-

dùm Canones, juxta quos, etiamsi neq; lis cum injuriante & vulnerante contestata sit, nec aliquid ad heredes eius pervenerit, nihilominus tamen contra heredes ipsos ad damna & expensas agi potest, ut in individuo tradit, & latè comprobat

Francisc. Vir. d. decis. 6. nu. 1. & seqq. usq; ad num. 5. quem sequitur Iacob Schuit. in addit. ad Modestin. Pistor. d. quaest. 107. num. 50. ibi, verum secundùm canones. & seq. part. 2.

10 Si tamen ex injuriâ reali aliqua cicatrix, vel deformitas in injuriati facie vel alio loco perspicuo, remanserit, eius nulla fit aestimatio,

l. ult. ff. de his qui effud. vel dejecer. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 9. num. 50. Hartm. Hartm. lib. 2. obser. tit. 49. obser. 1. n. 14.

Nisi sit mulier, vel puella nondum nupta, *Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 6. n. 42.*

LXXI.

De pœnâ relegationis, & an relegatus ab uno loco alicujus provinciae, à totâ provinciâ relegatus censeatur?

SUMMARIA.

1. *Bannitus vel relegatus ab Imperatore, Duce vel Comite, ex toto Imperio, Ducatu vel Comitatu relegatus censetur.*
2. *Relegatus ab uno Rege vel Principe, an etiam ex alterius Regis vel Principis territorio relegatus censetur. n. 3. 4. 6.*
5. *Paria sunt fieri per Principem, vel per alium eius mandato.*
7. *Relegatus ab unâ civitate, an etiam à confoederatis relegatus censeatur.*
8. *Si quis à civitate, praefecturâ, vel loco unius Principis est relegatus, vel bannitus, an à toto eius Ducatu vel provinciâ relegatus dicatur. 9. 10. 11. 12.*
13. *Traduntur quaedam ampliationes. n. 14. 15.*
15. *Traduntur quaedam limitationes. 17. 18.*
19. *Studiosus ab Academiis relegatus, an à totâ provinciâ vel territorio relegatus censeatur.*
20. *Si postea quaedam civitas à provincia separetur, an relegatus in illa civitate separatâ tutò commorari possit.*
21. *Quid è contra, si posteà provinciae aliqua civitas vel districtus acquiritur?*
22. *Quid sentiendum, si post factam constitutionem hanc vel aliud statutum, Elector, vel alius dominus etiam alias provincias acquirit, & quis in his terris relegatur, & an etiam ex illis provinciis, post factam constitutionem, sed ante relegationem, acquisitum, relegatus censeatur.*
23. *Quid dicendum de iis, qui in causis criminalibus propter contumaciam ab uno loco banniuntur, an à totâ provinciâ banniti, & proscripti censeantur.*
24. *Statutum ita debemus accipere, ne casum duplicata correctionis juris communis contineat.*
25. *An relegatus alibi ad honorem admitti possit.*
26. *An relegatus & deportatus signum aliquod in facie inuri possit. n. 27.*

NOn rarò in controversiam vocari experimur, an is, qui ab unâ civitate, vel loco Regni, Ducatûs vel Comitatûs, relegatur, à totâ provincia, Regno, Ducatu, & Comitatu relegatus censeatur? Nov. Elect. Aug. par. 4. const. 47.

Et quidem, si quis ab Imperatore, Rege, vel alio Principe & Comite relegatur, & bannitur, extra omnem dubitationem est, eum à toto Imperio, Regno, vel Ducatu, Comitatu, vel provincia, quam dominus administrat, relegatum esse, 1

Gl. in c. un. tit. hic finit. lex. & incip. consuetud. feudal. in gl. 1. sub fin. vers. sed quid si dominus bannitus est, Andr. de Isern. ibid. num. 4. ibi, sic de bannito à Rege.

Si verò ab alio Rege, Principe, vel Comite bannitur, vel relegatur, major solet esse controversia? 2

Ad cujus clariorem enodationem tres sequentes casus sunt observandi.

Primus, si Rex vel alius Princeps superiorem non recognoscens, puta Rex Galliae, aliquem ex suo Regno & Ducatu bannit, & relegat, tunc is ex solo eius regno & non etiam ex alterius Principis, puta Imperatoris, vel Regis Hispaniarum, Imperio & Regno relegatus censetur, 3

Prosper. Farinac. (ubi ita Romae. Anno 1580. in quedam Nobili Gallo observatum fuisse recenset) in suâ pract. crim. lib. 1. tit. 1. quaest. 11. limit. 10. n. 61. ibi, limita decimo. & seq.

Secundus, si sint plures Principes & Comites, vel civitates, diversa & separata territoria sub uno & eodem Principe, ut contingit in Imperio Romano, habentes, & tunc si unus Princeps aliquem ex suo Ducatu, & territorio proscribit, & relegat, videtur dicendum, quod etiam is ex alterius Principis, & Comitis Ducatu, Comitatu, & territorio relegatus esse debeat, ut in specie tradit 4

Andr. de Isern. in c. un. tit. hic finitur lex. & incip. consuetud. feudal. nu. 4. vers. nunquid idem si non à rege. & vers. seq. Matth. de Afflict. ibid. §. nunc venio ad glossam. n. 4. vers. in eadem ibi, & n. 5. Proposit. eod. (ubi communem dicit) in princ. n. 2. post med. vers. quare subsequenter. in verb. adverte quoniam. & vers. seq. Prosper. Farinac. in suâ pract. crim. lib. 1. tit. 1. d. quaest. 11. nu. 61. vers. sublimita hanc decimam. & seq.

Tùm, quia ille Princeps Imperii habet merum Imperium ab Imperatore, & ideò eius bannum & relegatio operatur bannum & relegationem ipsius Imperatoris, quoniam ipse Imperator vel Rex videtur relegare, si ordinata ab eo potestate bannit, relegat, & judicat,

L. 1. §. cum: C. de veter. jur. enucleand. Andr. de Isern. d. n. 4.

d.n.4.vers.nam Princeps & Rex. Præposit.d.num.2.post med. vers.& bannum eorum operatur.& seq.

5 Tùm, quia paria sunt fieri per Principem, vel per alium de eius mandato,

Matth.de Afflict.d.c.1.§.nunc venio.n.5.ibi, quia paria sunt.tit.hic finit lex & incip.consuet.feudal.

6 His tamen & similibus non attentis, contrarium verius est, & quotidiè in praxi servatur, & in specie amplectitur

Joann. Schneid.in §. cum autem.2.& seq.instit.quib. mod.jus patr.potest.solvit.nu.13.vers.quæ sententia.quod jura, junct. vers. ac proindè bannitum a civitate. Bl. in l. executorem.8. C. de executione rei.judic.num 31.vers.& sic est argumentum junct. vers. quod non est verum. & vers.seq.Gl.in c.1.tit hic finit lex.& incip.consuetud. in gl.1 sub fin.vers.nisi fortè diceres.

proptereà, quod quilibet Princeps Imperii habeat suum proprium Ducatum, & territorium, in quo alter nihil juris habet, nec eius sententia valet,

l.ult.ff. de jurisdict. Matth. Coler. de process. execut. part.3.c.7.n.32. vers.tamen istud.& nu.seq.

Deindè, quia videmus, quod nullus Princeps Imperii reum in alterius Principis Ducatu, Marchionatu, Comitatu & civitatibus evocare possit, non aliam ob causam, quam quod distincta & prorsus separata habeant territoria,

ut supra conclus.8.nu.15.part.1.dixi elegant. Matth. Coler.de process.execut.part.3.c.7.num.33.num.35.& nu. seq.

Si citatio in alterius Principis territorio non valet; multò minus valebit, & eò se extendet bannum, & relegatio, quod majus est, *per vulgaria.* Ulteriùs, quia cùm demùm illa theorica valet, & paria sunt aliquid per Principem fieri, vel per alium eius mandato, & Imperator, vel Rex relegare & bannire censetur, quando ordinata potestas ab eo bannit, & judicat, si modò diversa territoria sint non solùm sub eodem Principe sed etiam sub eodem præside provinciæ,

Jul.Clar.lib.5.sent.§.ult.quæst.96.nu.9.sub fin.vers. intelligendo tamen.

Quod in Principibus Imperii non contingit, quoniam hi de nullo præside provinciæ sciunt, sed solùm Imperatorem recognoscunt, & quidem ut is penè nihil juris in eorum Ducatibus, Comitatibus, & territoriis habeat, sed illi plenariâ & omnimodâ potestate gaudeant.

7 Quod in tantum procedit, etiamsi civitates illæ & Principes sint confœderati, tamen relegatus ab una civitate, vel territorio, ab alio relegatus & bannitus dici non debet,

Br.in l.non dubito.7.(ubi dicit contrariam opinionem, usum non approbare.) ff. de captiv. & post limin. reversis num.2.sub fin. vers. ultimò nota quod dicunt. ubi Alex.in addit.lit.F.post princ.elegant. Bl.in d.l. executorem.8.C. de execut.rei judic.(ubi rationes affert & contraria solvit) nu.33 ibi, sed quæro, & vers.sed tu dic quod confœderatio. & vers.seq. Nell. de S. Gemin. tract. de bannit. part.2.tempore.2.incip.Titius abstulit rem,quæst.36.n.36. fol.mihi.388. Jul.Clar.lib.5.sent.§.ult.quæst.71.nu.11. ibi, quæro modo nunquid.& seq.

8 Tertius casus, si quis a civitate, præfecturâ, & loco unius Principis, & provinciæ bannitur, & relegatur, an à toto Ducatu vel provincia relegatus censeatur? Et tunc videtur dicendum quod non, *per text.elegant.in l.relegatorum.7.§.constitutum.15 ff.de interdict.& relegat.& deportat.*

ubi verbis disertis traditur, si alicui urbe fuit interdictum, & ita is à certa quadam civitate, vel præfectura relegatus, quod ei patria sua interdictum non videatur, & ita is à totâ provincia non sit relegatus.

Deindè, *per text. in d.l.relegatorum.7.§.interdicere.10.ff.de interdict.& relegat.*

ubi dicitur, quod quis ea provincia tantùm potest interdicere, quam regit, alia non item. Sed in unaquaque civitate & præfectura est peculiaris judex & officialis, qui illi regendæ est præfectus, ideoq; ab illa tantùm quem relegare debet, & non etiam ab alia, præsertim cum unaquævis civitas & præfectura habeat suam peculiarem & separatam jurisdictionem, quæ suas vires in alias extendere non debet,

l.ult.ff. de jurisdict. Bl. in l. executorem.8.C.de execut.rei judic.num.33.post med. vers.deniq; id licitum non est.& seq.

Et hanc assertionem in tantum veram esse quispiam dixerit, etiamsi condemnatus & relegatus 9
appellaret ad superiorem, & superior priorem sententiam confirmaret, & pronunciaret, benè judicatum, & malè appellatum; quod tamen is non universo territorio & districtu superioris, sed eo tantùm, quod ad inferioris pertinuit jurisdictionem, excedere jussus intelligatur, nisi aliud in sententia appellationis disertis verbis exprimatur; veluti ita in Senatu Subaudiæ *7.Id Decemb. Anno 1592.* judicatum fuisse, testatur

Anton. Faber.in suo Codice. lib.9.tit.de pœnis.25; defini.11.incip.per inferiorem.n.1.& seq per tot.

Ut ut hæc se de jure scripto habeant; Quoniam tamen hodie universali consuetudine ubiq; 10
locorum est inductum, ut quis etiam alia provincia & civitate, quam non regit, & administrat, alicui interdicere & eum inde relegare possit, teste

Bl.in l. executorem.8. C.de execut. rei judic.nu.33.sub fin. vers. sed de jure consuetudinario.& seq.quem sequitur Jul.Clar.lib.5.sentent.§.ult.quæst.71.incip.exilii autem.n.4.vers.nihilominus de consuetudine.& seq.

Ideoq: meritò interpretes juris tradunt, quod relegatus ab una civitate vel præfectura, a toto 11
Regno, Ducatu & Comitatu relegatus & bannitus censeatur,

Nell.de S.Gemin.tractat. de bannit.part.1.tempor.2. incip.an valeat statutum,quæst.57.nu.57.ibi, an bannitus in una & civitatibus.& seq. Matth.de Afflict.in const. regn.lib.1.rubr.2.de pestiferum receptatoribus.n.63. Vincent.de Franch.decis.129.incip illustris Marchio.n 2. vers.quot etiam apparet.part.1. Dan.Moller.in comm ad const.Saxon.part.2.const.13.n.17.ibi, tertiò me movet.& const.47.n.2.

Quæ consuetudo & conclusio etiam non est irrationabilis, quia publicè expedit, ut provincia malis hominibus purgetur,

l.congruit.13.vers.ut malis hominibus. ff.de offic.præsid.

nec justum esse videtur, ut condemnati resideant in territorio loci, ex quo sunt relegati,

Vincent. de Franch.d. decis.129.num.2.vers.cum non videatur.

Et hanc sententiam etiam approbavit, & in suis 12
ditio-

ditionibus observari constituit, Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis *part. 4. const. 47.* ubi his verbis statuit:

Wenn jemands derer Vrsachen / daß er in unsern Empiern oder Gerichten / so uns ohne Mittel zustehen / so viel verbrochen / daß jhme mit oder ohne Staupenschlägen die ewige oder zeitliche Landesverweisung durch unsere Schöppenstüle zugesprochen wird / derselbe sol aller unser Lande verwiesen / und auch sein Vrfehde darauff begriffen und geschworen werden. *ubi in comm. Daniel Moller. n. 1.*

13 Quæ constitutio procedit, sive quis cum vel sine fustigatione relegatur,

d. constit. 47. vers. mit oder ohne Staupenschlagen. *part. 4.*

14 Sive in perpetuum, sive ad tempus tantùm relegetur, *d. const. 47. vers.* die ewige oder zeitliche. *part. 4.*

15 Sive quis de civitatibus, præfecturis & aliis immediatè, sive mediatè Electori subjectis, imò etiam ex quibusvis finibus jurisdictionis eius subditorum relegatus fuerit,

d. const. 47. vers. So uns ohne Mittel. *& vers.* solches sol auch dergestalt gehalten werden / wenn einer wegen seiner Missethat auß unserer Vnterthanen Gerichten verwiesen werden solte.

16 Fallit tamen, si quædam civitas merum Imperium habuit aliunde, quàm à Principe illius provinciæ,

Nellus de S. Gemin. tract. de bannit. part. 1. tempor. 2. d. quæst. 57. num. 57. vers post med. vers. an habeat Imperium.

17 Unde infertur, si quædam civitas Imperialis in alicujus Principis Ducatu & territorio, ut non rarò videmus, sita est, quod relegatus ex illâ civitate, non ex toto Ducatu, & territorio Principis relegatus censeatur, quoniam civitas illa merum Imperium, non à Principe illius territorii, sed aliundè, puta ab Imperatore, habet.

18 Infertur etiam, si civitas se quidem alicui Principi subjecit, sed in submissione reservavit sibi sua jura & statuta, quod relegatio ex illâ civitate facta ad totum Principis territorium etiam non extendatur,

Nellus de S. Gemin. in tract. de bannit. part. 1. d. tempor. 2. n. 57. sub fin. vers. si locus a quo eit. & seq.

19 Item infertur ad scholares & studiosos, quod illi in Academiis relegati a tota patriâ, vel provincia, in qua Academiæ conservantur, etiam relegati non censeantur, ut experientia testatur, quoniam Academia suam jurisdictionem, & Imperium & privilegia non ab illo Principe, sed aliunde, ab Imperatore, habet.

20 Deinde fallit, si postea quædam civitas vel locus à Ducatu vel provinciâ separetur, & dismembretur, tunc enim bannitus & relegatus in illâ civitate vel loco stare & commorari non prohibetur, etiamsi tempore banni & relegationis Ducatui & provinciæ fuerit unitus, veluti ita in Senatu Mediolanensi *4. & 17. Aprilis, Anno 1558.* fuisse judicatum, & quendam Christophorum Majum insignem Sicarium liberè dimissum, testatur

Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 71. incip. exilii autem pœna. num. 11. vers. si tamen contingat. & seq. quem sequitur Dominic. Cardinal. Tusch. tom. 1. pract. conclus. lit. B. bannum. conclus. 16. incip. bannitus ex unâ. num. 4.

Sed quid econtra, si postea Ducatui vel provinciæ alia civitas, vel dominatus acquiritur, an bannitus vel relegatus etiam de illo dominatu, post relegationem acquisito, bannitus & relegatus censeatur? Vide latè 21

Nell. de S. Gemin. tractat. de bannit. part. 1. tempor. 2. quæst. 56. num. 56. ibi, Sempronius fuit bannitus. & seq. per tot.

Quid verò dicendum, si post factum statutum vel constitutionem hanc Elector vel alius Princeps suis provinciis, quas tempore statuti habuit, alias adjiciat, & acquirat, an relegatus ex his, censeatur etiam relegatus ex aliis? Quod affirmat 22

Bl. in l. etiam. 13. C. de jure dot. nu. 9. ibi, & illa lex inducitur. & seq. Ambor. an. in c. canonum statuta x. de constitut. num. 214. vers. juxta effectum extensivum. Andr. Barbat. consil. 4. col. 6. num. 4. vers. & facit ratio. vol. 1. Fulv. Pacian. de probat. c. 27. incip. circa secundum. nu. 4. infra vers. facit etiam. & n. 5. lib. 1.

Quid item dicendum de illis, qui ob contumaciam banniuntur, veluti quotidiè fieri solet ab homicidis, & aliis, qui criminaliter accusati sui copiam non faciunt, & ob id proscribuntur, an & hæc proscriptio & bannimentum sit eius efficaciæ, ut non solùm ab illo loco, ubi judicium criminale est institutum, sed etiam a tota provincia proscripti, & banniti esse censeantur? 23

Jure Saxonico quidem verbis disertis est cautum, quod eiusmodi bannum & proscriptio ad alias civitates, præfecturas & provincias, non extendatur,

text. im Land R. *lib. 2. artic. 24. in princ. ubi gl. lat. ad text. germ. lit. A. ibi, nota hic. Gl. ordinar. im* Land R. *lib. 1. artic. 71. (ubi flolsdos eos vocat, qui contrarium statuunt.) nu. 4. vers.* und das ist wider etliche. *& seq. & lib. 3. art. 82. n. 2. vers.* du möchtest sagen. *Matth. Coler. decis. 108. incip. rei absentis. nu. 57. ibi, porrò quantumvis. & n. seq. part. 1.*

quam sanctionem etiam nunc hodiè obtinere, nec per d. constitutionem Electoralem esse abrogatam statuo, tùm, quia hujus *in d. const. 47. part. 4.* nullo verbo fit mentio, multò minùs abrogatur. Quod autem expressè non abrogatur, quare stare prohibetur?

l. præcipimus. 32. §. ult. in fin. C. de appellat. l. sancimus. 27. in med. C. de testam.

Tùm, quia *d. const. 47. vers.* durch unser Schöppenstüle. *part. 4.*

loquitur de illis, qui per sententiam relegantur. Ad fictam igitur condemnationem, quæ fit propter contumaciam, extendi nequit, quoniam constitutiones consuetudinariæ in casu vero, & non ficto, obtinere debent,

Bl. in l. si filio. ff. solut. matrim. Hippol. de Marsil. in suâ pract. crimin. § postquam. nu. 12. Tusch. tom. 2. verb. contumacia. conclus. 1017. n. 1.

Tum, quia constitutiones circa pœnas non sunt extendendæ

latè Tusch. tom. 7. pract. conclus. lit. S. verb. statutum. conclus. 612. n. 1. & seq.

Tùm, quia si contrarium diceremus, sequeretur duplex correctio juris communis, una, quod hodiè bannitus de una civitate & provincia censeatur etiam bannitus de alia, quod est contra

jus

jus commune, ut supra in l. 7. §. interdicere. ff. de interd. & releg. ... altera correctio est, quod hodie, præsertim in foro Saxonico, rei criminaliter accusati aliter, atque fit de jure civili, propter contumaciam puniantur, ut pulchre ostendit

Matth. Coler. d. decis. 108 nu. 1. n. 2. & seq. part. 1.

24 Sed statutum ita debemus accipere, ne comprehendat casum duplicatæ correctionis juris communis,

Raph. Fulgos. consil. 156. incip. visis themate. nu. 3. vers. septima quando statutum specialia. & vers. seq. Tusch. tom. 7. practic. conclus. lit. S. de verb. statutum. conclus. 607. n. 76.

25 Sed quid, an bannitus vel relegatus ab uno loco, in alio possit ad honores admitti? Quod affirmat

Matth. Coler. (ubi limitat.) decis. 285. incip. quod sic. nu. 1. & seq. & ibid. in addit. Frider. Pensold. nu. 4. & seq. part. 2.

26 Ultimò quæritur, an relegati vel deportati præter supradictam pœnam etiam aliquo signo imbusto in fronte notari possint? Jure civili negatur,

per text. expreß. in l. si quis in metallum. 17. C. de pœnis.

27 Jure Saxonico verò aliud usu & consuetudine est inductum,

Gl. im Weichb. art. 38. nu. 5. vers. vnd diß ist so viel. & seq. Gl. ordin. im Landr. lib. 2. art. 13. num. 6. vers. vnd windet jhme die Haar. Reinhard. part. 5. differ. 7. vers. item de jure Saxonico. Zobel. part. 4. differ. 2. nu 13. sub fin.

Hodiè tamen in his terris hæc consuetudo ampliùs non observatur, sed secundùm jus commune pronunciatur, ut ejusmodi inustio signorum locum non habeat,

teste Ludov. Fachs. differ. 66. in med. vers. diese straffe darvon. & seq.

LXXII.

De pœnis illorum, qui relegati contra juramentum semel aut pluries revertuntur.

SUMMARIA.

1. *Relegatus ante finitum tempus non debet redire.*
2. *Jure civili, quomodo punitur, si ante tempus præstitutum redit. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 16.*
6. *Explicatur & conciliatur l. relegati. 4. ff. de pœn. cum l. capitalium. 28. §. in exulibus. 13. ff. eod.*
10. *Bannitus quid est.*
11. *Bannitus si ante tempus redit, quomodo punitur. n. 12. 13. 14. 15.*
17. *Hodiè in Imperio Romano hæc pœna est aucta, & quis propter Urphedam & pacem juratam fractam punitur amputatione duorum digitorum.*
18. *Jure Saxonico quomodo ejusmodi refuga punitur. n. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.*
26. *Relegatus punitur etiam, si in nundinis redierit.*
27. *Si interim relegatus duos digitos illos amisit, tunc ei amputantur duo proximiores.*
28. *Hæc pœna non habet locum, si quis non dolose redierit. 29.*
30. *Si quis pro voto explendo reversus fuerit, excusatur.*
31. *Item si propter inimicos ...*
32. *Item excusatur, si pro debitis civilibus recommendetur.*
33. *Quid juris, si quis statim ab initio cum fustigatione in perpetuum relegetur, quomodo punitur, si postea redeat.*
34. *Si quis semel atq; iterum redierit, quomodo punitur, si postea deprehenditur.*
35. *Finito tempore relegationis, quis statim potest redire, absq; licentiâ superioris.*
36. *Relegatus suum debitorem ubiq; locorum potest convenire.*
37. *Qui relegatos & bannitos restituere possint, remissivè.*

QUoniam relegatis & exulibus civitatis vel provinciæ, ex qua relegati sunt, jurisdictionem ingredi non est licitum, prinsquam tempus exilii vel relegationis finitum fuerit. 1 Nov. Elect. Aug. par. 4. const. 43.

Jodoc. Damhoud. in sua pract. crim. c. 148. incip. post promulgatum. n. 7. vers. non civitatis.

Ideoque meritò etiam dispiciemus, quomodo puniuntur, si ante finitum tempus exilii, vel relegationis revertuntur.

Jure civili videtur dicendum, quod illi, qui exulare jussus minus decennio, fregit exilium, tempus quod restabat exulandum duplicetur, si verò erat jussus per decennium vel ultra, perpetuetur exilium, si jussus erat exulare perpetuò, puniatur pœnâ mortis, ut in specie tradit 2

Anton. Gomez. tract. delict. c. 8. num. 1. quem sequitur Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 71. nu. 13. ibi. quaero quâ pœnâ. Tusch. tom. 1. practic. conclus. lit. B. verb. bannum. conclus. 15. num.

Quæ sententia licet aliquo modo per se vera sit, quoniam tamen sunt etiam alii gradus pœnarum, ideoq; ne ignari judices decipiantur, & refugas statim morte condemnent, cùm alia pœna mitiori essent puniendi, 3

Ludov. à Pegver. decis. 41. incip. cum passim. num. 4. in med. part. 1.

Ideoq; certos gradus pœnarum constituemus *juxta text. in l. capitalium. 28. §. in exulibus. 13. ff. de pœn.*

Et primo, si quis non in perpetuum, sed ad tempus certum, & determinatum, minus tamen decenniô, relegatus fuerit, & ante tempus redierit, tunc ei tempus exilii vel relegationis duplicatur, 4

text. expr. in l. aut damnum. 8. §. quisquis autem. 7. ff. de pœn. Ludov. à Pegv. d. decis. 41. nu. 1. & n. 9. (ubi ita in regio consilio Cathaloniæ. 19. Julii Anno 1584. observatum fuisse refert.) ibi, aut qui exulatur. & seq. part. 1. Jacob Cujac. (ubi explicat quomodo hæc duplicatio temporis

potu fieri debeat.) lib.6.observ.c.36. post princ. vers.sed ut ait.& seq.Schrad. in tit.instit.quib.mod.jus patr. potest.solvit (ubi idem facit) nu 3. sub fin.vers.quod tamen ita demum.& seq.

5 Si verò ad decennium vel simpliciter ad tempus indeterminatum, quod pro decennio habetur, *l.sine præfinito.23 ff. de pæn.*
relegatus redierit, & tunc de pœnâ leges inter se dissentire videntur. Dicit enim textus

in l.capitalium.28.§.in exulibus.13.ff. de pœnis.

quod is in insulam relegari debeat; Econtra verò textus *in l. relegati.4.ff. eod.* vult, quod in perpetuum exilium mittatur. Unde etiam variæ DD. opiniones exciterunt. Siquidem

Ludov.à Pegr. d.decis.41.n.5.post pr.& seq.

simpliciter dicit, quod relegatus ad decennium, si ante finitum tempus redierit, in perpetuum relegetur. Et ne textus

in d.l.capitalium.28.§.in exulibus.13.

obstare videatur, ex sententiâ *gl. ibid. in verb. relegetur.*
dicit, quod ibi in insulam relegari nihil sit aliud, quàm in perpetuum relegari, quam sequitur

Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent.6.cas. 530.nu.5.vers.altero quid relegatus.& seq.

Cujus tamen opinio manifestò falsa est, & refutatur

ex d.l. relegati.4.ff.de pæn.

ubi relegatio in perpetuum, & relegatio in insulam, tanquam separati & distincti gradus pœnarum ponuntur, & relegatio in insulam pro graviori pœnâ habetur, quam relegatio in perpetuum. Aliter sentit

Hottom.in suo lexic.verb.exilium.vers. delegatorum, quem sequitur Menoch.lib.2. arbitr. judic. quæst.cent.6. cas.530.incip. egregia.& sequens.num.3.vers.impropriè junct.n.5.vers. uno quod. qui putat, quod *in d. l. capitalium.28.§.in exulibus.13.*
ad tempus relegatus accipiatur de impropriè relegato, & de eo, qui certo loco exire prohibetur.

Nec hæc interpretatio placet, repugnat enim verbum (si redeat) *in d.l.28.§.13.* quod stare non posset, si ibi diceretur de illo, qui impropriè esset relegatus, & prohibitus è certo loco exire, sed potiùs usurpandum fuisset, verbum, si excedat, vel egrediatur.

Aliter statuit

Jacob Cujac. lib.6.observ. d.c.36. post princ.vers.plerunq.

qui dicit, quod quidem refuga ex temporaria relegatione, ut plurimùm in perpetuum, & ex perpetua in insulam relegetur, sed plerunque etiam statim, omissa perpetua Relegatione, in insulam relegatur,

d.l.capitalium. 28.§ in exulibus.13.l.qui cum uno.§. temporarium. ff. de re milit.

Nec hæc assertio mihi arridet, si enim arbitrarium esset judici, omissò unò vel alterò gradu pœnæ, aliam atq; aliam eligere, quid opus fuisset, tam accurata & diligenti distinctione graduum & pœnarum?

Ego igitur aliter statuo, quod scilicet is, qui ad tempus relegatus rediit, in perpetuum relegari debeat,

d.l.legati.4.post princ.ff. de pæn.Ludov.à Pegr.decis. 41.nu. 11. Cujac.d.lib.6.observ.c.36 post pr. ita, ut quod in d.l.capitalium.28.§.in exulibus.13.

de perpetua relegatione deest, ex *d.l.relegati.4.* suppleatur, quoniam non est novum, ut priores leges, ad posteriores trahantur, & posteriores ex prioribus suppleantur,

l.non est novum.26.ff.de legibus.

Si verò in perpetuum relegatus refugit, tunc 7
præter perpetuum exilium etiam ad tempus in insulam relegetur,

d.l. relegati.4. post princ.ff.de pæn.d.l.capitalium.28. §.in exulibus.13.ff.eod.

Et ne quis putet, contraria esse, perpetuum exilium,& ad tempus in insulam relegari, is sciat, quod perpetuum exilium de nullo certo loco intelligatur, & in perpetuum relegatus nulli certo loco sit addictus, sed ubiq; locorum, extra civitatem tamen, ex qua fuit relegatus, vagari & versari possit, secus est in relegato ad certum tempus in insulam, qui illi insulæ est quodammodò ascriptus, ut eam exire non possit.

Nec hæc distinctio pœnæ suo effectu caret, præterquam enim quod longè sit gravius & intolerabilius, certo loco esse addictum, quam ubiq; locorum liberè evagari posse, is etiam, qui ad tempus in insulam relegatur, quodammodò pro deportato habetur, & interim, dum illud tempus durat, amittit patriam potestatem,

§.cum autem.inst.quib.mod.jus patr.potest solvit.

jus civitatis, & nihil ex testamento civis Romani capere possit,

l.eum qui.ff.qui testam.fac.poss.l.si pater.C.de sentent. pass.& rest.l.sunt quidam.17.§ 1.ff.de pæn.

quæ omnia in relegato non eveniunt, sive quis ad tempus, sive in perpetuum fuerit relegatus,

l.relegatorum.§.sive ad tempus.ff.de interd. releg. & deport.

ut ita is, qui præter perpetuum exilium in insulam ad tempus relegatus est, etiamsi tempus relegationis in insulam elapsum fuerit, nihilominus perpetuum exilium sustinere debeat.

Si verò durante relegationis tempore in insulam rediit, tunc is in perpetuum deportetur, & in insulam relegetur, 8

d.l.relegati.4.vers.in insulam relegato.l.capitalium. 28.§.in exulibus. 13. in med. ff. de pæn. Ludov.à Pegr.d. decis.41.(ubi ita in regio consilio Cathaloniæ. 7. Martii, Anno 2584.judicatum fuisse refert.)nu 4 junct.n.12.ibi, aut in perpetuum.part.1.Jacob Cujac.lib.6.obser.d.c.36. post princ.Matth.Coler.decis.114.nu.1.part.1.Jacob Menoch.lib.2.arbitr judic.quæst.cent.6.cas.530.num 5.vers. delegatus verò in perpetuum.& n.seqq.Schneid.in §.cum autem inst.quib.mod jus patr. potest solvit.n.9.sub fin.

Denique si deportatus redierit, is pœna capitis 9
naturalis damnatur,

text.in d.l.relegati.4.vers.in insulam deportato.l. capitalium.28.§. in exulibus. 13.in fin ff.de pæn. Ludov.à Peg.d.decis.41.(ubi ita in eodem regio consilio.24. Julii, Anno 1584.observatum fuisse refert.) nu 13. ibi, aut quis deportatur.& n.seq.part.1.Iacob Menoch.d.cas.530 n.9. vers.deportatus vero.n.10.& seq.Cujac.d.obser.c.35.post princ.Coler.d.decis.114.num.1.in med.part.1.Clar.lib.5. sent.§.ult. quæst 71.num.13.vers. punitur pœna mortis. Schneid, ad §.cum autem.n 9.in fin.

Et hæc de pœnis juris civilis. Hodiè autem 10
ubiq;

ubique locorum usu & consuetudine etiam alia pœna est inducta, quod bannum seu bannimentum vocimus, de cujus derivatione & significatione vide eleganter

Jacob Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quæst. cent. 6. d. c. 530. n. 25. ibi, bannitur quoque, n. 26. & n seq.

Quomodo autem bannitus, si bannum non servat, puniri debeat, etiam dubitari potest?

11 Cum de hoc in jure nostro non sit certa & determinata pœna imposita, videtur dicendum, quod is extra ordinem puniri possit,

per text. in l. 1. §. expilatores ff. de effractor. & expil, veluti ita in specie tradit, & quendam Benedictum Lobera 8. Augusti Anno 1582. in consilio regio Cathaloniæ arbitrio judicum ad servitium regiarum triremium, ad quinquennium fuisse condemnatum, testatur

Ludov. à Pegu. d. decis. 41. num. 10. ibi, aut quis non relegatur. & seq. part. 1.

12 Quamvis

Ludov. Roman. singul. 574. incip. scis quod. nu. 1. ibi, sed quid in exbannito. usque ad fin. per text. in l. Mathematicos. C. de Episc. audient.

dicat, quod pœna deportationis puniatur, in cujus locum hodie successit deportatio.

13 Dubium tamen non est, quin ejusmodi bannum ob ejus non observantiam, possit duplicari ex sententia Ulpiani,

in d. l. aut damnum. 8. §. quinquies 7. ff. de pœn. Jacob Menoch lib. 2. arbitr. judic. quæst. d. cent. 6. cas. 530. n. 28. vers. hoc sane casu.

14 Quemadmodum etiam bannitus refuga, si bannum est decennale, vel ejus duplicatio decennium excedit, rectè pœna perpetui banni affici potest,

Jacob Menoch. d. cas. 530. num 28. vers. secundus erit casus.

15 Imò si nec tunc bannitus tempus perpetui banni servat, is meritò morte naturali plecti potest, quoniam hoc in casu tempus banni augeri non possit,

arg. l. relegati. 4. l. capitalium. 28 §. in exulibus. 13. in fin. ff. de pœn. Menoch. d. cas. 530. n. 28 vers. tertius est casus, quando delinquens. & seq. usque ad fin.

16 Quæ omnia adhuc in viridi observantia servari, & ob iterationem quem capite plectendum esse, quotidiana experientia testatur.

Non obstante, quod contrarium velit, & pœnam capitalem ob reiterationem de consuetudine non servari, testetur

Thom. Gramm. decis. 16. incip. in caus. appellationu. n. 5. vers. tamen nunquam fuerunt. & n. 6.

quoniam ille de consuetudine locali regii consilii Neapolitani loquitur, & ob id universaliter extendi nequit.

17 Illud tamen hodiè in Imperio Romano germanico est additum, cum is, qui relegatur, vel bannitur, ut plurimùm Urphedam præstare, & juramento promittere debeat, se intra præfinitum tempus nolle reverti, nec se quovis modo vindicare, quod is, si ante tempus redierit, etiam vel manû amputatione, vel priorum digitorum præcisione, puniatur Peinlich Halsgerichtsordn. *Caroli V. art. 107. vers.* Und nach dem im H. Reich. *& art. 108. vers.* So aber einer ein Vrpheda. *& seq.*

Jure Saxonico si quis simpliciter relegatur & bannitur absque Urpheda & juramento, dubium non est, quin prædicta omnia etiam locum habeant, ita, ut refuga pro prima vice, vel ad duplicatum tempus, vel in perpetuum relegetur, si verò alterâ vice redierit, statim capite puniatur, quoniam Imperium Romanum & Saxonia propter ejus angustiam, nullis insulis & aliis provinciis externis est munita & ideò nulla major pœna quàm capitis potest imponi, per ea quæ tradit 18

Menoch lib. 2. arbitr. judic quæst. cent. 6. d. c. 530. n. 28. vers. tertius est casus. & seq.

Si verò quis sub Urphedâ & juramento exultionis, seu securitatis est relegatus, & contra juramentum redit, tunc videtur dicendum, quod statim capite sit puniendus, 19

per text. in Landr. lib. 3. art. 9. post princ. ubi dicitur. Bricht aber ein Mann den Frieden / den er für sich selber gelobet / es gehet jhn an den Hals.

Verùm, illum textum interpretes juris Saxonici variis glossis exornârunt. 20

Namque *Christoph. Zobel. in gl. latin. ad text. german. ibid. lit. C. vers. restringitur tamen. & seq.*

eum ita restringit, ut ei, qui prima vice pacem juratam frangit, & redit, tantùm priores digiti, quibus juramentum præstitit, amputentur, pro secunda verò vice demum capite puniatur. Cujus opinionis etiam est

Joann. Schneid. in §. eum autem inst. in quib. mod. jus patria potestat. solvit. n. 10. ibi. & quia. & seqq.

Et hanc sententiam etiam Jenenses in partibus Thuringiæ secutos fuisse, testatur

Matth. Coler. decis. 114. n. 3. ibi, jus autem saxonicum. n. 7. ibi, sed nos in partibus. part. 1.

Lipsenses verò pœnam truncationis duorum articulorum in digitis dextræ manûs dictâsse, testatur . 21

Matth. Coler. d. decis. 114. num. 4. ibi. olim autem. part. 4. Consult. const. Saxon. tom. 2. part. 4. quæst. 45. nu 1. sub fin. vers. etliche aber.

VVittenbergenses verò fustigationem cum perpetua relegatione relegato ante tempus redeunti pronunciasse testatur idem 22

Coler. d. decis. 114. n. 5. & seq. part. 1.

Nonnulli ejusmodi refugam non pœna capitali, sed fustigatione tantùm, puniendum esse statuunt, ita ut is toties, quoties ante tempus redit, duntaxat fustigetur, 23

testibus Consult. constit. Saxon. tom. 2. part. 4 d. quæst. 45. n. 3. ibi, etliche ander aber.

Alii denique sunt, qui statuunt, quod refuga pro prima vice præcisione duorum digitorum puniatur, & iterum relegetur, pro secunda vice cum fustigatione in perpetuum relegetur, & demum pro tertia vice capite puniatur, 24

testibus Consult. constit. Saxon. tom. 1. part. 4 quæst. 44. incip. Wenn ein Mißthäter. *n. 1. & seq per tot. & quæst. 67. per tot. & tom. 2. part 4. quæst. 45. incip.* die so auff einen geschwornen. *n. 1 & seqq. per tot.*

quæ opinio etiam verissima est, propterea quod juri communi in *d. l. relegati 4. l. capitalium. 28. §. in exulibus. 13 ff. de pœn.* admodum conveniat.

Et licet in hac assertione deportationis, ut fit in *d. l relegati 4. d. l. capitalium. 28. § in exulibus. 13.* non fiat mentio, id tamen ideò fit, quoniam ho-

die deportatio amplius non est in usu, sed in eius locum decapitatio successit,

Ludov. Rom. singul 574. incip. seu quid. nu.an sub fin. vers. in cujus locum. usq; ad fin.

25 Et hanc sententiam etiam approbavit, & confirmavit Augustus Elector Saxoniæ in suis Novellis,

part. 4. const. 48. ubi disertis verbis sancivit. Die so auff ein geschworen Urphet verweiset/ vnd doch wissentlich wiederkommen / sollen mit Abhawung der zween förder Finger / damit sie geschworen / anderweit verweiset werden. Wann aber der Verwiesene zum andern mal wieder kommen / sol jhme nochmals ewige Verweisung mit Staupenschlagen zuerkandt werden. Würde er aber zum drittenmal in das Land kommen / so sol er seiner widersetzlichen *contumacien*, auch des *reiterirten* Meinendes halben mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gebracht werden. *ubi in comm. Daniel Moller. n. 1. & seq.*

26 Quæ conclusio procedit etiam in nundinis, in quibus relegati & banniti etiam redire non possunt, *ut supra conclus. 53. n. 13. & seq part 1. dixi.*

27 Et quidem si interim relegatus digitos illos priores amisit, tunc proximi duo digiti sunt amputandi, ut Jenenses Burggravio Misnensi Mense Novemb. Anno 1576. respondisse, testatur

Matth. Coler. decis. 114. n. 8. ibi, verùm hic quæritur. & n seq. part. 1.

28 Hæc tamen conclusio restringitur, & prædicta pœna in reversis non habet locum, si non dolo, sed ex culpa, quæ a dolo excusare solet, redierint,

per d. const. 48. post princ. vers. wissentlich *part. 4. ubi in comm. Daniel Moller. num. 3. sub fin. vers. illud etiam hic. & seq*

29 Veluti Lipsenses in causa cujusdam, ad tempus relegati, qui ante finitum tempus rediit, Principi libellum supplicem obtulit, rescriptumque imperratum Senatui istius loci, unde relegatus fuerat, tradidit, ad hoc, ut portionem sibi ex hereditate debitam, quam alias à coheredibus consequi non poterat, acciperet, respondisse, testatur

Daniel Moller. libr. 2. semestr. c. 38. incip. quidam ob commissum. n. 1. & seq. per tot.

Quemadmodum etiam Scabini Lipsenses ad requisitionem Georg Luza Amptvogt zu Weissenfels Mense Decembri Anno 1571. in casu planè simili pronunciarunt, Hat Galle Jacob ein Bawersman vor 5 Jaren einen andern Bawern Balthasar Funcken genandt / erstochen / vnd nach dem nun des Churfürsten zu S. vnsers gnedigsten Herren er sich mit des entleibten Freundschafft derowegen vertragen / vnd gegen entrichtung einer Geldstraffe seines Gefängnüß entlediget worden / hat er des Ampts Gerichte wesentlich nicht darinnen zu wohnen verschworen. Ob er nun gleich im vergangenen Sommer sich bey seiner Schwester Mann zu B. etliche Monat auffgehalten/ vnd also von euch angetroffen worden / vnnd gefänglich eingezogen: Dieweil er aber dennoch ewerm Bericht nach zu seiner Entschüldigung vorgewandt / daß er nicht frevenlicher weise / sondern seiner höchsten Notdurfft nach / weil sein Vater verstorben / auff daß er von seinen Geschwistern in der näve anzutreffen/ vñ derselben Erbtheilung der gelassenen väterlichen Güter halben möchte sich vnter das Ampt begeben/ vnd nicht willens gewesen wissentlich des Orts zu bleiben / So mag er auch als ein Vhrfriedbrecher nicht gestrafft werden / sondern wird nun mehr seines Gefängnüß auff einen gewöhnlichen Vhrfriede billich wieder entlediget/ V. R. W.

30 Similiter & is, qui pro voto explendo, quod ante relegationem fecit, contra juramentum fecit, & rediit, à prædicta Pœna immunis erit,

Dominic. Cardinal. Tusch. tom. 2. pract. conclus. lit. C ubi, confirmatur conclus. 691. incip. confirmatur. n. 2. ubi allegat *Roman. singul. 149.*

quem tamen in medio codice invenire non potui. Hæc tamen assertio nihilominus sustentari potest exinde, quod DEO magis, quam hominibus sit obediendum,

actor. c 4. vers. 20. & seq. juramentumq; non debet esse vinculum iniquitatis, *c. etsi Christus. x. de jurejur.*

31 Similiter & is excusandus erit, qui dum erat extra provinciam, invenit malefactores & inimicos suos capitales, tunc enim si revertitur, non videtur facere contra præceptum judicis, & juramentum præstitum, ut eleganter scriptum reliquit

Jacob de Bellovis. in suâ pract. crim. lib. 1. c. 8. incip. in secunda sunt. n. 50. vers. & hoc fuit pro relegato. & lib. 3. c. 16. incip. & tunc aut talis. n. 4. post princ. vers. item faciunt pro bannito. pag. mihi. 337.

32 Denique si relegatus pro debitis civilibus intra provinciam recommendetur, prædictam pœnam etiam non incurrit,

elegant. Ludov. a Pegver. (ubi ita in regio consilio Cathaloniæ. 27. Octobr. Anno 1557. judicatum fuisse refert) decis. 22. incip. Imperator Antonius. num. 1. & seqq. per tot.

33 Sed jam quæritur, d. Constitutio Electoralis dicit, si quis simpliciter sub Urpheda fuit relegatus, quod is pro secunda vice fustigatione, & perpetua relegatione puniendus, pro tertia verò vice capite plectendus sit, quid verò dicendum, si quis statim ab initio propter atrocitatem delicti non simpliciter, & quidem ad tempus, sed cum fustigatione in perpetuum est relegatus, quomodo is puniatur, si postea redierit? Hic casus in constitutione Electorali omissus debet suppleri ex jure communi; Sed in jure communi ita est provisum, quod is, qui statim ab initio in insulam deportatus est, si postea reverteretur, capite puniri possit

text. in l. relegati. 4. vers. in insulam deportato. ff. de pœn.

Ideoq; quò minùs hoc in casu idem dicamus, & reversum capite puniendum esse statuamus, rationem diversitatis non video, præsertim, cum post fustigationem & perpetuam relegationem nulla major pœna in his terris exter, qua is posset affici, meritò igitur pœna capitis sibi locum vindicabit, per tradita *à Menoch. libr. 2. arbitr judic. quæst. cent. 6. cas. 530. n. 28 vers. tertius casus. & seq.*

Nec movet, quod quispiam dicere possit, sufficere, si ei duo priores digiti amputarentur, & iterum in perpetuum relegaretur. Præterquam enim quod amputatio digitorum locum habere nequit, ubi is, qui contra Urphedam, & juramentum fecit, alias morte puniendus est,

Peinl.

Peinliche Halßgerichtsord. *art. 108. incip.* brichet einer/ *in princip.*

Ejusmodi amputatio digitorum etiam minor est, quam ut posset sufficere, cum jura gradus pœnarum statuunt, ut semper alia atque alia pœna gravior gradatim imponatur,

d. l. relegati 4. l. capitalium. 28. §. in exulibus. 13. ff. de pœn.

quod hoc casu non fieret, cum amputatio digitorum sit longè minor, quàm fustigatio cum perpetua relegatione, quod ordo literæ *in d. constit. 48. part. 2.* manifestò evincit.

34 Ampliùs quæritur, si relegatus semel atque iterum reversus fuit, an postea deprehensus pro unicâ vice tantùm, an verò pro pluribus iterationibus sit puniendus, tàm præcisione digitorum, quàm perpetuâ relegatione cum fustigatione, vel etiam capite?

Ego puto, etiamsi is infinitis modis reversus fuerit, non tamen graviùs, quàm pro unica vice tantùm præcisione digitorum puniri potest,

per text. clarum & manifestum, in l. capitalium. 28. §. solent quidam. 3. vers. scilicet cum sæpiùs. ff. de pœn.

ubi verbis disertis statuitur, licet propter reiterationem delictorum semper major pœna gradatim soleat imponi, hoc tamen tum demum obtineat, si malefactores apprehensi & clementiùs tractati, & puniti fuerunt. Quod habet etiam rationem, quia hoc in casu propter iterationem ideò major pœna solet imponi, quoniam contumacia pœnam cumulat & auget,

d. l. relegati. 4. sub fin. ff. de pœn.

Contumax a. quis dici non potest, nisi sit apprehensus & condemnatus,

Bl. in l. 1. C. ex delict. defunct. in quant. hered. conven. num. 16. Tusch. tom. 2. verb. contumacia conclus. 1022. n. 15.

Imò regula universalis est, quod pœna propter consuetudinem delinquendi non possit augeri, nisi quis de primis delictis fuerit condemnatus, & punitus, *latè Farinac. in sua pract. crimin. lib. 1. tit. 3. quæst. 23. n. 9. ibi, amplia hanc, & n. seq. Hercul. de caut. de non offend. c. 39. n. 10.*

Sciendum a. est, si quis ad tempus est relega- 35
tus, quod eo finito statim absq; licentia superioris, liberè & impunè redire possit,

Bl. in proœmio. ffstorum. §. hæc autem tria, num. 5. sub fin. vers. item si limitatum, & seq. & in l. actione. 66. §. diximus. ff. pro socio, numer. 3. ibi, est argumentum, quod finito tempore Francisc. Cremens. (ubi rationem affert) singul. 48. incip. consuluimus heri. nu. 1. & seq. per tot.

Veluti & relegatus durante exilii tempore hoc 36
priviligium habet, ut possit suum debitorem, alibi in quocunq; loco inventum, convenire,

Gl. in l. usuras. C. de solut. verb. promittere. vers. & nisi ex justa causa. Ludov. Rom. (ubi hoc mente tenendum dicit, quia de hoc potest quis habere honorem) singul. 72. incip. Seuensis, num. un. per tot. Francisc. Cremens. singul. 124. incip. nosti quod n. un. vers. tamen si te creditor. usq; ad fin. Petr. de Ravenn. singul. 63. incip. bannitus. per tot.


Coronidis loco etiam esset hic tractandum de 37
iis, quibusnam liceat relegatos & bannitos restituere, & iis commeatum vel remeatum dare? Sed brevitatis causâ remitto benevolum lectorem ad interpretes juris, vide latè

Petr. Heig. quæst. 22. incip. secundùm ea. num. 1. & seqq. per tot. part. 2. Consult. constit. Saxo. tom. 3. part. 4. quæst. 2. incip. secundùm ea, num. 1. & seq. Roman. singul. 543. incip. nullus nisi Princeps (ubi limitat.) nu. 1. & seq. Damhoud. in sua pract. crimin. cap. 147. incip. quandoquidem, num. 1. & seq. & c. 148. num. 1. & seq. per tot. Felin. in c. cum te. x. de re judic. n. 12. & n. seq. Ioann. Harppr. in §. in summa autem 10. inst. de injur. n. 143. & seq.

Atque his ita discussis, totum hoc opus mearum conclusionum practicabilium vigesimo sexto ætatis anno incæptum, sed trigesimo primo feliciter absolutum, tibi lector amicissime, offero.

Faxit DEUS Ter Optimus Maximus, ut hi mei labores in sui ipsius gloriam, Reipublicæ incrementum, proximiq; utilitatem & emolumentum cedant & vergant, cui sit laus & honor in omnia æternitatis secula.

MATTHIAS BERLICHIUS
J. U. D.





INDEX CONCLUSIONUM PRACTICABILIUM,

QUÆ IN OMNIBUS QUINQUE PARTIBUS continentur.

PRIMUS NUMERUS DENOTAT PARTEM, alter Conclusionem istius partis.

3. Feudo-

G.

H.

I.

3. Metal-

N.

O.

P.

Q.

R.

5. Relegati



INDEX



INDEX RERUM ET VERBORUM, QVÆ IN TOTO OPERE CONCLUSIONUM PRACTICABILIUM CONTINENTUR, LOCUPLETISSIMUS, ET INSTAR COMPENDII TOTIUS OPUSCULI ELEGANTER IN ORDINEM REDACTUS.

Numerus prior denotat partem Operis, secundus Conclusionem cujusq; partis, tertius numerum cujusq; Conclusionis.

1. Actor

5. Æsti-

Appella-

B.

5. Banni-

tium

Clau-

1. de

1. in Da-

onus

3. Dos

 debeat

2. Em-

1. Exe-

F.

illi;

e 1. Forum

etiam

Conclu-

5. Furibus

G.

1. in

4. He-

I.

1. Im-

1. Judex

f 3 1. Iurat-

3. Ius

M.

vel

N.

captam,

2. Pasto-

2.Pigno-

1 Pr[illegible]

Pro-

Q.

R.

S. 1. Sal-

S.

S.

4. in Spen-

Stupra-

De

Item

Tam-

 concl. 42.

1. Titulus

V.

vir-

W.

X.



FINIS.

LIPSIÆ,

TYPIS GROSIANIS



Excudebat JOHANNES ALBERTUS MINZELIUS,

ANNO M DC XXIX.